DE SUPREMA ROMANI PONTIFICIS AUTORITATE EX HODIERNA ECCLESIÆ GALLICANÆ *DOCTRINA.*

TOMUS SECUNDUS.

LEODII.

Apud JOANNEM-FRANCISCUM KINTS, in Plateâ Sancti Severini.

M. D. CC. XLVII.

CUM PERMISSIONE, ET APPROBATIONE.

Proſtrant ROMÆ apud Jo: Laurentium Barbiellini in Foro Paſquini.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

PLurima in hanc editionem irrepſerunt menda , quæ quidem ut Typographi diligentiam præ nimia feſtinatione prætcrfugerunt, ſic operis Autori ob longiorem locorum diſtantiam emendare non licuit. Præcipua quæ vel orationis obſcurant ſenſum, aut vocabulorum naturam notabiliùs adulterant, hic recenſemus. Cetera verò minoris momenti,qualia bene multa occurrunt,tuæ ſagacitati detegenda,tuæ humanitati condonanda, tuæ prudentiæ caſtiganda, Lector Benevole,relinquimus. Vale.

IN EPISTOLA DEDICATORIA.

Pag.6. lin.29. Atque reverentiſſimè deoſculatus , *lege* . eoſque reverentiſſimè deoſculatus .

IN PRÆFATIONE, ARGUMENTO OPERIS &c.

*Pag.*i. *lin.*2. parſim . *lege :* paſſim . *Ibid. lin.*20. permaneret , *lege :* permanaret . *lin.*21. ſæpè numero , *lege* : ſæpenumero . *Pag.*iii. *lin.*3. ex auctoritate , *lege* : exauctorare . *Ibid. lin.*5. ita , *lege* : iſta . *lin.*8. tot inter , morum , *lege :* tot inter morum . *lin. ult.* accederent , *lege* : acciderent . *Pag.*iii. *&* iv. *lin. ult.* prehenſis, *lege:* prehenſatis . *Pag.*v. *lin.*2. ſanctam ; *lege :* ſartam . *Ead. lin.*18. Exarchatum , Ravennæ , *lege* : Exarchatum Ravennæ . *Pag.*vii. *lin.*24. ſpectantiſſima , *lege* : ſpectatiſſima . *Ibid. lin.*28. ni ſe , *lege :* niſi . *Pag.*viii. *lin. ult.* velut , *adde* : ad univerſalem regulam Catholicæ veritatis pertinet approbatio & reprobatio doctrinarum , declaratio dubiorum , determinatio &c. *Pag.* xii. *lin.*26. honorum , *lege :* honorem , . *Pag.*xix. *lin.*17. menbris, *lege:* membris. *Ibid.lin.*18. errori, *lege:* erroris. *Pag.*xxvii. *lin.*14. retinenda ; *lege :* retinenda *Ibid. ead. lin.* ea eſſe , *lege* : eſſe . *Pag.* xxviii. *lin.* 18. Cæſaris, *lege:* Cæſareis. *Pag.*xxxiv. *lin.* 3. excuſſum , *lege:* excuſum. *Pag.*xxxv. *lin.*4. canum , *lege :* Canum, . *Pag.*xxxviii. *lin.*30. Pontificiæ , *lege :* Pontificis. *Pag.*xlvii. *lin.*23. faciunt, *lege* : facit. *Pag.*li. *lin.*14. ne immores , *lege :* nè immoremur. *Pag.*liii. *lin.*1. expreſsùs, *lege :* expreſſiùs. *Ibid. ead. lin.* ultrò, *lege:* ultrà.

IN TOMO PRIMO.

*Pag.*1. *lin.*4. autoritatem , ſacris , *lege* : autoritatem ex ſacris . *Pag.*2. *lin.*2. molli, *lege* moli . *Pag.*3. *lin.*9. Eccleſia , *lege :* Eccleſiæ. *Ibid. lin.*10. Eccleſia, *lege:* Eccleſiæ; *lin.*16. ineſt , vere . *lege:* invertere . *Pag:*5. *lin.*1. citantur , *lege:* citentur . *Ibid. lin.*35. in dubio , *lege* : in dubio . *Pag.*6. *lin.*19. quid, ergo. *lege* : quid ergo? *Pag.*7. *lin.*11. univerſa , *lege :* univerſæ . *Ibid. lin.*19. procedenti , *lege* : præcedenti. *Pag.*8. *lin.*1. agnoſcant , pariter, *lege :* agnoſcant pariter . *Ibid. lin.*15. verum eſt, jam, *lege:* verum , ut jam . evidentioria, *lege* : evidentiora . *lin.*27. fides , *lege* : fidei . *Pag.*9. *lin.*10. nittuutur , *lege* : nituntur . *Ibid. lin. ult.* ſolidate , *lege* : ſoliditate . *Pag.*10. *lin.*26. deficiens , *lege* : indeficiens . *Ibid. lin.*30. 1732. , *lege:* 1739. *Pag.*13. *lin.*19. ſed , *lege* : ſeu . *Pag.*19. *lin.*1. facta , *lege :* factas . *Pag.*23. *lin.*15. declaratur de , *lege* : declaratur . De . *Ibid. lin.*21. laudunenſis . *lege* : laudunenſi . *Pag.*24. *lin.*19. ineitaret , *lege:* incitaret . *Pag.*30. *lin.* 32. Praſules , *lege* : Præſules . *Pag.*39. *lin.*5. confirmitate *lege* : conformitate . *Ibid. lin.*13. ſemper , *lege* : ſuper . *Pag.*40. *lin.* 4. prodicetur , *lege* : prædicetur . *Pag.*44. *lin.*21. eam , *dele* . *Pag.* 48. *lin.* 23. æternæ , *lege :* ceteræ . *Pag.* 67. *lin.* 3. Pontifiex , *lege :* Pontifex . *Pag.* 71. *lin.*32. ftaugendæ , *lege* : frangendæ . *Pag.*79. *lin.*19. cauſæ , *lege :* cauſa . *Pag.* 80. *lin.*27. geminam , *lege :* genuinam . *Pag.*89. *lin.*1. poſtulari , *lege* : poſtulare. *Pag.*90. *lin.*17. tu , *lege* : ut . *Pag.*96. *lin.*17. exuitantis , *lege :* exultantis . *Pag.*99. *lin.*1. exiſtit, *lege* : exiſtat . *Pag.*108. *lin.*9. immuta atque, *lege* : immutantque . *Ibid. lin.*25. abrogare , *lege* : ſubrogare . *Pag.*112. *lin.*3. corfictas , *lege* : confixas . *Ibid. lin.*8. infirma , *lege* : infima . *Pag.* 131. *lin.*32. diverſiſſimis , *lege:* diſertiſſimis . *Pag.*133. *lin.*36. certiſſima , *adde* comprobemus . *Pag.*134. *lin.*23. fimatum , *lege* : firmatum : *Pag.*135. *lin.*9. quanti , *lege* : quanta . *Pag.*144. *lin.*22. ejuſque , *lege* : eorumque .

Digitized by Google

*Pag.*148. *lin.*2. adhibere, *lege*: adhiberi. *Pag.*166. *lin.*.9. ſarcienda, *lege*: ſancienda. *Pag.*168. *lin.*30. videntur, *lege*: ſortè viderentur. *Pag.*170. *lin.*41. executiamus, *lege*: excutiamus. *Pag.*171. *lin.*2. ſui operis, *lege*: ſuis operibus. *Pag.*178. *lin.*8. loquutos, *lege*: locuta. *Pag.*188. *lin.*3. illum, *lege*: illam. *Ibid. lin.*5. celeberiorum, *lege*: celebriorum. *Pag.*208. *lin.*39. vetere, *lege*: veteres. *Pag.*209. *lin.*11. ſcriptiſſunt, *lege*: ſcriptis ſuis. *Ibid. lin.*13. à, *dele*. *Pag.*210. *lin.*4. vinæ, *lege*: vineæ. *Ibid. lin.*34. Aquilienſe, *lege*: Aquileienſe, *Pag.*213. *lin.*44. Principes, *lege*: Princeps. *Pag.* 214. *lin.*10. de, *lege*: ad. *Pag.*216. *lin.*1. coſtituta, *lege*: conſtituta. *Ibid. lin.*53. ut verò, *lege*: & verò. *Pag.*219. *lin.*15. Synodis, *lege*: Sanctis.

IN TOMO SECUNDO.

*Pag.*12. *lin.*7. abſtinendum;eſſe, *lege*: abſtinendum eſſe. *Pag.*27. *lin.*20. Baptiſantium, *lege*: Rebaptiſantium. *Pag.*32. *lin.*5. plus, *lege*: pas. *Pag.*33. *lin.*27. concinnunt, *lege*: concinunt. *Pag.*37. *lin.*30. receptos, *lege*: receptas. *Pag.*50. *lin.*15. ipy, *lege*: ipſi. *Ibid. lin.*16. SSinodum, *lege*: Synodum. *Pag.*52. *lin.*13. nullam, *lege*: nullum. *Pag.*54. *lin.*26. verſamur, *lege*: verſamus. *Pag.*56. *lin.*24. & 25 illa . . . acceptata, *lege*: illas . . . acceptatas. *Pag.*57. *lin.*26. confictas, *lege*: confixas. *Pag*:59. *lin.*8. præ ſe tulit, *lege*: præſtitit. *Pag.*61. *lin.*5. intermeratam, *lege*: intemeratam. *Pag.*63. *lin.*33. amplectandas, *lege*: amplectendas. *Pag.*67. *lin.*37. excipiendas, *lege*: excipienda. *Pag.*71. *lin.*28. tener, *lege*: teneri. *Pag.*74. *lin.*6. pacem. Sola, *lege*; pacem ſola. *Ibid. lin.*20. compreſſas: *lege*: compreſſos. *Pag.*77. *lin.*18. impictum, *lege*: impactum. *Pag.*79. *lin.*28. quem, *lege*: quod. *Pag.*85. *lin.*9. poſteritatis, *lege*: poſteritati. *Pag.*86. *lin.*20. metipſi, *lege*: ipſimet Epiſcopi. *Pag.*88. *lin.*15. vitiligationem, *lege*; vitilitigationem. *Pag.*89. *lin.*28. vindicant; *lege*: vindicent. *Pag.*91. *lin.*12., qui, *lege*: quæ. *Pag.*94. *lin.*13. Epiſcopo sin, *lege*: Epiſcopos in. *Pag.*100. *lin.*24. œcumenii: *lege*: œcumenici. *Pag.*107. *lin.*20. eos, *lege*: eò. *Ibid. lin.*34. ſalſa, *lege*: falſa. *Pag.*108. *lin.*16. Pontitificiæ, *lege*: Pontificiæ. *Ibid. lin.*34. certant, Illuſtriſſimi, *lege*: certant Illuſtriſſimi. *Pag.*109. *lin.*6. erruendam, *lege*: eruendam. *Pag.*110. *lin.*6. raticinari, *lege*, vaticinari. *Pag.*111. *lin.*8. adipum, *lege*: œdipum. *Ibid. lin.*16. nimpè, *lege*; nempe. *lin.*38. ore, *lege*: ove. *Pag.*112. *lin.*36. meridiano, *adde*: clariorem. *Pag.*113. *lin.*5. protendatur, *lege*: pertendatur. *Pag.*115. *lin.*32. occupare, *lege*: occupari. *Pag.*116. *lin.*10. vinditare, *lege*: venditare, *Pag.*117. *lin.*31, ephæbis, *lege*; ephebis. *Pag.*118. *lin.*4. ecquis amabo, *lege*: ecquæ, amabo. *Ibid. lin.*34. inconcuſſi, *lege*: incuſſi. *lin.*38. loquiuntur, *lege*: loquuntur: *Pag.*121. *lin.*19. excuſſa, *lege*: excuſa. *Ibid. lin.*36. exteri, *lege*: ceteri. *Pag.*125. *lin.*17. conjugere, *lege*: conjungere. *Pag.*134. *lin.*1. invidioſam, *lege*: invidioſum. *Ibid. lin.*21. inficiatur, *lege*: negatur. *Pag.*139. *lin.*9. ſuffragio, *lege*: ſuffragio. *Pag.*141. *lin.*8. quæque Petro, ipſius à, *lege*: quæ à Petro, ipſiuſque. *Pag.*144. *lin.*29. Sab audique, *lege*: Sabaudique. *Ibid. lin.*30. eum, *lege*: cum. *Pag.*147. *lin.*20. interditum, *lege*: interdictum. *Ibid. lin.*38. policiæ, *lege*: politicæ. *Pag.*150. *lin.*6. exiderit, *lege*: exciderit. *Ibid. lin.*24. detractatores, *lege*; detractores. *Pag.*151. *lin.*11. latet, *lege*: latent. *Pag.*152. *lin.*22. infallibilitais, *lege*: fallibilitatis nè. *Pag.*158. *lin.*39. at, *lege*: ut, *Pag.*160. *lin.*21. aut, *lege*: haud. *Ibid. lin.*29. œdipodem, *lege*: œdipum. *Pag.*162. *lin.*27. ſita, *lege*: ſitas. *Pag.*166. *lin.*22. Pontificæ, *lege*; Pontificiæ. *Pag.*169. *lin.*15. eadem, *lege*: eædem. *Pag.*172. *lin.*27. ſupre, *lege*; ſuprema. *Pag.*175. *lin.*19. tanquam Epiſcopis, *lege*: Epiſcopis tanquam. *Pag.*176. *lin.*12. idem, *lege*: iidem. *Ibid. lin.*24. numquam, *lege*: unquam. *Pag.*180. *lin.*10. damabilis, *lege*: domabilis. *Pag.*181. *lin.*15. defendentur; *lege*: defendantur. *Pag.*197. *lin.*25. fidei, *lege*: fides. *Ibid. lin.*30. dicite, *lege*: dicit. *Pag.*200. *lin.*2. cortiſſima, *lege*: certiſſima. *Pag.*205. *lin.* 16. verſamur, *lege*: verſamus. *Pag.* 207. *lin.*3. poſthumiſſima, *lege*: valde poſthuma. *Pag.*208. *lin.*7. quave, *lege*: quæque. *Pag.*215. *lin.*19. accepta, *lege*: acceptatas.

Excerptum è Præfatione D. Langlet de Freſnoy, quæ legitur in fronte Commentarii D. Puteani ſuper Eccleſiæ Gallicanæ libertates curâ ipſius Langlet recenter editi Pariſiis an. 1715. apud Joannem Muzier cum Regis Chriſtianiſſimi privilegio & approbatione.

Pag. XXVI.

PRo conſervandis libertatibus noſtris inutile mihi videtur Summi Pontificis autoritatem impetere ſicuti ætate noſtrâ factitatum eſt ab aliquibus ſcriptoribus, qui contenderunt Pontificiæ autoritatis imminutionem unum è placitis eſſe, quibus Eccleſiæ Gallicanæ libertates innituntur. Abſit tamen, ut aliorum opinionem hîc damnare velim. Sperare tantùm audeo neminem mihi ſuccenſurum quòd hîc proferam quæ hoc in negotio animadvertere potui. Numquid libertates noſtras omnibus temporibus non defendimus? Modò, fateor, majori tranquillitate minorique ſtrepitu, modò etiam animo ferventiori ac vividiori. Quo non vigore ſuos hâc in re S. Ludovicus aperuit ſenſus, ſive diadema imperiale à Pontifice ipſi pro Principe fratre ſuo oblatum recuſando, ſive conſtituendo ut Regni ſui Eccleſiæ antiquas ſuas ſervarent libertates, ſive impediendo nè quidam Sanctæ Sedis miniſter aliquid contra ſuorum ſubditorum temporalia ſuſciperet. Verùm in his omnibus numquid ſe ſe extulit in Eccleſiæ caput? Nullo modo. Satis pro tuendis ſuis juribus habuit Sanctos allegare Canones atque antiqua Eccleſiæ decreta, nec malignè inqui-

Extrait de la Préface de Mr. Langlet de Freſnoy, miſe à la tête du Commentaire de Mr. Dupuy ſur le traité des libertés de l'Egliſe Gallicane, de la nouvelle édition de Paris de 1715. chez Jean Muzier, avec approbation & privilege du Roy.

Pag. XXVI.

IL me paroît inutile pour maintenir nos libertés d'attaquer l'autorité du Souverain Pontife, comme l'ont fait de nos jours quelques Ecrivains qui ont prétendu que l'afoibliſſement de l'autorité du Pape étoit un des principes ſur leſquels ſont appuyées les libertés de l'Egliſe Gallicane. A Dieu ne plaiſe néanmoins que je condamne ici le ſentiment des autres. J'oſe eſpérer ſeulement qu'on voudra bien me permettre de marquer ici ce que j'ai pû obſerver à ce ſujet. N'avons-nous point ſoutenu nos libertés dans tous les tems? Tantôt, je l'avoue, avec plus de tranquillité & moins d'éclat; quelquefois auſſi d'une manière plus vive & plus marquée? Avec quelle force Saint Louis ne s'eſt-il point expliqué, ſoit en refuſant pour le Prince ſon frère la couronne Impériale qui lui fut offerte par le Pape, ſoit en voulant que les Egliſes de ſon Royaume conſervaſſent leurs anciennes libertés; ſoit en ne permettant point qu'un Miniſtre du ſaint Siége fit aucune entrepriſe ſur ce qui regardoit le temporel de ſes ſujets? Mais en tout cela s'eſt-il emporté contre le Chef de l'Egliſe? Point du tout. Il s'eſt contenté, pour ſoutenir ſes droits, d'alléguer les Saints Canons & les anciens décrets de l'Egliſe, ſans chercher malignement les bornes préciſes qu'on devoit donner à l'autorité du Souverain Pontife. Charles VI. dont le zéle a eu lieu d'éclater

ſi ſouvent en faveur de nos libertés, loin de parler contre le Saint Siége, déclare au contraire dans l'Ordonnance même, où il ſoutient vivement les droits de ſa Couronne, qu'en qualité de vrai fidèle (1) *il prétend autant & plus que tout autre, procurer au ſouverain Pontife & à l'Egliſe de Rome le ſecours dont elle aura beſoin; & qu'il eſt prêt de l'aider quand le tems le demandera.*

ſivit quinam preciſè limites ſummi Pontificis autoritati præſcribendi ſint. Carolus ſextus cuï occaſio ſæpe fuit ſuum pro libertatibus noſtris ſtudium patefaciendi, nedum adverſùs Sanctam Sedem loquutus ſit, declarat contrà in eâ ipſâ ſanctione, ubi coronæ ſuæ jura fervidè defendit *ſe tanquam verum Chriſti fidelem* (2) *intendere ſummo Pontifici & Eccleſiæ Romanæ æquè plúſve ceteris in neceſſitatibus ſuis cum tempus exegerit ſuccurrere & rationabiliter ſubvenire.*

N'eſt-ce pas ce temperament ſi raiſonnable & ſi Chrétien qui a fait dire à l'hiſtorien de ce Prince, homme zélé d'ailleurs pour le ſoutien de nos libertés que le Royaume de France eſt en proſperité quand il eſt en bon amour avec le Pape. Que Louis XI. tantôt bien, tantôt mal avec le Siége Apoſtolique, n'a-t-il point éprouvé de la part de quelques Papes; que n'a-t-il point fait lui-même pour les chagriner par les voyes qu'il a crû les plus propres? Cependant il ne s'eſt jamais écarté de cette ſage modération & de la ſoumiſſion qu'on doit avoir pour le Vicaire de J. C. L'occaſion s'eſt-elle préſentée de lui témoigner ſon reſpect filial, il l'a fait en des termes plus forts qu'aucun de ſes Prédéceſſeurs, & tels qu'on les pouvoit attendre d'un Roi très-Chrétien, & du fils aîné de l'Egliſe.

An non iſtud eſt temperamentum tam æquum, tam Chriſtianum, quod hujuſce Principis hiſtorico viro aliunde pro noſtrarum libertatum defenſione ſtudioſiſſimo dicendi cauſa fuit Franciæ Regnum tunc proſperum eſſe quando Romano cum Pontifice concorditer vivit. Quid Ludovicus XI. modò bene, modò malè cum Sede Apoſtolicâ, non expertus eſt à nonnullis Pontificibus? Quid non egit ipſe ut illos modis omnibus moleſtaret! Attamen ab iſtâ ſapienti moderatione atque ab obedientiâ Jeſu Chriſti Vicario debitâ nunquam receſſit. Datúrne occaſio Ludovico ſuum erga Pontificem Romanum filiale obſequium manifeſtandi, id ità præſtat, ut ſuos Prædeceſſores non tantùm adæquet, verùm etiam in hâc parte ſuperet, eo obſequitur modo, eâque pietate, quæ Regem Chriſtianiſſimum atque primogenitum Eccleſiæ filium maximè deceat.

Il paroit que cette conduite modérée a fait impreſſion ſur les Souverains Pontifes: & peut-être eſt-ce à cette retenue de nos Pères que les Papes des derniers ſiècles ont donné de ſi grands éloges, malgré le zèle qu'on leur connoiſſoit pour le maintien de leurs droits & des libertés de l'Egliſe Gallicane. L'Egliſe de France, *dit le Pape Gregoire IX*, eſt après le Siége Apoſtolique le miroir de la

Hâc temperatâ agendi ratione permotos fuiſſe ſummos Pontifices videtur; atque hæc fortaſſis eſt Patrum noſtrorum temperantia, quam tot præconiis celebrarunt poſteriorum ſeculorum Pontifices quamvis ignotum non eſſet illorum pro tuendis Eccleſiæ Gallicanæ juribus ac libertatibus ſtudium. *Gallicana Eccleſia*, inquit Gre-

(1) Intendimus tamen tanquam Chriſti fideles ſummo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ æquè plúſve ceteris in neceſſitatibus ſuis, & cum tempus exegerit ſuccurrera & rationabiliter ſubvenire. *Charles VI. dans ſon Ordonnance du mois de Mars 1418. ſur les libertés de l'Egliſe Gallicane.*

gorius IX. Rom. Pontifex, (1) *Poſt Apoſtolicam Sedem eſt quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum & immotum fidei fundamentum, utpote quæ in fervore fidei chriſtianæ ac devotione Apoſtolicæ Sedis non ſequatur alias Eccleſias, ſed antecedat. Gallicana Eccleſia*, inquit Alexander tertius Romanus pariter Pontifex (2),*inter omnes alias orbis Eccleſias quæcumque aliæ provenientibus ſcandalis in tribulatione nutaſſent, nunquam à Catholicæ matris Eccleſiæ unitate receſſit, nunquam ab ejus ſubjectione & reverentiâ ſe ſubtraxit, ſed tanquam devotiſſima filia firma ſemper & ſtabilis in ejus devotione permanſit.*

Chrétienté, & un fondement inébranlable de foi, puiſque dans le zèle ardent qu'elle a fait paroître pour la Religion Chrétienne, dans la ſoumiſſion au Saint Siége, elle ne ſuit pas, mais devance les autres Egliſes. Elle a même cet avantage, *dit le Pape Alexandre III.* qu'entre toutes les Egliſes du monde (2) elle ne s'eſt jamais ſéparée de l'unité de l'Egliſe Catholique, jamais elle n'a manqué de ſoumiſſion & de reſpect, au contraire toujours Religieuſe, elle eſt demeurée ferme & conſtante dans l'obéïſſance.

Romani equidem Pontifices eadem etiamnum Eccleſiæ Gallicanæ præconia concedere poſſent; at nonne juſta nobis timendi ratio eſſetnè ea minori jure nobis concederentur tot ob ſcripta nimis acerba,quæ plerique autores à quibus meritò recedimus contra ſummi Pontificis autoritatem in vulgus ſparſerunt.An non quotidie cernimus inquietos homines malignâ aviditate quærere quidquid Jeſu Chriſti Vicario exprobare poterunt, aut in omnes generatim Pontifices refundere, quod de nonnullis tantùm dictum aliquando fuit? Satis ſupérque videmus Catholicos cupiditatibus abreptos eamdem cum Calvinianis de Sanctæ Sedis autoritate tenere loquelam. Inniti ſæpiùs illi volunt ſcriptis quæ difficillimis illis edita fuere temporibus quibus fideles de legitimo Romano Pontifice inter ſe contendentes non ſine aliquâ animi commotione in Pontificem loquebantur quem ipſi

Je ſçais que les Papes pourroient encore donner aujourd'hui les memes éloges à l'Egliſe de France, mais n'aurions-nous pas lieu de craindre qu'ils ne fuſſent un peu alterés par les écrits trop aigres que des Auteurs juſtement déſavoués ont publié contre l'autorité du Souverain Pontife. Ne voyons-nous pas tous les jours des eſprits inquiets chercher avec une maligne avidité ce qu'ils pourront reprocher au Vicaire de Jeſus-Chriſt; ou appliquer à tous les Papes en général ce qu'on peut avoir dit de quelqu'uns en particulier? Nous ne remarquons que trop le Catholique paſſionné, parler ſur l'autorité du Saint Siége le même langage que le Calviniſte. Ils veulent s'appuyer ſouvent ſur des écrits publiés dans des tems difficiles, où les fideles partagés ſur le choix du Souverain Pontife, parloient avec vivacité contre le Pape qu'ils n'avoient pas reconnus, ſans prétendre parler contre le Chef de l'Egliſe. Ils ne font point attention que ſi l'on paſſe à quelqu'uns de nos Auteurs ce que les circonſtances ex-

(1) Gallicana Eccleſia poſt Apoſtolicam Sedem eſt quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum & immotum Fidei fundamentum, utpote quæ in fervore fidei Chriſtianæ ac devotione Apoſtolicæ Sedis non ſequatur alias ſed antecedat. *Gregorius IX. Epiſt. ad Archiepiſcopum Remenſem.*

(2) Gallicana Eccleſia inter omnes alias orbis Eccleſias, quæcumque aliæ, provenientibus ſcandalis in tribulatione nutaſſent, nunquam à Catholicæ matris Eccleſiæ unitate receſſit, nunquam ab ejus ſubjectione & reverentiâ ſe ſubtraxit, ſed tanquam devotiſſima filia firma ſemper & ſtabilis in ejus devotione permanſit. *Alexander III. in Epiſt. tom. IV. Hiſtoricorum Franciæ Andr. Du.beſne, pag. 596.*

traordinaires leur ont fait dire de trop aigre, au moins ne doit-on plus parler à préſent comme l'on faiſoit pendant le Schiſme, & les autres tems fâcheux, dit un ſage Ecrivain de nos jours ; ignore-t-on que les remédes des maladies dangereuſes deviennent pernicieux, ſi on les applique hors de leur cas ; & comme ſi nous étions encore dans ces tems d'orage ; on voit tous les jours des débordemens de livres ſéditieux publiés par des Ecrivains obſcurs, leſquels ſans caractères & ſans autorité veulent preſcrire d'eux-mêmes à l'Egliſe & à ſon Chef les bornes de leur pouvoir. On diroit à les oüir parler, qu'ils ſont eux ſeuls l'Egliſe univerſelle, ou que Dieu les a ſeuls inſpiré pour détromper l'Egliſe ſur l'erreur où elle pourroit être touchant l'étenduë de ſon autorité. Ces Auteurs ſe trouvent-ils condamnez par le Saint Siége, comme ils l'ont été tant de fois avec juſtice depuis ſoixante ans, ils veulent auſſitôt prouver qu'il eſt néceſſaire, pour ſoutenir nos libertés, d'attaquer l'autorité du Pape qui les condamne, prêts d'ailleurs, s'ils en avoient été approuvés, à montrer que pour ſagement défendre les droits de la Couronne & les immunités du Royaume, il faudroit maintenir l'autorité du Pape qui les approuveroit.

pro vero non agnoſcebant, quin tamen intenderent adverſus Eccleſiæ caput inſurgere. Nec attendunt, inquit ſapiens ætatis noſtræ Scriptor, ſi aliquibus autorum noſtrorum condonatur quod durius in circumſtantiis extraordinariis protulerunt, jam nunc loquendum non eſſe quemadmodum tempore Schiſmatis atque aliarum diſſenſionum locuti ſunt. Quis neſciat quæ in morbis periculoſis adhibentur remedia pernicioſa evadere, ſi extra illas circumſtantias ſuppeditentur. Nunc autem quaſi procelloſis illis temporibus adhuc viveremus libellos ſeditioſos in vulgus diſſeminari quotidie cernimus ab obſcuris ſcriptoribus, qui ſinè nomine & autoritate Eccleſiæ ipſiúſque capiti ſuæ poteſtatis limites pro nutu præſcribere volunt. ut iſti ſermocinantur, diceres ad ipſos ſolos coarctatam eſſe univerſalem Eccleſiam, vel ipſos ſolos à Deo inſpiratos ad Eccleſiam ab errore in quo circa ſuæ autoritatis amplitudinem verſaretur revocandam. Iſti Autores damnantúrne à Sede Apoſtolicâ, ut reverâ toties à ſexaginta annis, & quidem jure damnati fuerunt. Statim probare volunt ad tuendas libertates noſtras neceſſe eſſe R. Pontificis ipſos damnantis autoritatem impetere, qui tamen ſi à R. Pontifice approbati fuiſſent evincere feſtinaſſent coronæ jura Regnique immunitates ſapienter defendi non poſſe niſi illæsâ ac ſervatâ Romani Pontificis ipſos approbantis autoritate.

Je ſçais néanmoins qu'il eſt des Ecrivains, leſquels formés ſur la Doctrine des Anciens, ont parlé avec modération de l'autorité du premier Siége, & qui ont expliqué avec retenuë leur ſentiment ſur le pouvoir du Chef de l'Egliſe. Je n'écris point pour les cenſurer dès que l'amour de la vérité & les déciſions de l'Egliſe ſeront la régle de leur créance.

Haud tamen me latet Scriptores etiam extitiſſe qui veterum doctrinæ inſiſtentes de primæ Sedis autoritate moderatè loquuti ſunt, quíve ſuos circa Eccleſiæ capitis poteſtatem ſenſus modeſtè expoſuerunt. Haud mihi animus eſt iſtos reprehendere dummodo veritatis amor atque Eccleſiæ definitiones ipſorum fidei ſint Regulæ.

Auſſi ces perſonnes ſont-elles obligées

Atque iſti etiam ſcriptores fateri

Digitized by Google

coguntur humiles decere fideles ac filios obſequentes, ut unam eamdémque habeant agendi rationem ac de Sanctâ Sede, ſive nos damnet, ſive nos approbet, reverenter ſemper loquantur, eodémque obſequio, quo Patres atque Clerus Gallicanus omni tempore loquuti ſunt; cùm præſertim noſtras libertates ſolidè ſtabilire non poſſimus, niſi æquam Sanctæ Sedis poteſtatem ſincerè confiteamur. Ità planè noſtra jura meritò defendere non poſſumus niſi Sancta Sede eam apud nos hodie autoritatem obtineat quæ ipſi denegata nunquam fuit. *Certum apud omnes manere debet*, inquit D. de Marca, (1) *ſecundùm ſententiam meam omniúmque Gallorum præcipuum primúmque libertatis Eccleſiaſticæ fundamentum apud nos hoc eſſe ut eam Sancta Sedes autoritatem obtineat quâ apud nos frui debet.* Hæc ſunt notatu digna perſpicaciſſimi Galliæ Epiſcopi verba qui jurium noſtrorum amplitudinem plùs ceteris pernoſcebat; ſicuti plùs ceteris poteſtatem didicerat quam in Summo Pontifice Gallia ſemper agnoverat. Non ex nobis ipſis igitur contendimus ad conſervandas Eccleſiæ Gallicanæ libertates neceſſarium non eſſe Rom. Pontificis autoritatem impetere, cùm Præſulem videamus pro noſtrarum immunitatum defenſione ardentiſſimum qui teſtatur non modò ſuo, ſed & Galliæ totius nomine præcipuum primùmque noſtrarum libertatum fundamentum eſſe ut eam Apoſtolica Sedes autoritatem obtineat quâ apud nos frui debet.

d'avouer qu'il convient au caractère d'humbles fidèles, & d'enfans ſoumis, d'avoir une conduite uniforme, & de parler du Saint Siège, ſoit qu'il nous condamne, ſoit qu'il nous approuve dans les termes reſpectueux qu'en ont parlé les Pères, & qu'en parle de tout tems le Clergé de France. C'eſt même par un aveu ſincere de ſon juſte pouvoir, que l'on peut établir ſolidement nos libertés. C'eſt en lui accordant aujourd'hui parmi nous l'autorité qui ne lui a jamais été conteſtée, que nous pouvons juſtement défendre nos droits. Il doit demeurer (1) pour certain, *dit M. de Marca*, que ſuivant mon ſentiment & celui de toute la France, le premier eſt principal fondement de nos libertés, eſt d'accorder au Saint Siége l'autorité dont il joüit parmi nous. *Paroles remarquables dans un des Evêques de France le plus éclairé, & qui connoiſſoit le mieux l'étenduë de nos droits; comme il avoit le plus étudié le pouvoir que la France avoit reconnu de tous tems dans le Souverain Pontife; ce n'eſt donc point de nous-mêmes que nous avançons qu'il n'eſt point néceſſaire pour maintenir les libertés de l'Egliſe Gallicane d'attaquer l'autorité du Pape, puiſqu'on voit un Prélat plein de zèle pour la défenſe de nos immunités, qui aſſure non ſeulement en ſon nom, mais même au nom de toute la France, que le premier & principal fondement de nos libertés eſt d'accorder au Siége Apoſtolique l'autorité dont il jouit parmi nous.*

Et certè num aliorum jura peſſum dando noſtra firmare debemus? Itáne

En effet, eſt-ce en détruiſant les pretentions des autres que nous devons établir nos

(1) Itaque ut omnibus fiat ſatis, liquidò & ſecundùm ſententiam meam, omniúmque Gallorum aſſero præcipuum, primúmque libertatis Eccleſiaſticæ fundamentum apud nos hoc eſſe, ut Principatus Apoſtolicæ Sedis ſuum locum ſemper obtineat. *Marca de Concordia Sacerdotii & imperii lib. 1. cap. 2. num. 2.* Meritò à me dictum fuit primum libertatis Eccleſiæ Gallicanæ fundamentum in primatu Romani Pontificis eſſe poſitum, *idem de Concordia libro 1. cap. 12. num. 3.*

droits? Seroit-ce pour nous un titre ſuffiſant? Quand les autres auroient tort, s'enſuivroit-il pour cela que nous aurions raiſon? Nos libertés n'ont-elles pas de fondemens plus aſſurés que la reſſource, qu'elles peuvent trouveren attaquant des doctrines avoüées par un grand nombre de Théologiens & de Canoniſtes? Je le déclare encore une fois, je ne prétends point attaquer ici le ſentiment de Perſonne. Mais des maximes auſſi inconteſtables que celles de notre juriſprudence, ont-elles beſoin de preuves ſi indirectes? Les Eſpagnols qui reconnoiſſent l'infaillibilité du Pape, ne conſervent pas moins au Roy, & au Royaume les droits & les privilèges, dont ils jouiſſent de tems immémorial. Et quand on diroit à Milan & à Naples que le Pape eſt faillible, en ſeroit-il moins pour cela Pays d'obédience, ſoumis aux droits nouveaux & aux nouvelles Conſtitutions? Nous avons même en France d'Illuſtres Théologiens, qui ont ſur l'autorité du Pape, les mêmes ſentimens que les Italiens & les Eſpagnols, & qui ne laiſſent point malgré cela, d'être zélés pour la défenſe de nos libertés. Ils prétendent que l'autorité Suprême qu'ils attribuent au Souverain Pontife peut regarder le dogme, mais ils ne croient pas que les Papes l'ayent étenduë aux règles particulières de diſcipline, qui ſont différentes dans les différentes Egliſes, de l'aveu même de l'Egliſe univerſelle.

noſtris ſufficienter cōſuleremus; etiāſi do alii in culpâ eſſent inde-ne ſequererur pro nobis rationem pugnare? Nùm tutiùs fundamentum non habent libertates noſtræ quàm ſpem doctrinas evertendi à magno Theologorum & Canoniſtarum numero propugnatas? Nemini, iterum dico, contradicere volo, at placita tam inconcuſſa qualibus nititur noſtra juriſprudentia indigent-ne probationibus tam indirectis? Hiſpani quamvìs Romanum Pontificem infaillibilem eſſe profiteantur ſua tamen Regi Regnóque antiqua jura ac privilegia adſerunt ac vindicant. Quamvìs etiam Mediolani ac Neapolis propugnaretur Romanum Pontificem errori obnoxium eſſe num idcirco illæ minùs eſſent obedientiæ Regiones, novo juri noviſque conſtitutionibus ſubjectæ? Illuſtres Gallia ipſa numerat Theologos qui circa Romanorum Pontificum autoritatem cum Italis & Hiſpanis unum idémque ſentiunt, qui nihilominus pro noſtrarum libertatum defenſione ſtudioſiſſimi eſſe non deſinunt. Contendunt enim quam ipſi Supremam Romano Pontifici adſerunt autoritatem ad dogmata referendam eſſe. At nullatenus arbitrantur eam ad peculiares diſciplinæ regulas extendendam eſſe & à Romanis Pontificibus extendi, ut pote quæ ex ipsâ univerſalis Eccleſiæ confeſſione variæ pro diverſitate Eccleſiarum eſſe poſſinr & reverâ ſint.

Contentons-nous donc de défendre nos droits ſans nous embarraſſer des prétentions des autres? Appuyons-nous ſur des preuves directes qui puiſſent ſervir de titre. En eſt-il un meilleur pour les libertés de l'Egliſe Gallicane, qu'une poſſeſſion immémoriale ſoutenuë par les Conciles de France, par les déclarations du Clergé, par les Ordonnances de nos Rois, & par les Arrêts des

Satis igitur nobis ſit noſtra defendere jura, nec alienis immiſceamur? Ea directis communiamus argumentis quæ tanquam legitima argumenta nobis eſſe poſſint. An pro Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus firmius eſt argumentum quàm immemorialis poſſeſſio Conciliis Gallicanis, Cleri declarationibus, Regum noſtrorum

Digitized by Google

ediĉtis atque Parlamentorum Arreſtis confirmata ac defenſa, adverſus quam contrariæ præſcriptionis nec umbra unquam extiterit ? Verùm id nobis impedimento non ſit quominus de Sedis Apoſtolicæ autoritate ſentiamus ut veri fideles ? De Jeſu Chriſti Vicario loquamur quemadmodum de eo loquuta eſt antiquitas univerſa. Romano Pontifici auſcultemus, illúmque veneremur. Eamdem erga illum agendi rationem ſervemus, quam Patres noſtri. Duplex ad id præſtandum nos permovere debet ratio : 1°. quia Eccleſia Romæ conſtituta centrum eſt Catholicæ unitatis. 2°. quia Romani Pontifices ipſi Canones antiquos ac ſancta Decreta ſequi ſe profitentur.

Cours Souveraines ſans qu'il y ait jamais eu l'ombre d'une preſcription contraire. Mais que cela ne nous empêche point de penſer en vrais fidèles ſur l'autorité du Siége Apoſtolique. Parlons du Vicaire de J. C. comme en a parlé toute l'antiquité. Reſpectons, écoutons le Souverain Pontiſe, ſoyons à ſon égard dans la même pratique que nos Pères. Deux motifs nous y doivent engager : lo premier, parce que l'Egliſe de Rome eſt le centre de l'unité Catholique. Le ſecond, parceque les Papes ſont eux-mêmes profeſſion de ſuivre en tout les anciens Canons & les ſaints Décrets.

Eccleſia nil aliud unquam nobis prædicavit quàm primatum Sedis Romanæ, quam tanquam Chriſtianæ unitatis centrum ſemper agnovit. SS. Patres Doctrinâ & antiquitate maximè conſpicui nobis tradiderunt Eccleſias particulares locorum diſtantiâ inter ſe licet disjunctas, diverſis in Regnis licèt diſperſas, ſimul conjunctas eſſe per Eccleſiam Romanam quæ eſt centrum (1) Eccleſiaſticæ unitatis & mater ceterarum Eccleſiarum, quæ principatum (2) ſemper obtinuit & ad quam (3) neceſſe eſt convenire omnem Eccleſiam. Docuerunt SS. Patres illum in Eccleſiâ non eſſe [4] qui Petri Cathedram deſerit : hanc ſingulari veneratione ideò proſequebantur quia totam doctrinam [5] ipſi cum

L'Egliſe ne nous a jamais prêché autre choſe que la primauté du Siége de Rome, qu'elle a toujours reconnuë pour le centre de l'unité Chrétienne, les plus éclairés & les plus anciens d'entre les Pères, ont eu ſoin de nous avertir que les Egliſes particnlières, quoique ſéparées les unes des autres par l'éloignement des lieux, quoique diſperſées dans dedifférens Royaumes, ſont liées enſemble par l'Egliſe de Rome, qui eſt le centre (1) commun de leur unité, & la mère des autres Egliſes, qui a toujours tenu (2) le premier rang, & à laquelle chacune d'entre-elles (3) ſe doit rapporter. Que c'eſt en ſe ſéparant de la Chaire de Saint Pierre, qu'on n'eſt point [4] de l'Egliſe, le reſpect qu'ils ont eu pour elle à ſa principale ſource dans ſa foi & ſa Religion, ſoutenuë par [5] le Martyre

(1) Petri Cathedra, ejúſque Eccleſia principalis, UNDE UNITAS Sacerdotalis exorta eſt. *S. Cyprianus Epiſtol. 55. ad Corneliam Papam.*

(2) In eâ (Eccleſia Romana) ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit PRINCIPATUS. *S. Auguſtinus Epiſtol.* 162. id quòd---- Romana, quæ mundi caput eſt, tenet & docet Eccleſia, totus cum eâ Chriſtianus orbis & ad juſtitiam nihil hæſitans credidit & ad ſalutem non dubitat confiteri. *S. Fulgent. lib. de Incarnat. Verbi & Gratia.*

(3) Ad hanc Eccleſiam propter POTIOREM PRINCIPALITATEM neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt, omnes qui ſunt ubique fideles, in quâ ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea quæ ab Apoſtolis traditio. *S. Irenæus lib. 3. adverſus hæreſes. cap. 3.*

(4) Qui Petri Cathedram deſerit in Eccleſiâ non eſt. *S. Cyprianus de unitate Eccleſiæ.*

(5) Habes Romam, unde nobis quoque autoritas præſto eſt. Statu felix Eccleſia, cuï totam

[1] *de S. Pierre, qui étant le premier des Apôtres, en a fait auſſi la première de toutes les Egliſes. Elle a même eu cet avantage que jamais le ſchiſme, jamais (2) l'héréſie n'a infecté ſon Siége, la doctrine des Apôtres s'y étant conſervée dans toutes ſa pureté. Que c'eſt en ſe ſéparant de cette Egliſe que l'on devient Schiſmatique, (3) comme c'eſt en réjettant avec opiniâtreté la doctrine que le premier des Apôtres y a prêché que l'on devient hérétique.*

ſuo ſanguine profuderat Petrus qui (1) cùm eſſet Apoſtolorum primus eam etiam omnium Eccleſiarum primam conſtituit. Illud etiam privilegium habet Eccleſia Romana quod ab hæreſi & ſchiſmate (2) immunis ſemper manſerit atque Apoſtolorum Doctrinam illibatam ſervaverit. A SS. Patribus habemus pariter ſchiſmaticum illum fieri (3) quicumque ab Eccleſiâ Romanâ recedit ſicuti hæreticus evadit quicumque doctrinam pertinaciter rejicit quam Apoſtolorum primus illi tradidit.

Enfin comme la Mère commune de toutes les autres Egliſes, elle leur a toujours donné dans les tems néceſſaires (4) les ſécours convenables; ſoit qu'il s'agit de lever leurs doutes, ſoit qu'il fallut affermir les Egliſes (5) chancellantes, ſoit enfin qu'elle dût les conſoler dans la tribulation. Auſſi eſt-ce dans tous les âges que les Egliſes les plus privilegiées ſe font un devoir de la conſulter. C'eſt ce que marque un Patriarche d'Alexandrie, Evêque d'un des ſiécles les plus reſpectables, de l'Orient. Dieu qui demande de nous une extrême (6) prudence dans ces conjonctures, & l'ancienne pratique, où ſont les Egliſes de vousconſulter, m'engagent à vous écri-

Tandem hæc illa eſt communis omnium Eccleſiarum Mater quæ ubì neceſſitas poſtulabat oportuna illis auxilia ſemper contulit (4) ſive ageretur de illarum dubiis elucidandis, ſive de Eccleſiis nutantibus confirmandis (5) ſive tandem ageretur de illis in tribulatione ſublevandis. Hinc eſt quod Eccleſiæ etiam primariæ officii ſui partem eſſe omni ætate cenſuerunt Romanam Eccleſiam conſulere. Id teſtatur Patriarcha Alexandrinus, Epiſcopus nempe ſedis Orientalium omnium maximè venerandæ: *quoniam verò Deus hiſce in rebus*, ad Papam Celeſtinum I. ſcribebat olim

doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt---- Videamus quid dixerit, quid docuerit. *Tertulianus de præſcriptionibus adverſus hereticos.*

(1) Puto eam tibi partem orbis ſufficere debere, in quâ primum Apoſtolorum ſuorum voluit Dominus glorioſiſſimo Martyrio coronare. *S. Auguſtinus contra Julianum, lib. 2. cap. 4.*

(2) Habet enim Sanctiſſima illa Sedes (Eccleſia Romana) Eccleſiarum quæ in toto ſunt orbe principatum, multis nominibus, atque hoc ante omnia, quod ab hæretica tabe immunis manſit, nec ullus contraria ſentiens in illâ ſedit; ſed Apoſtolicam gratiam integram conſervavit. *Theodoritus Epiſtol. 116.*

(3) Igitur negare non potes, ſcire te in urbe Romanâ à Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collocatam, in quâ ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus eſt, in quâ unâ Cathedrâ unitas ab omnibus ſervaretur, ceteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiquo ſedes defenderent, ut jam Schiſmaticus & prevaricator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret; ergo cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus. *Optatus lib. 2. contra Parmenianum.*

(4) Præfatam Apoſtolicam & ſummam expetimus, juxta Canonum decreta, Sedem, & indè auxilium capiamus, unde prædeceſſores noſtri omnem ordinationem & dogmata atque ſublevationem ceperunt. *S. Athanaſius Epiſtol. 2. ad Fælicem Papam.*

(5) Si Paulus præco veritatis tubâ Spiritus Sancti ad Magnum Petrum ſe conſtitit, ut iis qui Anthiochiæ de legali converſatione ambigebant, explicationem ab illo referret, multò magis nos humiles & puſilli ad Apoſtolicam Sedem veſtram accurrimus, ut Eccleſiarum ulceribus remedium à vobis accipiam. *Theodoritus Epiſtol. 113. ad Leonem magnum.*

te

Digitized by Google

S. Cyrillus Alexandrinus ſuper exortis. Neſtorianiſmi turbis *prudentiam à nobis exigit longaque Eccleſiarum conſuetudo ſuadet ut ejuſmodi res ſanctitati tuæ communicentur, non poſſum quod apertum eſt ad pietatem tuam non perſcribere* (1). Nec alia fuit poſteriorum ſeculorum agendi ratio etiam in Galliâ, ubi Epiſcopi Sedem Apoſtolicam conſulendam eſſe duxerunt ut ab eâ lumina perciperent, quæ ceteris omnibus Eccleſiis utiliſſimè communicare nunquam illa non ceſſaverat. Unde Magnus Epiſcopus qui tamquam Illuſtris Eccleſiæ Gallicanæ Pater jure colitur, ſua ſcripta Romam tranſmittenda eſſe cenſuit non ut Romanam Eccleſiam Magiſtram noſtram doceret, à quo certè alieniſſimus erat; ſed ut ſuæ ſanctitati notificaret quidquid actum fuerat in negotio fidem præcipuè ſpectante, atque inde ſua ſanctitas pro ſuâ ſapientiâ præſcriberet quod oportunius in Domino judicaret, ſeu ut ſancti Prelati verbis utar cujus memoria apud Fideles in benedictione ſemper erit *tuum eſt*, inquit, *Beatiſſime Pater judicare, meum verò, Petrum cujus firmitas nunquam deficiet in te viventem & loquentem reverenter audire*. Tandem nec hereticus ipſe (2) Auguſtam hanc prærogativam Sedi Romanæ denegare potuit, ſtandi nimirum ipſius judicio: promittens ſuos ſe damnaturum errores ubi damnatos à Romano Pontifice illos audiret. *Celeſtius B. Innocentii litteris non eſt auſus obſiſtere, imò ſe omnia quæ illa Sedes damnaret ſe damnaturum eſſe promiſit*. Id de celebri Pelagiano teſ-

re ſur une affaire qui fait beaucoup de bruit; *ce ſont les paroles de ſaint Cyrille d'Alexandrie, dans une lettre qu'il écrivoit au Pape Celeſtin I. ſur les troubles naiſſans du Neſtorianiſme. C'eſt ce qui s'eſt encore pratiqué dans les derniers tems, même en France, où les Evêques ont crû devoir s'adreſſer au ſiége Apoſtolique, pour profiter des lumiéres qu'il a toujours repanduës avec tant de ſuccès ſur toutes les autres Egliſes. Auſſi un grand Evêque qui paſſe à juſte titre pour un Pére de l'Egliſe Gallicane, marque-t-il qu'il envoyera ſes écrits à Rome, non pour enſeigner l'Egliſe Romaine notre Maîtreſſe, dont il eſt bien éloigné, mais afin que Sa Sainteté fût informée de tout ce qui s'eſt paſſé dans une affaire, où il s'agit du fondement de la foi, & que par ſa ſageſſe, elle en ordonnât ce qu'elle jugeroit le plus à propos en notre Seigneur: ou comme le dit un ſaint Prélat, dont la mémoire ſera toujours en bénédiction en l'Egliſe;* c'eſt à vous, *dit-il*, très-ſaint Père à juger, & c'eſt à moi à écouter avec reſpect, comme vivant & parlant en vous ſaint Pierre, dont la force ne manquera jamais. *Enfin l'Hérétique* (2) *n'a pû s'empêcher d'accorder au Siége de Rome cette auguſte prérogative, de s'en rapporter à ſon jugement, promettant de paſſer condamnation ſur ſes propres erreurs, dès que le ſouverain Pontife les auroit proſcrites.* Celeſtius n'a oſé réſiſter aux lettres du Pape Innocent, au contraire il a promis de condamner ce que le ſaint Siége condamneroit. *C'eſt ce que marque ſaint Auguſtin au ſujet d'un celébre Pélagien. Preuve certaine, que comme il n'y a point dans la Religion de plus grande autorité que celle de Jeſus-Chriſt & de ſon Egliſe, il n'en eſt point auſſi dans l'Egliſe de*

(1) Quoniam verò Deus hiſce in rebus prudentiam à nobis exigit, longaque Eccleſiarum conſuetudo ſuadet, ut ejuſmodi res ſanctitati tuæ communicentur, non poſſum quod apertum eſt ad pietatem tuam non perſcribere. *S. Cyrillus Alexandrinus Epiſtol. 9.*

(2) Cœleſtius B. Innocentii litteris non eſt auſus obſiſtere, immo ſe omnia quæ illa Sedes damnaret ſe damnaturum eſſe promiſit. *S. Auguſtinus lib. 2. contra Pelagium & Cœleſtium cap. 7.*

us reſpectable que celle du Siége Apoſtolique.

tatur S. Auguſtinus, ex quo certo colligitur ut nulla datur in Religione major autoritas Jeſu Chriſti & ipſius Eccleſiæ autoritate, nullam pariter in Eccleſiâ Sedis Apoſtolicæ autoritate venerandam magis eſſe.

Un ſecond motif qui doit nous engager à cette reſpectueuſe déference pour le ſaint Siége, eſt comme nous l'avons déja dit, la proteſtation que font les Souverains Pontifes, de ne vouloir jamais ſe départir des ſaints Canons : & ce motif, quoique commun à toutes les Egliſes du monde, devient encore plus preſſant pour l'Egliſe de France, qui fait une profeſſion particuliere, de prendre pour fondement de ſa diſcipline & de ſa liberté Eccléſiaſtique, l'obſervation des anciens Canons, & des ſaints décrets. Il ſuffit pour ſe perſuader de cette vérité, de parcourir ce que les Papes diſent eux-mêmes ; non-ſeulement ils proteſtent ne vouloir rien faire que ſelon les Canons ; nos omnia ſecundum Canonem facimus, *dit le Pape Jules I, mais leur attachement aux ſaints Décrets, les porte encore à ſe ſoumettre aux Régles, loin de (1) vouloir ſoumettre la Régle à leur autorité ; & comme ils n'ont rien trouvé de plus inique, que de s'oppoſer aux (2) ſaints Canons, ils ſe ſont bien gardez de conſentir jamais à leur infraction. L'aveu qu'ils font de leur ſoumiſſion aux loix de l'Egliſe, n'eſt pas un aveu ſimple qui parte d'une obéiſſance peu éclairée. Les raiſons qu'ils en donnent, perſuadent par la lumiere qu'elles portent à l'eſprit. Tantôt c'eſt la paix (3) & l'union des Egliſes, qui ne peut ſubſiſter que dans cette exacte obſervation des anciennes Régles ; tantôt c'eſt l'exemple (4) du premier Siége qu'il eſt*

Secunda ratio quæ nos ad humilem hanc obſervantiam Sedi Apoſtolicæ exhibendam impellere debet, inde ut jam diximus repetitur, quòd Romani Pontifices conteſtantur ſe nunquam à Sacris Canonibus recedere velle. Atque hæc ratio omnibus Orbis Eccleſiis licet communis, Gallicanam tamen Eccleſiam magis permovere debet, quæ ſingulari ſtudio profitetur ſuæ diſciplinæ & Eccleſiaſticæ ſuæ libertatis fundamentum in antiquorum Canonum, ſanctorumque Decretorum obſervatione conſtituere. Hæc autem veritas ut omnibus perſpecta ſit oculis, perluſtrare ſufficit quod ipſimet Pontifices Romani ſæpiſſimè protulerunt. Non ſolum ipſi conteſtantur nil niſi ſecundum Canones facere ſe velle : ***nos omnia ſecundum Canonem facimus***, inquit Pontifex Julius I, ſed etiam ſanctis decretis adeò addicti ſunt ut ſe ipſos Regulis ſubjiciant (1) nedum Regulas ſuæ autoritati ſubjicere velint. Et ſicuti iniquius nil invenerunt quàm ſanctis Canonibus contradicere (2) maximè caverunt ne illorum violationi unquam conſentirent. Nec putes Romanos Pontifices inſcitiâ vel puro obſequio legibus Eccleſiaſticis ſe ſubjicere voluiſſe, contrarium planè ſuadent quas ipſi referunt cauſas. Enim

(1) Dominentur nobis Regulæ, non Regulis dominemur; ſimus ſubjecti Canonibus qui Canonum præcepta ſervamus. *Cœleſtinus I. Epiſtol. ad Illirici Epiſcopos.*

(2) Nimis hæc improba, nimis ſunt prava, quæ Sacratiſſimis Canonibus inveniuntur eſſe contraria. . . . Abſit a conſcientiâ meâ ut tam prava cupiditas ſtudiis meis adjuvetur. *S. Leo I. Epiſtol. 80. Nov. edit.*

(3) Quoniam contra ſtatuta Paternorum Canonum. . . . nihil cuique audire conceditur, ita ut ſi quis diverſum aliquid decernere velit, ſe potius minuat quam illa corrumpat. Quæ ſi ut oportet à cunctis Pontificibus ſerventur, per univerſas Eccleſias tranquilla erit pax & firma concordia. *S. Leo I. Epiſtol. 79. ad Pulcheriam.*

(4) Nullus jam veraciter Chriſtianus ignoret uniuſcujuſque Synodi conſtitutum, quod univerſæ

vero in cauſâ fuit modò pax & firma Eccleſiarum concordia, quæ ſine accuratâ iſtâ veterum Canonum obſervatione ſubſiſtere non poteſt; modo primæ Sedis exemplum, quæ Canonum ſtatuta exequi debet ut alios ad illa executioni demandanda alliciat & permoveat; modò ſalutis amor qui ad ſanctorum Decretorum obſervantiam caput impellere debet ne ipſam relaxanti, ſibi non minùs quàm Regulis prejudicium afferat (1); modò tandem cuſtodis ac depoſitarii nomen, quod in corruptoris & prævaricatoris nomen mutaretur; ſi tantam impoſterum, quantam hactenus ſemper adhibuerunt curam in ſervandâ ſalutari iſta Canonum ſeveritate Eccleſiæ ipſiuſque Fidelibus tam utili Rom. Pontifices non haberent (2).

obligé de pratiquer lui-même, s'il veut engager les autres à la pratique des Canons, tantôt c'eſt l'amour (1) du ſalut, qui doit porter le Chef à l'obſervance des ſaints Décrets, puiſque par ſon rélâchement il préjudicieroit moins aux Régles qu'à lui-même. Enfin c'eſt la qualité de Gardien (2) & de dépoſitaire qui ſe changeroit en celle de corrupteur & de prévaricateur, ſi les Souverains Pontifes n'avoient pas autant de ſoin qu'ils en ont toujours eu, de conſerver aux Canons cette ſévérité ſalutaire, ſi utile à l'Egliſe & à ſes Enfans.

Eccleſiæ probavit aſſenſus non aliquam magis exequi Sedem oportet quam primam. *Gelaſ. I. Epiſtol. ad Epiſcop. Dardaniæ.*

(1) Cunctas quas præfata veneranda Concilia perſonas reſpuunt, reſpuo; quas venerantur amplector, quia dum univerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit quiſquis preſumit aut ſolvere quos ligant aut ligare quos ſolvunt. *S. Gregorius I. lib. 1. Epiſtol. indictione 9. Epiſtol. ad Joan. Epiſcop. Conſtantinopolit.*

(2) Defenſores enim Divinorum Canonum & cuſtodes ſumus, non prævaricatores. *Martinus I. Epiſtol. 5. ad Joann. Philadelph. Epiſcopum.*

Digitized by Google

PARS PRIMA

DE GALLICANIS EPISCOPIS.

LIBER SECUNDUS.

Quæ momenta recentiores nonnulli in Pontificiam inerrantiam intorquere ſolent, retorquentur à Gallicanis Epiſcopis, infirmantur, ac planè refelluntur.

QUICUMQUE in aſſiduâ veterum Religionis monumentorum meditatione, nec non & in difficillimâ tùm ſacrorum dogmatum, tùm controverſiarum identidem exortarum tractatione eruditè verſati ſunt, illi ignorare nequaquam poſſunt, quin-immo & probè norunt nullum eſſe Chriſtianæ Fidei dogma, nullam Catholicæ Doctrinæ partem quæ non plurimis obſepiatur hinc indè ac pulſetur difficultatibus. Nimirum modò diſſolvenda occurrunt adverſantium hominum argumenta vel ſophiſmata, modò explicanda veniunt loca ſcripturarum aliquot *difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant..... ad ſuam ipſorum perditionem* (1). Mox diſcutienda ſunt veterum quorumdam Eccleſiæ Patrum dicta, qui nonnunquam

(1) 2. Pet. 3. 16.

minùs caſtigatè, ut aïunt, quia *ſecuriùs* loquebantur (1), tùm diſquirenda ſæpè quædam facta vel geſta quibus malè abutuntur Eccleſiæ hoſtes vel liberioris Doctrinæ viri. Mirum itaque nemini videbitur, ſi & adversùm indeficientem ac ſupremam quam tot ubique Catholici propugnant Romanorum Pontificum autoritatem aliqualia non deſint quæ neoterici illius oſores objiciant ac ſæpius obtrudant vel Patrum teſtimonia vel ipſorummet Pontificum geſta. Atque hinc eſt quòd minimè ſatis habeant inerrantiæ Pontificiæ defenſores perſpicuis ſcripturarum teſtimoniis, luculentiſque traditionis Eccleſiaſticæ monumentis ſuam aſſerere ac ſtabilire ſententiam, ſed & muneris ſui partem eſſe velint non infimam, ut quæ ab adverſariis objectari ac urgeri ſolent, diluant ipſi ac ſolidè refellant.

(1) S. Aug. lib. 1. contra Julianum. N. 22°.

Eâdem methodo utuntur Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites. Iiſdem hactenus, uti ex antea dictis videre eſt, tùm SS. Scripturarum, tùm Eccleſiaſticarum traditionum teſtimoniis Pontificiam infallibilitatem Doctiſſimi Præſules pro ſuo erga Sedem Apoſtolicam ſtudio ſtrenuè vindicarunt. Verùm & iſtud parum ipſis viſum eſt, niſi, quod reliquum erat, recuſa centies & toties attrita Novaturienſium hominum argumenta reſolverent ipſi, vanáque prorſus & futilia eſſe commonſtrarent. Poſteriorem iſtam officii ſui partem haud quaquam neglexerunt meritiſſimi Gallicanæ Eccleſiæ proceres. Quantâ eruditione, quanto argumentorum pondere, quantâ reſponſorum firmitate ac ubertate inanibus illis recentiorum infallibilitatis Romanæ adverſariorum vitilitigationibus ſatisfecerint oſtendendum omnibus ac demonſtrandum incumbit. Ut autem viâ ac ratione procedamus, ipſa primùm adverſariorum argumenta cum omni quæ fabulis ineſſe poteſt veritatis ſpecie proponemus, tùm quid ad illa infringenda ac penitùs exſufflanda repoſuerint Galliarum Epiſcopi breviter & Summâ Fide ſubjiciemus. Iis in anteceſſum præmiſſis ad rem ipſam veniamus.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

Quæ oſtentantur Romanorum Pontificum errata tanquam fictitia atque ad elevandam Pontificiam infallibilitatem ineptiſſima reſpuuntur à Gallicanis Epiſcopis & procul amandantur.

INTER cetera quæ nihil niſi malam adverſariorum Fidem aut ignorantiam probant, primas obtinet communi Gallicanorum Epiſcoporum judicio illud quod ex ventilatis multoties Romanorum Pontificum erroribus extunditur argumentum. Fatentur equidem eruditi Antiſtites Pontifices Romanos errare poſſe, nec proinde infallibiles eſſe, ſi ali quando contigerit ut in ſolemnibus circa Fidem ac mores Conſtitutionibus, vel in dirimendis de Religione controverſiis erraverint. Atqui rem ità eſſe contendunt ac plurimis oſtendere exemplis conniruntur hodierni Romanæ inerrantiæ debellatores Theologi. Cùm tamen nec una fuerit nec eadem in nuperis illis Doctoribus Romanam autoritatem laceſſendi, déque Romanis Pontificibus maledicendi voluntas, ſic nec una eſt apud illos, nec eadem præjudiciorum ac illuſionum menſura. Plures alii, alii pauciores oſtendunt Summorum Pontificum prolapſiones, qui impia Hæreſeos dogmata tanquam certiſſima Fidei decreta propinaverint, atque in immanes contra Religionem errores tranſverſum acti fuerint. Dicendum quod res eſt, ex congeſtis illis prolapſionum exemplis nonnulla ſunt ità omni veritatis ac probabilitatis ſpecie deſtituta, ut à Catholicis omnibus jam nunc repudientur. Ecquis, exempli causâ, Launoïo credat fingenti Stephanum 1um. R. P. in errorem errori Cyprianico oppoſitum ſuo ad Africanos Mandato lapſum fuiſſe? *Vix unum*, inquit Turnelius (1), *aut alterum ex Catholicis reperias qui Launoïum hìc approbet.*

Iis igitur exemplis quæ ipſimet reſpuunt adverſarii prætermiſſis, cetera quæ alicujus apud illos ponderis extent errantium Pontificum exempla ſigillatim proſequemur. Oſtendemus illa etiam omnia à Gallicanis Præſulibus habita fuiſſe velut impactas totidem Romanis Pontificibus calumnias. Demonſtrabimus eadem ex communi Francorum Antiſtitum judicio ineptiſſima eſſe ad peſſundandam infallibilem & ſupremam RR. Pontificum in dirimendis Fidei controverſiis autoritatem.

(1) *Tractat. de Eccleſiâ Tom. 2. pag. 185. edit. Pariſ. an. 1725.*

Digitized by Google

§ I.

De lapſu liberii S. Pontificis.

EX Romanis Pontificibus quorum errores velut Summa cauſæ ſuæ præſidia extollunt ac ventitant adverſarii (quanta eſt virorum illorum erga communes Chriſtianorum omnium Parentes reverentia) ! primus ordine venit Liberius Summus Pontifex cujus prolapſionem modulis omnibus & concordi cum Hæreticis voce canunt ac ſibilant. ***Quid enim mali fecit iſte*** (1)? Liberius, inquiunt, non Athanaſii ſolùm damnationi ſubſcripſit, ſed Hæreticam Fidei formulam amplexando Arianæ perfidiæ conſenſit. Probant autem tùm aliorum, tùm Hilarii præſertim teſtimonio qui ſæpiùs in fragmentis formulam illam cuï pollicem ſubmiſit Summus Pontifex ***arianam*** vocat ***perfidiam*** (2) atque identidem Liberio repetit anathemata. Ità expreſſis verbis objiciunt Elias Dupin (3) & alii paſſim inerrantiæ Pontificiæ oſores. (4) Idem argumentum fuſiori calamo verſat defenſor declarationis Cleri Gallicani (5). En famoſum illud ex liberii lapſu objectum quo uno ſemel ab adverſariis propoſito conclamatam apud illos eſſe diceres infallibilem Romanorum Pontificum autoritatem. Huic autem difficultati, ſi tamen difficultas dici poſſit, priuſquam ſatisfaciant eruditi Francorum Præſules, diligenter obſervari volunt illam non ab hodiernis primùm inerrantiæ Pontificiæ impugnatoribus inventam, ſed ab omnibus qui antea vixerunt Hæreticis præformatam fuiſſe ac frequentatam, contrà verò ab omnibus Catholici Orbis Doctoribus exploſam uſquè, & uſquè contemtiſſimam. ***En ille ipſe***, inquiebat Eminentiſſimus Cardinalis de Biſſy (6), ***en ille ipſe Hæreticorum omnium equus bellator*** (le fait favori). ***Et quiſquam ignorat quàm contemtim idem ab omnibus Catholicis tractatus fuerit***? Nemo ſanè ignorat, qui veterum Eccleſiæ Doctorum ſcripta perlegerit, nemo præſertim qui doctiſſimas Præſulum Gallicanorum lucubrationes vèl à limine ſalutaverit. Ut enim ſcitiſſimè iidem obſervant, ex prætenſo illo Liberii lapſu nihil omnino inferre licet, niſi certiſſimum ſit. 1°. Summum illum Pontificem formulæ ſibi ab Hæreticis oblatæ ſubſcripſiſſe, 2°. Formulam cuï, ſi cuï ſubſcripſit, fuiſſe Hæreticam, 3°. Demum errorem hunc privatum non fuiſſe & perſonalem Liberii er-

(1) *Luc.* 21. ℣. 22.

(2) *S. Hilarius fragmento* 6°.

(3) *Dupin de Ant. Eccl. diſciplinâ. Diſſert. V. cap.* 1. §. 3. pag. 347. *edit. Pariſ. an.* 1686.

(4) *Apud Turnel. tract. de Eccleſiâ Tom.* 2. pag. 188. *Simon Vigor de infallib. &c. lib.* 2. *cap.* 1. pag. 43. *Mainburgus tractat. Hiſt. de Eccleſ. Rom. c.* 10.

(5) *Def. decl. Cler. Gall. parte* 2*i.* à pag. 297. *ad* pag. 308.,

(6) ***Document. Paſtor. contra appellationem***, *&c. anno* 1728. pag. 69. Voilà le fait favori de tous les hérétiques. Et quelqu'un ignore-t-il le mépris que tous les Docteurs Catholiques en ont fait?

rorem. Atqui, reponunt Doctiſſimi Antiſtites, tria illa quæ adverſariis probanda manent, partim incertiſſima ſunt, partímque falſiſſima.

Incertum eſt juxta Gallicanos Epiſcopos num Liberius reverà lapſus fuerit; factum iſtud quàm confidenter à quibuſdam aſſeritur, tàm conſtanter ab aliis aut in dubium revocari aut etiam ex profeſſo impugnari aſſeverant Franci Præſules. Imò verò prætenſus ille *Liberii lapſus*, teſte Rhutenenſi Epiſcopo (1), *haud levem patitur difficultatem. Saltèm à quibuſdam in dubium revocatur, & anno* 1726. *edita eſt diſſertatio cujus Autor* (D. Corgne Sueſſionenſis Canonicus) *oſtendere contendit nuſquam lapſum eſſe Liberium.* Ruit igitur à fundamentis aut ſaltèm labilis eſt & infirma illa adverſariorum difficultas.

Sed eſto, tam certus ſit & indubitatus, quàm dubius eſt & incertus Liberii lapſus, ultrà probandum eſt formulam cuï ſubſcripſit Liberius fuiſſe Hæreticam. Id verò disertè negant Galliarum Epiſcopi; non Hæreticæ, ſed orthodoxæ formulæ Sirmienſi ſubſcripſiſſe Romanum Pontificem luculenter inter ceteros oſtendit laudatus Rhutenenſium Antiſtes, ſuámque hâc in re ſententiam appellatis Natalis Alexandri, Tillemontii, Fleuriaci teſtimoniis confirmat eo ipſo loco quem modò citavimus. *Formulæ quibus Liberius ſubſcripſit*, inquit Illuſtr. de Charancy Epiſcopus Monſpeſſulanus *in ſe ipſis ſpectatæ atque in ſuo proprio & naturali ſenſu nullam Hæreſim continent, Ortodoxæ ſunt, imò ſi fideliter interpretentur Nicenis formulis æquivalent* (2). Et verò qui nullum admiſit errorem, formulæ, ſi cuï ſubſcripſit, non niſi Ortodoxæ ſubſcripſit. *Liberium* porrò *in errorem minimè lapſum fuiſſe* expreſſiſſima eſt Eminent. Cardinalis de Tencin ſententia (3), ità planè *quæcumque fuerit Liberii culpa* inquit Epiſcopus Monſpeſſulanus modò laudatus *non niſi puram veritatem docuit* (4).

At enim demus id iterum adverſariis quod probare illi nunquam potuerunt, quod apertiſſimè negant Galliæ Præſules; demus Liberium non tantùm lapſum fuiſſe ſed & Hæreſi ſubſcripſiſſe. Erraverit

(1) Le fait de cette chûte du Pape Libère n'eſt pas ſans quelque difficulté; du moins elle eſt revoquée en doute par quelques-uns; & il a paru en 1726. une Diſſertation dans laquelle on prétend faire voir que ce Pape n'eſt jamais tombé. *Epiſcopus Rhuten. in Documento ſæpius laudato parte 14. pag.* 62.

(2) *Lettre Paſtor. au ſujet d'un Ecrit repandu dans ſon Diocèſe, &c. 1. Avril* 1744. pag. 37. Le. Formules ſouſcrites par Libère conſiderées en elles-même & dans leur ſens propre & naturel, ne contiennent aucune héréſie, elles ſont ortodoxes, & même fidellement interpretées, elles ſont équivalentes à celle de Nicée.

(3) Le Pape Libère n'eſt pas tombé dans l'erreur. *Document. Paſtor. ad Archi-Presb. &c.* pag. 21.

(4) *Docum. Paſtor. modo laudato* pag. 41. Le Pape Libère n'a enſeigné que la pure vérité quelque faute qu'il ait commiſe.

quidem eâ in occaſione Romanus Pontifex ; verùm illius error an privatus & perſonalis, an verò ſolemni definitione ac Pontificiâ autoritate ab eodem approbatus, id demum agitur. Quid hîc adverſarii ? Hærent ad aquas. Quid Illuſtriſſimi Franciæ Epiſcopi ? Reponunt eam formulam cuï ſubſcripſiſſe fertur Liberius, nunquam ab ipſo fidelibus ceu neceſſariam Fidei regulam fuiſſe propoſitam, nullum ipſi acceſſiſſe ſolemne Pontificis judicium, totámque, ſi qua admiſſa fuit, culpam privatæ Liberii perſonæ peculiarem extitiſſe.Ità aſſerit Meldenſis Epiſcopus D. de Biſſy : *Liberius*, inquit (1), *Sirmienſem formulam ceu aliquod Fidei objectum populis minimè propoſuit.* Et iſtud quidem Doctiſſimo Senonenſium Archiepiſcopo D. de Languet ità certum viſum eſt & inconcuſſum, ut, ipſo judice (2), *contra veritatem hiſtoriæ peccet qui ſupponit tres illos Pontifices, Liberium* nempe *Honorium & Joannem XXII. toti Eccleſiæ propoſuiſſe dogmatica decreta erronea ut Fidei regulas.* Quid igitur de Liberio ſentiendum ? Quod & de aliis duobus Pontificibus, videlicet totam *illorum culpam fuiſſe perſonalem.*

At regeres forſitan non ità ſenſiſſe Hilarium qui anathema dicit Liberio. Reponunt Gallicani Præſules eruditis omnibus exploratum eſſe ea anathemata in Liberium prolata S. Hilario perperam adſcribi, quippe quæ primigenio S. Doctoris Sermoni ab amanuenſi quopiam aſſuta fuerunt. *Prætenſo S. Hilarii in Liberium Papam anathemate tuam appellationem confirmas*, ſcribebat olim ad Bononienſem Senonenſis laudatus Antiſtes (3) ; *verùm eruditi aſſerunt non genuinum eſſe Hilarii fetum iſtud anathema, ſed ſuppoſititium librarii cujuſdam additamentum.* De cetero ſi quis præfractè contendat illa quæ in S. Hilarii fragmentis conſpiciuntur contra Liberium anathemata Germanum eſſe Hilarii opus perinde ac ceteras fragmentorum partes, nihil promovet. Teſtantur Galli Antiſtites illa vèl Queſnelii ipſiuſmet judicio indigna eſſe quæ in cauſæ cujuſpiam præſidium afferantur ; addunt illa præfervido & indignanti S. Doctoris ingenio excidiſſe, quæ tamen ſubinde procul dubio ſpongiâ deletrice expunxiſſet, ſi opus abſolviſſet quod tunc meditabatur. Legeſis citatam Senonenſis Epiſtolam in quâ hæc verba reperias : *Queſnelius Domi-*

(1) Libère n'a pas propoſé la formule de Sirmich pour l'objet de la créance des peuples. *Docum. Laudato.*

(2) C'eſt pécher contre la vérité de l'hiſtoire, que de ſuppoſer que ces trois Papes, Libère, Honorius & Jean XXII. ayent propoſé à toute l'Egliſe des décrets dogmatiques erronés pour ſervir de regle de foi. Leur faute fut perſonnelle. *D. Languet Epiſt. ad D. de Lamoignon. pag.* 35.

(3) Vous appuyez votre appel ſur un prétendu Anathéme prononcé par S. Hilaire contre le Pape Libère, Anathéme que les Sçavans diſent n'être pas de ce Pere, mais une addition faite à ſon texte par quelque Copiſte, &c. *Epiſt.* 3. pag. 4.

num de Wits culpabat, quòd iſtud Hilarii anathema protuliſſet, eòque tanquam aliquo ſua cauſæ præſidio uteretur; monumentum iſtud quod allegaretur, indignum eſſe credebat (1); nec immeritò ſanè, *ſi* enim, ut obſervat Eminent. Card. de Biſſy (2), *ſi S. Hilarius tempus habuiſſet fragmenta ſua ordinandi, & conceptum opus abſolvendi, ea profectò ſuppreſſiſſet anathemata quæ animi ejus fervori exciderant. Anne enim voluiſſet ſanctus ille Doctor Pontifici inſultare quem cernebat, &c.*

Jam habes quàm ſtrenuè, quàm eruditè, quàm ubertim argumentum illud refellant meritiſſimi Gallicanæ Eccleſiæ Principes, quod ex Liberii lapſu contra indeficientem R. Pontificis autoritatem intorquent nuperi quidam ſcriptores. Pleniorem Romani Pontificis, ac inerrantiæ Pontificiæ defenſionem, fidenter dico, non Bellarminus, non Melchior Canus, non Sfondratus, non alii quilibet ſtudioſiſſimi Romanæ infallibilitatis cultores aſſertoréſve hâc in parte inſtituerunt. Pergamus ultrà, & eruditiſſimos Galliarum Antiſtites vaniſſima adverſariorum figmenta refigentes proſequamur.

§. II.

De lapſu Vigilii R. P.

IN ampliſſimo illo quem adverſarii retexunt Summorum Pontificum ſuis, ut illi quidem ineptiunt, prolapſionibus famoſorum catalogo Liberium excipit Vigilius. Hic autem, ſi qua noſtris Theologis Fides, famoſo quo dedit conſtituto damnanda non eſſe tria capitula ſanciverat, qui tamen poſtea hæc eadem capitula ad ſaniorem mentem reverſus altero ipſe decreto proſcripſit. Habemus igitur pugnantia duo ejuſdem Pontificis decreta quorum prius imprudens utique & erroneum erat; ac proinde erravit Vigilius. Ità ferè ratiocinantur Launoius (3), Maimburgus (4), & alii paſſim id genus ſcriptores (5).

Levioris porrò momenti Gallicanis Præſulibus viſa eſt illa difficultas, quàm ut in eâ diſſolvendâ diutiùs incumberent. Nempe enim quid mirum quòd in eâ diſputatione varia pro variis

(1) Le Pere Queſnel trouvoit mauvais que le ſieur de Wits cita cet anathéme (de S. Hilaire) & le fit valoir pour en tirer avantage. Il regardoit ce monument comme indigne d'être cité. *Loco citato.*

(2) Si S. Hilaire avoit eu le tems d'arranger ſes fragmens, & d'achever l'ouvrage qu'il avoit projetté, il n'y auroit pas laiſſé ces anathêmes échappés à ſa vivacité. Ce Pere auroit-il voulu inſulter à un Pape qu'il voyoit, &c. *Documento jam citato.*

(3) *Launoïus parte 3â. Epiſt. ad Gerbaſium.*

(4) *Tractat. Hiſt. de Eccleſ. Rom. cap.* 11. pag. 125. & *ſeqq.*

(5) *Apud Turnel. Tract. de Eccleſ. Tom.* 2. pag. 18. *Vide Eccl. defenſ. Cler. Gall. parte* 3 i. *lib.* 12. *cap.* 20.

temporum conditionibus fuerit Vigilii agendi ratio, in quâ non de Fide ipſâ, non de moribus, ſed tantùm de perſonis quibuſdam judicandis, ſcriptíſque illarum examinandis agebatur? Ubi cum doctiſſimis Antiſtitibus obſervare licet Vigilium in ſuo conſtituto nullam Anathematis pœnam iis intentaſſe, qui opinionem contrariam ſequerentur, ut oſtenderet eam eſſe controverſiæ naturam quæ in utramque partem ſalvâ fide inflecti poſſet, dummodo hâc ratione paci Eccleſiæ conſuleretur. Nè quis verò vèl minimam inconſtantiæ labem Summo Pontifici inverecundus inureret, addunt ad cumulum obſervantiſſimi Epiſcopi prudenter omnino, & pro ut exigebant difficiles temporum illorum circumſtantiæ, ſe ſe geſſiſſe Vigilium, ideóque ſolùm prius ſtatutum revocaſſe, ut Eccleſiæ cùm Orientalis, tùm Occidentalis paci ac tranquillitati allaboraret. Omnia illa defenſionis momenta ſummatim ac eruditè collegit Emin. Cardinalis de Biſſy, cujus verba ſubjicimus: itaque *animadvertendum eſt*, inquit (1), *Vigilii Papæ conſtitutum quod priori huic ſcripto adverſum erat non damnaſſe ſub anathematis pœnâ, uti obſervat D. de Marca eos qui tria capitula rejiciebant; quâ quidem agendi ratione Vigilius pro ſuâ prudentiâ liberam unicuique ſentiendi quod vellet facultatem relinquere videbatur, dummodo paci Eccleſiæ quovis pacto provideri poſſet. Et certè plurimi poſt Vigilium Pontifices obſervarunt tum id minimè actum fuiſſe ut in ea controverſiâ Fides definiretur, ſed tantùm ut de perſonis quibuſdam judicaretur, ac nonnulla ſupprimerentur ſcripta. Ubì certè mirum videri nequaquam debeat quòd ille Pontifex eandem ſemper agendi rationem haud ità ſecutus fuerit, hâc ſcilicet mente, ut pacem Eccleſia tùm in Oriente, tùm alibi procrearet.* Hìc Meldenſis Antiſtes Archiepiſcopum Toloſanum laudat Dominum de Marca, ex cujus etiam ſententiâ *animadvertas* eum (Vigilium) non adjeciſſe anathema in eos qui contrariam opinionem tuerentur; quod ab eo SUMMA prudentiâ factum eſt, ut oſtenderet eam eſſe controverſiæ conditionem quæ in utramque partem inflecti poſſet, ſi paci Eccleſiaſticæ hâc ratione conſuleretur (2).

(2) De Marca. Diſſertatio de Decreto Vigilii.

Prudentiſsimæ

(1) Il ſaut remarquer que la Conſtitution du Pape Vigile qui contrediſoit ce premier écrit, ne condamnoit pas, ſous peine d'anathéme; comme l'obſerve M. de Marca, les perſonnes qui rejettoient les trois chapitres; en quoi Vigile, par un effet de ſa prudence, ſembloit laiſſer la liberté de penſer ce qu'on voudroit dans cette diſpute, pourvû qu'on pût de manière ou d'autre procurer la paix de l'Egliſe. En effet pluſieurs Papes après Vigile, ont obſervé qu'il n'étoit pas queſtion de décider la foi dans cette controverſe, mais ſeulement de juger des perſonnes, & de ſupprimer quelques écrits; ſur quoi il ne falloit pas trouver étrange que ce Pape n'eût pas gardé une conduite uniforme dans la vûë de procurer la paix de l'Egliſe dans les Egliſes d'Orient, & dans le reſte de l'Egliſe. *Docum. Paſtor. contra appell. &c. pag. 86.*

Prudentiſſimæ illæ Meldenſis ac Toloſani Præſulis obſervationes ſatis ſupérque ſunt, ut oſtendatur quàm inane, quàm vanum ſit deductum ex prætenſo Vigilii lapſu contra Pontificiam infallibilitatem argumentum. Videlicet in totâ illâ Vigilii agendi ratione, non animi inconſtantia, non imprudentia, multò minùs error aut Hæreſis deprehenditur, ſed pacis amor, tranquillitatis ſtudium, Eccleſiarum ſollicitudo, ***Summa*** ubique ***prudentia*** laudantur ab eruditis Epiſcopis ac maximè commendantur. Quid igitur oſtendit adverſariorum ratiocinatio? Nimirum nihil eſſe ***infelicius homine, cui ſua figmenta dominantur*** (1); quod maximè cupit, hoc ubique videt. (1) *Plinius.*

§. III.

De lapſu Honorii.

NEminem latere putamus quàm frequens in adverſariorum ore verſetur Summus Pontifex Honorius. Diceres pluris valere apud illos ventilatam toties Honorii prolapſionem, quàm valeant apud omnes egregia Romanorum tot. Pontificum de Eccleſiâ peroptimè meritorum facinora. Scilicet vèl unicum illius Pontificis exemplum pro fallibilitate Pontificiâ decretorium eſſe ubique prædicant. Honorius, inquiunt, Monothelitarum errorem apertè docuit non in privato duntaxat inſtrumento, verùm in ſolemni & dogmatico decreto. Quapropter cum aliis Hæreſeos Primipilis in Synodo ſextâ Generali tanquam Hæreticus nominatim damnatus eſt. Ità arguunt communiter Pontificiæ inerrantiæ aggreſſores, ac præ ceteris defenſor declarationis Cleri Gallicani (2). (2) *Parte 2ª. lib. XII. cap. XXI. & ſeqq.*

Quot in illo Neotericorum ratiocinio difficultatis capita, tot inſcitiæ vel malæ Fidei argumenta deprehendunt ſagaciſſimi Galliarum Epiſcopi. Tria nempe aſſerunt recentes illi Dogmatiſtæ, 1°. Honorium Monothelitarum Hæreſi adhæſiſſe; 2°. Eam Hæreſim ſolemni quodam judicio à Romano Pontifice fuiſſe confirmatam; 3°. Ipſum propterea in œcumenicâ ſextâ Synodo veluti Hæreticum fuiſſe damnatum. Atqui hæc totidem ſunt juxta Francorum Præſules ſplendidiſſima, ampliſſimáque mendacia. Etenim ſicubi Honorius Monotheliſmum docuit, in iis utique literis quas miſit ad Sergium Conſtantinopolitanum Patriarcham. Jam verò aquam priùs ex pumice, quàm ex iſtis Honorii literis Hæreſim, ſi Gallicanis Antiſtitibus Fides, elicueris. ***Honorius***, inquit Emin. Card. de Biſſy, ***in ſuâ***

Digitized by Google

ad Sergium *Epiſtolâ nihil contra Fidem definiit* (1). Et rurſus (2) : *nuſquam inveneris ejus* (Honorii) *Epiſtolas eſſe Dogmati Catholico contrarias , aut continere Doctrinam Hæreſi favorabilem. . . . . nitidè ſatis ille Pontifex in ſuis Epiſtolis ipſam Eccleſiæ Doctrinam proponit. . . . . hanc præcisè Eccleſiæ Doctrinam in literis Honorii reperias.*

Catholicas eſſe Honorii ad Sergium Epiſtolas non tantùm cum Eminent. Cardinale conſentit Rhutenenſis Antiſtes , ſed luculentiſſimis etiam argumentis probat illas *Honorii Epiſtolas nihil erroris continere* (3) , quod aſſertum ubì datâ operâ confirmavit , infert in Doctrinâ Epiſtolis Honorii contentâ *nihil eſſe quod errori faveat* (4). Infiniti eſſemus , ſi omnia id genus Præſulum Gallicanorum teſtimonia hîc congerere animus foret. Quapropter nè plura & prolixiora , conſule , ſi vacat , Doctiſſimum Languetium Senonenſem Archiepiſcopum (5) , qui ambas Honorii ad ſergium Epiſtolas ex communi Theologorum conſenſu ab omni Monothelitarum errore vindicat.

(5) *Monito 2°. adverſùs ſuæ olim Diœceſeos refractarios* pag. 20. & *alibi paſſim.*

Igitur perquàm falſum eſt Summum Pontificem Honorium datis ad Sergium Epiſtolis abſurdam peræquè ac impiam Monothelitarum hæreſim propinaſſe. Nec minùs falſum eſt ex Illuſtriſſimis Franciæ Præſulibus illas Honorii Epiſtolas , Dogmaticas totidem definitiones , ſolemniáve fuiſſe Romani Pontificis judicia quibus neceſſariam Fidelibus omnibus Fidei regulam proponeret. Fuerunt illæ privatæ ad ſergium literæ quibus omnia deerant quæ Dogmaticam conſtitutionem juxta illius ævi diſciplinam manifeſtare ſolebant. *Falſum eſt* itaque , ait Senonenſis Præſul *(6)* , *illam Honorii Epiſtolam ceu regulam Fidei noſtræ fuiſſe à Pontifice illo toti Eccleſiæ propoſitam. . . . privata fuit Papæ ad Sergium Epiſtola.* Quibus fusè & eruditè demonſtratis ſic pergit Illuſtriſſimus Autor : *Manifeſtum eſt Epiſtolam Honorii nuſquam fuiſſe propoſitam ut aliquam Fidei regulam* (7). Alia requiris Galliæ Præſulum teſtimonia ? Alia dabimus , ſi tamen alia , quæ eòdem recidunt : *falſum eſt* , aït Emin. Card. de Biſſy , *Epiſtolam Honorii fuiſſe datam ab illo Pontifice ut regulam*

(1) Honorius dans ſa Lettre n'a rien décidé contre la foi. *De Biſſy Docum. Paſt. jam laudato.* pag. 91.

(2) On ne trouvera pas que ces Lettres (*d'Honorius*) ſoient contraires au Dogme , ou qu'elles contiennent une doctrine qui favoriſe l'héréſie . . . . . . Ce Pape expoſe dans ſes Lettres la Doctrine de l'Egliſe avec aſſez de préciſion. . . . C'eſt préciſément la Doctrine de l'Egliſe qu'on trouve dans les Lettres d'Honorius. *Idem Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 179.

(3) Les Lettres d'Honorius n'enſeignent pas une doctrine erronée. *Docum. ſæpiùs citato* pag. 142.

(4) Il n'y a rien dans la Doctrine des Lettres d'Honorius qui ſoit favorable à l'erreur. *Id. ibid.* pag. 150.

(6) Il eſt faux que la Lettre d'Honorius fût donnée par ce Pape comme une règle de foi à toute l'Egliſe . . . C'eſt une Lettre Particulière du Pape à Sergius. *Monit.* 2°. *&c.* pag. 20.

(7) Il eſt évident que la Lettre d'Honorius ne fut jamais propoſée pour règle de foi. *Id. ibid.* pag. 26.

Digitized by Google

Fidei quæ ad univerſalem Eccleſiam directa fuerit (1). At undenam illud deprehendit eruditus Antiſtes ? Quia *hæc Epiſtola nullos refert ex illis characteribus qui Dogmaticam definitionem exprimunt , nullam habet ſimilitudinem cum ſolemnibus illis Pontificum Epiſtolis quæ dirimendis vulgò de Religione controverſiis & Fidei ſtatuendæ inſerviebant* (2). Rem illam prolixè proſequitur Meldenſis Epiſcopus , quâ ſtrenuè profligatâ ſic concludit : *jam vidimus* 1°. *illam Honorii Epiſtolam nullos præ ſe ferre characteres Dogmaticis deciſionibus proprios , ſed meram eſſe ac privatam Honorii ad Sergium Conſtantinop. Patr. reſponſionem.* 2°. *Pontificem illum nihil ex Apoſtolicâ autoritate in eiſdem literis edixiſſe* (3). Accedit etiam Rhutenenſis Epiſcopus qui diffuſâ , ut aſſoler , & profundâ eruditione hæc duo lemmata ſtabilit ac confirmat , 1°. *Epiſtolæ Honorii non ſunt deciſiones Dogmaticæ* (4) , 2°. *Epiſtolæ Honorii non fuerunt directæ ad omnes Fideles , ut ipſis Fidei regulæ exiſterent*(5). His omnibus concinit Illuſtr. de Fenelon Camerac. Archiep (6).

Hoc autem ſemel ſtabilito , Epiſtolas nempe Honorii ad Sergium non ſolemnes & Dogmaticas fuiſſe definitiones , ſed privatas & perſonales Pontificis reſponſiones , minimè neceſſarium fuerit inquirere quâ ratione Honorius in ſextâ Synodo generali damnatus fuerit , an ut Hæreticus propriè dictus , an tantùm ut Hæreſeos fautor. Quid enim hæc quæſtio ad infallibilitatem Pontificiam ? Fuerint illæ Pontificis Epiſtolæ damnatæ ut Hæreticæ ; ſi non ſolemnia decreta , ſed privatas reſponſiones contineant , hinc ſequetur ad ſummum errare poſſe Romanum Pontificem , cùm ex privatâ ſententiâ tanquam Doctor , ut aiunt , particularis , non interpoſitâ ſuæ Sedis autoritate &c. loquitur , de quo hîc inter adverſarios nequaquam agitur. At neque tamen erga novitios inerrantiæ Pontificiæ oſores uſque adeò liberales ſunt Galliarum Epiſcopi , ut fateantur Honorium in VI. Concilio œcumenico damnatum fuiſſe ut Hæreticum , qui vel errorem docuerit , vel fa-

(6) *Epiſt. ad Queſnelium de ſcripto cui titulus* Denunciatio Bullæ *Unigenitam &c. num.* II. & IV.

(1) Il eſt faux que la Lettre d'Honorius fût donnée par ce Pape comme une régle de foi adreſſée à toute l'Égliſe. *Docum. Paſt. contra appell. &c.* pag. 88.

(2) La Lettre d'Honorius n'a aucune des marques propres à caractériſer les déciſions données ſur le Dogme, ni aucune reſſemblance avec ces Lettres ſolemnelles des Papes qui ſervoient ordinairement à décider les diſputes de Religion & à regler la foi. *Id. ibid.*

(3) L'on vient de voir 1°. Que cette Lettre d'Honorius n'a aucun des caractéres propres aux déciſions données ſur la foi, qu'elle n'eſt qu'une réponſe particuliére faite à Sergius Patriarche de Conſtantinople. 2°. Que ce Pape n'y prononce point avec l'autorité Apoſtolique. *Id. ibid.* pag. 96. *Quò recidunt illa Em. Card. verba* : Honorius n'a point prononcé ſur le Dogme. *Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 179.

(4) Les Lettres d'Honorius ne ſont pas des déciſions dogmatiques, *Docum. jam laudat.* pag. 118.

(5) Les Lettres d'Honories n'ont pas été adreſſées à tous les Fidéles pour leur ſervir de regle. *Ibid.* pag. 153.

vorabilem errori Doctrinam in ſuis literis tradiderit. Propugnant, quod & apud eruditiores Gallos vulgus Theologorum propugnare ſolet (1), idcirco ſcilicet Honorium fuiſſe in 6ª Synodo damnatum, quòd Sergii votis minùs providè annuerit, ejus fraudes & in Catholicos calumnias non detexerit, mandaveritque à Catholicis *duarum in Chriſto operationum* vocibus, retentâ tamen quam exprimunt veritate, abſtinendum; eſſe quod quidem Mandatum non ipſam Fidem, ſed meram ſpectabat diſciplinam. Tanta eſt Gallicanorum Antiſtitum & in ſubruendis adverſariorum molitionibus diligentia, & in vindicandis ab errore Romanis Pontificibus obſervantia. Audiatur hìc inter ceteros qui ceterorum ſenſa exponit Eminent. Card. de Biſſy: *ſextum* (2) *generale Concilium non propter Doctrinam Fidei contrariam aut errori faventem ambas Honorii Epiſtolas cenſuræ ſubjecit, ſed propterea quòd imprudenter prohibuiſſet ille Pontifex nè quis expreſſo duarum operationum vocabulo uteretur; ceterùm illa prohibitio merè politica erat & ad diſciplinam pertinens.* Suam hanc ſententiam ipsâ Petri de Marca Archiepiſcopi Toloſani, aliorúmque ſententiâ confirmat Eminentiſſimus Cardinalis. Eam quoque amplexus eſt Rhutenenſis Antiſtes, quam & multis confirmat argumentis (3).

(1) Vide concluſiones Theologicas propugnari ſolitas in Sorbona, Navarrâ, alibique paſſim.

(3) Rhuten. Ep. in opere citat. pag. 147. & ſeqq.

Ex iis omnibus patet tam immeritò hodiernos infallibilitatis Pontificiæ hoſtes ad illam impugnandam prætenſum urgere Honorii errorem, quàm injuriâ olim Monothelitæ privatis Honorii Epiſtolis in Hæreſeos ſuæ patrocinium utebantur, cum illo tamen inter utroſque non minimo diſcrimine, quòd antiquiores illi calumniatores Romani Pontificis autoritatem magni facerent, eam verò recentiores vel labefactandam, vel ſaltèm corrodendam ſuſcepiſſe videantur.

§. IV.

De lapſu Joannis XXII.

SUas hìc quoque nec certè infimas partes agit Joannes XXII. cujus lapſum ſententiæ ſuæ oppidò favorabilem autumant Romanæ inerrantiæ detractores. Hìc iterum mirari ſubit animus ſingularem illius opinionis indolem quæ vel fictis, vel exaggeratis Romanorum Pontificum aberrationibus fulciri plurimùm delectet, illis

(2) Le ſixième Concile général n'a pas cenſuré les Lettres d'Honorius comme contenant une Doctrine contraire à la foi ou favorable à l'erreur; mais ſeulement à cauſe de la défenſe imprudente que ce Pape y faiſoit de ſe ſervir de l'expreſſion de deux opérations en Jeſus-Chriſt. Cette défenſe n'étoit qu'une loi de police & de diſcipline. *Biſſy Docum. Paſt. an. 1722. p. 180.*

Digitized by Google

haud abſimilis reptilibus quæ ut aliis noceant aliena combibunt venena quibus propria vel emiſſa reſarciant, vel emittenda multiplicent. Sed ad rem ipſam revertamur. Joannes XXII, inquiunt adverſarii, falſam perinde ac erroneam de viſione beatificâ juſtis poſt mortem concedendâ Doctrinam publicè prædicavit, toti propoſuit Eccleſiæ, nihílque non molitus eſt ut errorem ſuum Orbis Catholicus, ac Gallicana præſertim Eccleſia amplecteretur. En igitur apertiſſimum, aïunt iidem, in illo Pontifice exemplum, quo ad labefactandam R. P. inerrantiam validius nihil aut efficacius deſiderari poſſit. Ità crocitant Elias Dupin (1), Maimburgus (2), Doctor Lovanienſis Anonymus (3), defenſor, Decl. Cleri Gall. (4), aliique paſſim ejuſdem nominis ſcriptores (5).

Turpiſſimæ hujus calumniæ atrocitatem demonſtraturi Galliarum Antiſtites quærunt ab adverſariis quo autore, quo vade aſſerant Joannem XXII. erroneæ illi Doctrinæ adhæſiſſe, eámque tùm publicis concionibus, tùm ſcriptis Dogmaticis amplectendam propoſuiſſe? Scilicet, inquit Emin. Card. de Biſſy (6), *teſte Okamo, viro Schiſmatico, affirmatur Joannem XXII. in unâ concione docuiſſe animas ſanctorum non potituras eſſe viſione beatificâ, &c.* Quænam autem Okamo Fides hîc habenda? Nulla, reſpondet eruditus idem Antiſtes, *ut* enim *omnes norunt Okamum Joanni XXII. infenſiſſimum fuiſſe, nullius idcircò ponderis eſſe debet quidquid ille de Summo Pontifice ſcripſit* (7). Ergóne nihil hâc in parte erroneum diffinitivè ſeu aſſertivè propoſuit Joannes XXII? Nihil omnino, *atque ità eſſe ex ſubſequentibus teſtimoniis demonſtratum manebit*, proſequitur Doctiſſimus Præſul (8); *Doctores Pariſienſes interrogauti Philippo Valeſio reſponderunt ſe ex multis hominibus Fide dignis comperiſſe Pontificem nihil hâc in quæſtione locutum fuiſſe quod ejus mentem aperiret, ſed ea protuliſſe tantummodo quæ ex utrâque parte afferri poterant.* Hoc idem nec obſcurioribus, nec inferioribus teſtimoniis aſſerere & confirmare pergit Meldenſis Epiſcopus, ex cujus haud ſecùs ac aliorum Galliæ Præſulum ſenſu jam adverſarios interrogare juvat, quibuſnam Fides habenda potior, an Okamo, *ſchiſmatico* & Pontifi-

(1) *El. Dupin de Ant. Eccl. Diſpl. Diſſ.* 5. *cap.* 1. 5. 4. pag. 353.
(2) *Mainburg. opere jam cit.*
(3) *Doct. Lov. de locis Theol. tom.* 3. pag. 215. & *ſeqq.*
(4) *Def. de l. Gal. parte* 2. *lib.* XIV. *cap.* 49.
(5) *Apud Turnell. de Eccl. tom.* 2 pag. 191. *Simon Vigor. de conciliis. &c. lib.* 32. pag. 4.

(6) On avance ſur le témoignage du ſchiſmatique Okam que Jean XXII. enſeigna dans un Sermon que les Ames des SS. ne jouiront point de la viſion Béatifique &c. *Doc. Paſt. contra appel.* pag. 114.

(7) Comme tout le monde ſait qu'Okam étoit ennemi déclaré de Jean XXII. tout ce qu'il a dit ſur ſon ſujet ne doit être d'aucun poids. *Id. ibid.*

(8) Cette vérité va paroître démontrée par les témoignages ſuivans. Les Docteurs de Paris répondant à Philippes de Valois l'aſſurent qu'ils avoient appris par un grand nombre de perſonnes dignes de foi, que le Pape n'avoit rien avancé qui pût marquer ſon ſentiment ſur cette queſtion, & qu'il n'avoit fait que rapporter ce qui ſe pouvoit dire pour ou contre. *Id. ibid.*

Digitized by Google

cis *inimico?* An Theologis Pariſienſibus aſſerentibus, *quòd* (propria ipſorum verba recito (1)) *quidquid in hâc* (viſionis beatificæ) *materiâ ſanctitas ſua dixit, non aſſerendo ſeu opinando* (multò minùs definiendo) *protulerit, ſed ſolummodo recitando?* Nemo ſanè cordatus poſthabito Doctiſſimorum Theologorum teſtimonio, ſpernendâ viri Schiſmatici autoritate moveatur. Nec majoris certè ponderis eſſe volunt Gallicani Epiſcopi infidam Petri Alliacenſis hâc in re narrationem quam pariter explodit ac plenè refutat D. de Biſſy (2) velut falſam, commentitiam & prorſus inſufficientem. Quod jam multoties obſervarunt eruditi Præſules, id iterum obſervari volunt, videlicet ex prætenſo Joannis XXII. errore nil quidquam poſſe ab adverſariis contra Romanam inerrantiam extundi, niſi conſtet erraſſe illum Pontificem in ſolemni quopiam decreto quod Apoſtolicâ autoritate munierit, ac fidelibus ad amplectendum propoſuerit. Ut enim ſcitè adnotat Doctiſſimus D. de Biſſy (3), *etiamſi Joannes XXII. errorem qui ipſi imputatur, poſitivè amplexus fuiſſet, hinc ad ſummum ſequeretur erraſſe ipſum ut privatam perſonam*, qui certè error Pontificiæ infallibilitati nihil noceret. Jam verò, uti etiam antea probavit Meldenſis Antiſtes, *Joannes XXII. nullam condidit definitionem, nullam circa hoc Fidei caput Conſtitutionem emiſit* (4). Quid reſtat ergo, niſi ut poſt Illuſtriſſimum Languetium (5) concludamus *peccare illum contra hiſtoriæ veritatem qui ſupponit Joannem XXII. erronea toti Eccleſiæ Dogmatica decreta ceu Fidei regulas propoſuiſſe?*

(1) *Vide Turnel. tom. 1. de Deo & div. attrib. p.* 578.

(2) *Loco ſuprà citato.*

§. V.

De lapſu Gregorii VII, Bonifacii VIII, &c.

QUàm tetro penicillo, atríſque coloribus Summorum horumce Pontificum imagines depingant Pontificiæ infallibilitatis adverſarii neſcit nemo qui vèl mediocriter iis in rebus, ſcriptíſque eâ de causâ operibus aliquando verſatus fuerit. Congeſtas à recentioribus illis Dogmatiſtis in ſupremos Chriſti Vicarios calumnias æterno unde emerſerunt horrori linquendas prætermittimus; abſit ut ea recantemus, etiam refellendo, quæ audiri nunquam, ſemper neſ-

(3) Quand Jean XXII. auroit embraſſé poſitivement l'erreur qu'on lui impute dans l'objection, ce fait prouveroit ſeulement que Jean XXII. en parlant comme particulier s'eſt trompé. *Loco citato.*

(4) Jean XXII. n'a fait aucune déciſion ni donné aucune Bulle ſur ce point de foi. *Id. ibid.*

(5) C'eſt parler contre la vérité de l'Hiſtoire que de ſuppoſer que Jean XXII. ait propoſé à toute l'Egliſe des Decrets Dogmatiques erronés pour ſervir de regle de foi. *Languet. Epiſt. ad D. Lamoignon*, pag. 35.

Digitized by Google

ciri debuerunt. Solum itaque moramur argumentum quod ex prætenſis illorum Pontificum erroribus in Romanam inerrantiam intorquent ipſius oſores. Gregorius VII, inquiunt, Bonifacius VIII. aliíque nonnulli Romanæ Eccleſiæ Pontifices factis pluries & dictis declararunt, imò & publicis etiam conſtitutionibus velut indubium Fidei articulum definierunt Reges ac Principes Apoſtolicæ Sedi in rebus temporalibus ſubeſſe, quod Fidei Catholicæ non minùs, quàm ſanæ repugnat rationi. Valeat igitur, inferunt illi, indeficiens RR. Pontificum autoritas. Ità Elias Dupin [1], Maimburgus [2] Simon Vigor [3], defenſor declarationis Cleri Gallicani (4), aliique paſſim ejuſdem furfuris homines (5).

(1) *Dupin. in laudatâ ſæpius. Diſſert.* 5. p. 358.
(2) *Maimburg. Opere jam cit.* pag. 153.
(3) *Sim. Vigor de infallib. lib.* 2. pag. 44.
(4) *Defenſ. decl. &c. lib.* 14. *cap.* 38.
(5) *Apud Turnel. tom.* 2. *de Eccleſiâ.* pag. 191.

Vix credideris quantâ in adverſarios indignatione permoti Galliarum Antiſtites, effrenam bacchantium hominum audaciam exhorreant, quanto animi zelo & ardore impotentem virorum illorum in malè vexandis omnium Chriſtianorum parentibus, vèl hoc uno nomine venerandis, impudentiam perſtrinxerint acerrimi Pontificum Romanorum defenſores. Eò uſque crevit obſervantiſſimum erga Pontifices illos Gallicanorum Epiſcoporum ſtudium, ut jure dubitaveris an plus contumeliarum adverſarii pro denigrandâ, quàm præconiorum Gallicani Epiſcopi pro vindicandâ Pontificum illorum famâ congeſſerint ac protulerint. Unum inter alios audire non pigeat, qui aliorum omnium mentem explicet; Illuſtriſſimum dico Senonum Archi-Præſulem Languetium, qui tibi exhibeat Gallicanum Epiſcopum pro Romani Pontificis defenſione illud omnino præſtantem, quod devotiſſimus filius pro tuendo chariſſimi Patris honore immaniter læſo proferre ac præſtare valeat: *Proh! quam horrendis coloribus*, inquit Senonenſis in adverſarios jure indignabundus (6), *adumbrata fuit illius Pontificis Gregorii VII. imago, cujus pietatem, conſtantiam, zelum, morum integritatem antiquitas univerſa commendavit, quémque ſacris honoribus Romana Eccleſia proſequitur? Sua ipſius virtutibus jura meritiſque rependamus. Vir fuit magno præditus zelo, He-*

(6) Avec quels traits horribles n'a-t'on pas dépeint le Pontife (*Gregoire VII.*) dont l'antiquité a loué la piété, la conſtance, le zèle & la pureté des mœurs, & que l'Egliſe Romaine a couronné par des honneurs religieux? .... Rendons juſtice à ſes vertus & reconnoiſſons ſes merites; ſon zèle fut grand, ſon courage fut héroique, ſa patience fut éprouvée par les plus mauvais traitemens, les inſultes, les coups, les bleſſures, la priſon & l'exil. Ce fut lui qui commença a purger le Sanctuaire horriblement défiguré par la ſimonie des Prêtres & par leur concubinage. Sa vie étoit ſi ſainte que Bennon ſon ennemi, qui l'a déchiré par les plus noires calomnies, n'attaque point la pureté de ſes mœurs. Sa mort fut auſſi prétieuſe devant Dieu que ſa vie avoit été ſainte. Il mourut dans l'exil éprouvant les rigueurs de la perſécution de l'Empereur Henri; & au rapport de M. Fleury, il ſe fit un grand nombre de Miracles a ſon tombeau. . . . Ce Pape a mérité d'être compté au nombre de ces hommes rares que Dieu a doüés d'une grace excellente. *Languet. octavo document. Paſt.* pag. 234.

roïcâ conſtantiâ, & atrociſſimis quibuslibet injuriis, contumeliis, ictibus, vulneribus, carcere & exilio, probatiſſimâ patientiâ. Ipſe primus omnium Eccleſiam Dei Sacerdotum Simoniâ & inceſtibus horribilem fœdatam in modum expurgare cœpit. Eâ erat vitæ ſanctitate, ut Benno declaratus Pontificis adverſarius qui atrocioribus quibuſque calumniis illum oneravit, ejus tamen morum ſanctimoniam minimè impugnaverit. Quàm ſanctè vixerat, tàm pretioſa in conſpectu Domini illius mors extitit. Scilicet ultimum diem oppetiit in exilio in qua duriſſimè ab Henrico Imperatore divexabatur; & referente ipſomet Fleuriaco, multa ad ejus tumulum patrata fuêre miracula.... tandem dignus fuit ille Pontifex qui raris illis annumeraretur hominibus quos ſupremum numen excellentibus gratiæ donis muneratum eſt.

Satìs haud habuit D. Languetius magnificas adeò Gregorii VII. laudes celebraſſe, impactas ſanctiſſimo Pontifici calumnias refutat, & *felleum* retundit illud adverſariorum *ſtudium quo abrepti reverentiam Viro Dei amico, Eccleſiæ reformatori, veritatis martyri debitam violaverunt. Si vividè & acriter locutus ſum*, pergit ſtudioſus Antiſtes (1), *ut ità loquerer impulit proborum omnium indignatio, neque verò nimium ardorem, aut vim quàm par eſt majorem præ ſe ferre poteſt filius, cùm de vindicando parentis immaniter læſi honore agitur, túmque vèl ipſa in adverſarios ira legitima videtur.* Hæc pro vindicandâ Gregorii VII. memoriâ Senonenſis Archiepiſcopus, queìs expreſſiora luculentioráve non italus, non Hiſpanus, non alius quem ſciam quilibet unquam protulerit.

Neque porrò minorem in tuendâ Bonifacii VIII. famâ ardorem tùm ipſe, tùm alii demonſtrarunt Galliarum Antiſtites. Conſtanter aſſerunt Summum illum Pontificem in celebri Bullâ: *unam ſanctam*, nihil definiiſſe quod non credatur ab omnibus Catholicis, quódque apud illos veriſſimum ac certiſſimum non habeatur. Apage igitur vanum de Romanâ infallibilitate adverſariorum triumphum. *Bulla* unam ſanctam, inquit Rhutenenſis Præſul (2), *nihil decidit quod non apud omnes Catholicos Fidem obtineat. Statuit ſolummodo neceſſarium eſſe ad ſalutem aſſequendam, ut omnes Fideles Papæ ſubjiciantur.* Errorem igitur non priùs in illâ conſtitutione Apoſtolicâ firmatum

(1) Zèle qui leur a fait oublier ce qu'ils (les Adverſaires) doivent a un réformateur de l'Egliſe, à un Martyr, à un ami de Dieu.... Si j'ai parlé avec vivacité & avec force, je n'ai pû le réfuſer à l'indignation de tous les Gens de bien. Un fils pour défendre ſon pere outragé avec violence ne peut employer trop de feu & de vivacité, & dans ce cas la colère même eſt, ce ſemble, légitime. *Id. ibid.*

(2) La Bulle *Unam Sanctam* ne décide rien qui ne ſoit crû par tous les Catholiques.. Elle décide ſeulement qu'il eſt néceſſaire pour le ſalut à tous les Fidéles d'être ſoûmis au Pape. *Epiſc. Rhut. Docum. jam laud.* pag. 124.

tum autoritate invenias, quàm nodos in ſcirpo, quàm in ſudo nubila repereris. *Deciſio Bonifacii Octavi nihil continet præter iſta* maximè Catholica: *declaramus, definimus, pronunciamus ad ſalutem aſſequendam neceſſariò credendum eſſe omnem hominem* (Chriſtianum) *Romano Pontifici eſſe ſubjectum. Quod quidem verum eſt & apud Catholicos certiſſimum in ſenſu autoritatis ſpiritualis.* Ità de Conſtitutione Bonifacii VIII. loquitur Senonenſis Antiſtes (1) cui reliqui omnes ſuffragantur, ac præcipuè Emin. de Biſſy (2). Sed enim, reponet fortaſſe quiſpiam, nonne Gregorius VII. & poſt eum Bonifacius VIII. ſolemniter definierunt ipſa Regum ac Principum, ut vulgò dicitur, *temporalia* ſpeciali Sedis Apoſtolicæ dominio ac autoritati ſubjacere; quæ opinio, nedum ad Fidem pertineat, purus putus eſt error. Ità quidem affirmant inconſulti Romanæ infallibilitatis impugnatores, at ſplendidum iiſdem mendacium exprobrant Præſules Gallicani. Docent quippe nec Gregorium VII, neque Bonifacium VIII, nec alium quemlibet Romanum Pontificem unquam definiiſſe quòd Reges quantùm ad jura & bona temporalia Romanis Pontificibus ſubjacerent. Teſtantur Romanos Pontifices qui in illam propendiſſe ſententiam videntur, eam nullatenus propugnaſſe aut Pontificiâ autoritate muniiſſe, tanquam ſi ad Fidem pertineret, imò verò nunquam non permiſiſſe, ut aliter quilibet ſentire ac docere ſalvis Fidei juribus poſſet. Ac primò quidem *de Gregorio VII. dicamus quod res eſt*, inquit Emin. de Biſſy (3), *quantamcumque eſſe voluerit R. Pontificis autoritatem, nunquam tamen eò devenit uſque ut definiret prætenſam illam Reges deponendi potentiam tanquam veritatem fidelibus neceſſariò credendam. Nullum uſpiam decretum tulit quo fideles ad id admittendum adigeret. . . . . quodquidem vèl ex ipsâ literarum ejus inſpectione certum fieri poteſt, illi qui Fidem D. Boſſuetio & P. Alexandro habere noluerit. Non* igitur, ait alibi eruditus Cardinalis (4), *non definiit Gregorius VII. eam* (de quâ hic agitur) *opinionem tanquam Fidei articulum, non jubet ut omnes Fideles huic decreto*

(2) *D. de Biſſy. Docum. Paſt. ann.* 1722. *pag.* 88.

(1) La déciſion de Boniface VIII. ne contient que ceci: Nous déclarons, nous définiſſons, nous prononçons qu'il eſt de néceſſité de ſalut de croire que tout homme eſt ſoumis au Pontiſe Romain; ce qui eſt vrai & conſtant parmi les Catholiques dans le ſens de la puiſſance ſpirituelle. *Languet Docum.* 8. pag. 245.

(3) Nous devons rendre juſtice à Gregoire VII, quelqu'étendue qu'il ait voulu donner à l'autorité Pontificale, il n'a jamais oſé définir comme une vérité que les Fidéles fuſſent obligés de croire, ſon prétendu pouvoir de dépoſer le Roi. Il n'a jamais porté de décret pour obliger les Fidéles à l'embraſſer. . . . , On peut s'en convaincre par la lecture de ſes lettres, ſi l'on ne veut pas s'en rapporter au ſentiment de M. Boſſuet, & du Pere Alexandre. *D. Biſſy. Docum. Paſt. contra appell. &c.* pag. 114.

(4) Gregoire VII. ne décide point ce ſentiment (*touchant le pouvoir de depoſer les Rois*) comme un point de foi. Il n'ordonne point à tous les Fidéles de ſe ſoumettre à ce décret, comme à une véritable régle de créance. *Id. Doc. Paſt. an.* 1722. pag. 185.

tanquam vera Fidei regulæ ſe ſe ſubjiciant. Quod hîc de Gregorio VII. pronunciat Doctiſſimus Antiſtes, idem omnino de Bonifacio VIII. exiſtimandum eſſe declarat, *hic* enim ut & ille (1) *ſententiam ſuam ſolummodo propoſuit, nec definiit.*

Epiſcopo Meldenſi apprime conſentit Senonenſis Archiepiſcopus qui non dubitat aſſerere (2) *Gregorium VII. nullum emiſiſſe hâc de re decretum, nec quoquam in Concilio, nec in ullâ Conſtitutione unquam edixiſſe quòd R. Pontifex Regum exauctorandorum jure potiretur.* Neque verò id aſſeverat tantùm Illuſtriſſimus Autor, ſed & Cardinalis Perronii, Boſſuetii Meldenſium Epiſcopi, Fleuriaci aliorúmque teſtimoniis & autoritate confirmat. Relata ab ipſo Boſſuetii verba hîc recito [3): *propugno nec ab ullo quopiam Concilio, nec ab aliquo Pontifice unquam fuiſſe prohibitum nè Romanis Pontificibus Regum dimovendorum denegaretur autoritas.* Hæc magni Boſſuetii verba poſtquam retulit magnus ipſe Senonum Antiſtes, & multa inſuper de Bonifacio VIII. diſſeruit, quæ brevitatis causâ impræſentiarum omittimus, tandem ſic concludit meritiſſimus Præſul (4): *ex teſtimoniis eruditi adeò Antiſtitis* (Boſſuetii), *ex autoritate Romanorum autorum, ex actis Cleri Gallicani, ex ipsâ adverſariorum noſtrorum confeſſione certum manebit* NULLUM HACTENUS *in Eccleſiâ prodiiſſe hoc de negotio* (de Regum temporalibus) *definitivum judicium.* Ergo nec Gregorius VII, nec Bonificius VIII, nec alius quivis Romanus Pontifex de præſenti quam verſamus materiâ diffinitivè quicquam & ſolemniter decreverunt. Quod quidem Illuſtriſſimo D. de Rabutin Lucionenſi Epiſcopo ità certum & indubitabile viſum eſt, ut, ipſo teſte (5), *nec acerrimi hujus* (de jure Pontificio in Regum temporalia) *opinionis defenſores illam ceu ad Fidem pertinentem unquam propugnaverint.* Demus itaque Gregorium VII. (idem de Bonifacio VIII. cogita, per me licet) eidem adhæſiſſe opinioni, quid indè contra Romanam inerrantiam, ſi, quod hîc ex Gallicanis Præſulibus de-

(1) Boniface VIII. s'eſt contenté de propoſer ſon ſentiment, ſans oſer le définir *Id. ibid.* pag. 182.

(2) Gregoire VII. n'a jamais fait aucune déciſion ſur ce point. Il n'a prononcé ni dans aucun Concile, ni par aucune décrétale que le Pape a droit de dépoſer les Rois. D. Languet 8. *Docum. Paſtor.* pag. 238.

(3) Je ſoutiens qu'aucun Pape ni aucun Concile n'a défendu de nier que les Papes euſſent droit de dépoſer les Rois. *Boſſuet. apud. Senon. Loco citato*, pag. 243.

(4) Il reſtera pour certain par le témoignage d'un ſi ſçavant Prélat (*Boſſuet*), par celui des Auteurs Romains, par les actes du Clergé de France, par l'aveu de nos adverſaires mêmes, qu'il n'y a eu juſques ici dans l'Egliſe ſur ces matieres (*touchant le temporel des Rois*) aucune déciſion finale. *Senon. ibid.* pag. 243.

(5) Les défenſeurs les plus zélés de cette Doctrine (du droit des Papes ſur le temporel des Rois) ne l'ont jamais ſoutenuë comme appartenante à la foi. *D. de Rabutin Lucion. Epiſc. Docum. Paſt.* ſur la matière de l'Egliſe; *promulgat. die 7. Sept. ann.* 1730. pag. 18.

Digitized by Google

monſtraſſe ſuffecerit, nec Bonifacius VIII, *nec ipſe Gregorius VII.* (1) *ullo decreto, ullâve ad Eccleſiam directâ Bullâ definierint jus illud* Reges exauctorandi *Apoſtolicæ Sedi competere?*

Circa nonnullos alios Romanos Pontifices quos hâc etiam in causâ nobis opponere ſolent adverſarii, eadem eſt ubique Gallicanos apud Epiſcopos reſponſio. Gregorium VII. & Bonifacium VIII. ex profeſſo appellavimus, quia ſunt apud adverſarios noſtros celebratiores. Ceteros ſigillatim vindicare ſuperfluum fuerit, quandoquidem ex laudatis Gallicanorum Antiſtitum teſtimoniis *à nullo unquam Pontifice* Pontificia in Regum temporalibus autoritas ſolemniter definita fuit, *nullum hactenus in Eccleſiâ prodiit hâc de re definitivum judicium.* Ceterùm qui plura de aliis etiam Pontificibus hâc ſuper re voluerit, adeat, ſi lubet, Emin. Card. de Biſſy (2), & ceteros paſſim Galliarum Epiſcopos, quibuſcum haud ægrè fatebitur ex prætenſis Romanorum Pontificum circa Regum temporalia erroribus, nequaquam impugnari indeficientem Apoſtolicæ Sedis autoritatem.

(2) *Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 185. *& ſeqq. & rurſus Docum. ejuſdem. Paſtor. anno* 1725. pag. 184. *& ſeqq.*

§. VI.

De lapſu Gregorii II, Stephani II, Gregorii III, Innocentii III. & Clementis III.

MIra eſt ac propè ſtupenda Neotericorum infallibilitatis Pontificiæ detrectatorum agendi ratio. Quod momentorum pondere aſſequi nequeunt, hoc ſaltèm cavillationum, conviciorum multitudine obtinere connituntur. Quàm infauſti hactenus in diſquirendis, objiciendíſque Romanorum ſigillatim Epiſcoporum erroribus & infelices extiterint, ex firmiſſimis Gallicanorum Antiſtitum reſponſis liquidò conſtare arbitramur. Nunc integram Summorum Pontificum turmam opponunt, atque ex manifeſtis, ut aïunt, eorum prolapſionibus indeficientem illorum autoritatem labefactandam aggrediuntur. Appellati quinque Pontifices, ſi noſtris Theologis credas, crudos & apertos circa Baptiſmum aut Matrimonium errores, & quidem in publicis reſponſionibus ac decretis docuerunt. Ità paſſim obtrudunt citati ſæpiùs ſcriptores, ubì de publicis RR. Pontificum erroribus latiſſimè diſſerunt. Innatam hominibus illis Romanam autoritatem opprimendi libidinem innato erga Sedem Apoſtolicam

(1) Gregoire VII. lui-même n'a décidé par aucun décret ni par aucune Bulle, adreſſée à l'Egliſe univerſelle, que ce fût un droit du ſaint Siége. *Id. ibid.*

ſtudio inſectantur Gallicani Præſules, ac planè ſuperant. Contemptiſſimas etiam adverſariorum cavillationes omiſſas eſſe nolunt, nè vèl minimam inire conſenſionis aut negligentiæ ſuſpicionem videantur. Reſpondent itaque quod jam multoties retulimus, videlicet memoratos illos perinde ac ceteros Petri Succeſſores ab iis qui perperam ipſis affinguntur erroribus immunes fuiſſe, ídque iiſdem evincunt rationum momentis quibus utuntur declaratiſſimi Pontificiæ inerrantiæ vindices, ut putà ventilatas RR. PP. ſanctiones vel unam ſpectare diſciplinam, vel iniquâ & contortâ ab adverſariis interpretatione corrumpi, vel eum ſenſum recipere poſſe quem non refugiat Catholica veritas. Addunt ad cumulum eaſdem illas ſanctiones quæ errorem adverſariis repræſentant privatas fuiſſe reſponſiones, non leges Apoſtolicâ autoritate communitas, non Conſtitutiones univerſali Eccleſiæ propoſitas, non decreta ſolemnia, ut Fidem populorum dirigant, ab Apoſtolicâ Sede manata. Gallicanorum Antiſtitum verba ſigillatim deſcribere prolixius foret. Conſule inter ceteros jam ſæpe laudatum Cardinalem de Biſſy, qui datâ operâ propulſandis illorum quos paragraphi titulus præ ſe fert Pontificum fictitiis erroribus incumbit, totámque diſceptationem his concludit verbis (1): *Igitur manifeſtum eſt magnos illos Pontifices* (ſuprà nominatos) *non eſſe opinionum circa baptiſma matrimoniúmve ſingularium inſimulandos. Ceterùm illorum reſponſiones mera partim ſpectant diſciplinæ capita.... non fuerunt Eccleſiæ univerſali propoſitæ, non fuerunt ad illam, ceu regulæ Fidei, directæ.*

Habemus igitur ex immenſâ illâ errorum Romanis Pontificibus affictorum farragine, pleroſque eſſe prorſus commentitios, multos maligniùs exaggeratos, nullos omnino Pontificiæ infallibilitati contrarios. Tot eruditis hodiernæ Galliæ Antiſtitibus qui felicem hâc in parte, ut & alibi ubique, operam navaverunt, Magnum adjungimus Boſſuetium Meldenſem dum vivebat Epiſcopum cujus autoritate huic tantulæ diſputationi coronidem imponere juvat. Orationem habuit eruditiſſimus Antiſtes in famoſis illis anni 1682. comitiis, in quâ ſcitè admodum & verè animadvertit Romanos tot inter Pontifices qui ad noſtra uſque tempora Eccleſiæ univerſali præfuerunt vix unum aut alterum numerari poſſe, non dico qui ſolemne aliquod Fidei de-

(1) Il eſt donc clair qu'on ne doit pas accuſer ces grands Papes (ci-deſſus dénommés) d'avoir eu des opinions particulières ſur le Batême & ſur le Mariage. Après tout les réponſes de ces Papes regardent en partie des points de diſcipline..... elles ne ſont point propoſées à l'Egliſe univerſelle ; elles ne lui ſont point données comme régles de foi. *D. de Biſſy in Docum. Paſt. contra appellat. &c. pag. 103. & ſequentibus.*

cretum Fidei vel moribus Chriſtianis adverſum emiſerit, ſed qui vel Fraude deceptus alienâ, vel violentiâ oppreſſus Catholicam veritatem haud ità conſtanter aſſeruerit, aut non ſatìs dilucidè explanaverit. Ipſiſſima ipſius verba ſubjicimus: *quòd præter communem ſuorum omnium deceſſorum conſuetudinem, unus aut alter Romanus Pontifex actus in fraudes, aut per vim impulſus non ſatìs conſtantes Doctrinam Fidei tuiti fuerint, vel non ſat integrè illam expoſuerint, ut erant ex omnibus Orbîs Catholici partibus interrogati, pérque tot ſecula omnigenis circa Doctrinam quæſtionibus ſatisfacere adſtricti, &c. .... perſonales illæ culpæ nullum ſui veſtigium Sedi Apoſtolicæ impreſſum linquere*, nullum proinde infallibili Romanorum Pontificum autoritati detrimentum adferre *valuerunt* (1).

CAPUT II.

Quod ex neceſſitate Conciliorum generalium urgetur contra Pontificiam inerrantiam argumentum reſolvitur ac penitùs infirmatur ab Epiſcopis Gallicanis.

PRÆPOSTERA inter momenta quæ Pontificiæ infallibilitati opponi ab adverſariis ſolent non infimum tenet locum, quod ex neceſſitate Conciliorum generalium urgetur, & ab illis extunditur argumentum. Si in definiendis, inquiunt adverſarii, Fidei controverſiis Romani Pontificis autoritas eſt infallibilis, inutilia planè ac ſuperflua ſunt Concilia generalia; quorſum enim ab ultimis orbis partibus cieri Epiſcopos tantis laboribus, tantiſque ſumptibus, Eccleſias Paſtoribus viduari ad finiendam Fidei controverſiam, quæ facili ac compendioſâ viâ abſque iis impenſis & moleſtiis terminari poteſt, certo videlicet & infallibili R. Pontificis judicio? *Atqui tamen*, ait apertè Turnelius, *conciliorum neceſſitatem non tantùm ad Fidei veritatem detegendam & mutuis hinc & indè concertationibus illuſtrandam, ſed etiam ultimo & infallibili judicio definiendam affirmant ve-*

(1) Que contre la coûtume de tous leurs Prédeceſſeurs un ou deux Souverains Pontifes, ou par violence, ou par ſurpriſe, n'ayent pas aſſez conſtamment ſoutenu, ou aſſez pleinement expliqué la Doctrine de la foi; conſultés de toute la terre, & répondant durant tant de ſiécles à toutes ſortes de queſtions de Doctrine, &c. ces fautes particuliéres n'ont pû faire aucune impreſſion dans la Chaire de S. Pierre. *Boſſuet. oratione, &c.* pag. 17.

teres, quorum teſtimonia deindè ſubjicit (1). De hoc argumento latiſſimè diſſerit auctor defenſ. decl. Cler. Gallic. in toto paſſim libro XIII. His adſtipulantur Dupin de Antiquâ Eccl. diſcipl. diſſert. V. cap. I. & diſſert. 17. pag. 386. Natalis Alexander diſſert. 4. in ſeculum XV. & XVI. num. XX. Anonymus Doctor Lovanienſis Tom. 3. diſſert. 5. pag. 150. & ſeqq.

(1) *Tractat. de Eccleſ. Tom. 2. pag. 140. & ſeqq.*

Galliarum Epiſcopi cum Bellarmino, Cano, Sfondrato, Antonio Charlas, Ludovico Thomaſſino, Joſepho Orſi, aliiſque inerrantiæ Pontificiæ aſſertoribus (2) profitentur quidem ac docent œcumenica Concilia utiliſſima eſſe, imò & nonnunquam neceſſaria ad animos conciliandos, ad ſedandas magnas quæ ſuboriuntur turbas, ac ad gravia interdum etiam Religionis negotia terminanda, ut E. G. ad tollenda ſchiſmata quæ inter plures de Papatu contendentes exurgerent; pro his, inquam, cauſis iiſque in circumſtantiis neceſſaria eſſe nonnunquam concilia plenaria docent Antiſtites Gallicani, unde meritò non tampridem conquerebantur (3) ſe peſſumdatæ ac ſublatæ omnimodæ Conciliorum generalium neceſſitatis reos à nonnullis traduci; at conſtanter negant ea unquam eſſe neceſſaria ad dogma aliquod certo & infallibili judicio definiendum. Hanc præcisè conciliorum neceſſitatem, quam obtrudunt adverſarii ad evertendam R. Pontificis inerrantiam rejiciunt Epiſcopi Gallicani, ac datâ operâ calamo-que virili ac latiſſimo impugnant; quæcunque inſuper ab adverſariis afferuntur ad eam ſtabiliendam, ipſi reſolvunt & diluunt; ſi rem ità ſe habere demonſtraverimus, actum erit apud Gallicanos Epiſcopos juxtà & apud ceteros de hoc quod tanti faciunt totiéſque jactitant Pontificiæ autoritatis oſores, argumento. Attendamus igitur Germanam Gallorum Antiſtitum Doctrinam quæ, ut nitidè ac ſinè confuſione manifeſtetur, ſit.

(2) *V. præ ceteris P. Orſi de irref. R. Pontificis judicio lib. 2. cap. 20. Anton. Charlas de libert. Eccleſ. Gall. lib. 7. cap. 14. Thomaſſ. diſſert. 18. in Synod. Rom. num. CXVI. Emin. Sfondrat in Regali Sacerdotio lib. 2. ſſ. 2.*

(3) *Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. an. 1725. pag. 72. Illuſt. de Languet in 3. Epiſt. ad Epiſc. Bonon. data anno 1722. Num. XXX.*

§. I.

Juxta Gallicanos Epiſcopos ad Fidei cauſas ſupremo & infallibili judicio definiendas Concilium generale nunquam eſt neceſſarium ; ità ut omnes Fidei controverſiæ abſque eo irrevocabiliter finiri ſemper poſſint.

PRælaudatorum è Galliâ Theologorum opinioni è diametro oppoſita eſt illa, quam paragraphi titulus refert Doctrina. Hanc igitur ſi amplexi fuerint Gallicanæ Eccleſiæ Principes, totum vaneſcit ac in fumos abit quod adverſarii noſtri ex generalium conventuum neceſſitate contra infallibilem Romani Pontificis autoritatem repetunt argumentum. Enim verò ſi nulla circa Fidem inter Chriſtianos controverſia exoriri poſſit, quæ non citra œcumenicæ Synodi judicium dirimi queat ; ſi nulla fingi valeat rei Chriſtianæ conditio in quâ vel emergentes hæreſes damnari, vel controverſa veritas ultimo judicio determinari abſque generalibus Synodis non poſſint, jam ſpontè concidit ac in ſuos cineres reſolvitur Achilles ille, in quo Summum ſuæ cauſæ præſidium collocant Pontificiæ inerrantiæ detractores ; atqui hanc ipſam eſſe Gallicanorum Epiſcoporum Doctrinam tàm certum, tàm exploratum eſt quàm quòd maxime ; imò vero Illuſtr. de Languet Arch. Senon. Religioni juxta ac rationi infeſtam adeò judicat illorum ſententiam, qui contendunt aliqua eſſe poſſe in Eccleſiâ circa Fidem diſſidia, quibus finiendis opus ſit Concilio plenario, ut vix concipere poſſit eam nonnullis Catholicis probari potuiſſe : *Quis unquam credidiſſet*, inquit, *eò uſque venturos aliquos ut ſupponerent mala in Eccleſiâ eſſe poſſe abſque remedio, aut quibus mederi non poſſet niſi per Concilia œcumenica ; ſi res ità ſe habet, Eccleſia profectò trium & ampliùs ſæculorum ſpatio malis mederi non potuiſſet, quæ à diviſionibus oriebantur* (1).

Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. *contenant la réfutation, &c.* edito an. 1725. ubi totus eſt in Germanâ Galliæ Doctrinâ circa Concilii generalis neceſſitatem elucidandâ ac vindicandâ, expreſſè declarat ſe cum Bellarmino hâc in re unum idémque ſentire, ac pa-

(1) *In. Epiſt. ad D. de Lamoignon dat. an.* 1719. pag. 37. qui l'auroit cru qu'on en ſeroit venu au point de ſuppoſer qu'il y auroit dans l'Egliſe des maux ſans remède, ou qui n'auroient de remède, que des Conciles œcumeniques ; c'eſt-à-dire, que l'Egliſe auroit été trois ſiécles & plus, ſans avoir de remède pour les maux que les diviſions cauſoient.

làm ſignificat ſe cum eruditiſſimo Cardinale profiteri haud eſſe neceſſariam Concilii generalîs convocationem ad proſcribendas quaſcunque hæreſes; quin & juxta ipſum Auguſtinum Concilia generalia NULLO UNQUAM TEMPORE fuiſſe neceſſaria ſimpliciter, ſed ſolùm neceſſaria quodammodo, hoc eſt ut ſuaviùs & maturiùs pax Eccleſiis redderetur, ut enim oſtendat pag. 67. nullam eſſe juxta Bellarmini ſententiam Concilii generalis ad proſcribendas hæreſes neceſſitatem, hæc citat Bellarmini verba: *prima cauſa celebrationum Conciliorum eſt hæreſis nova, id eſt, nunquam anteà judicata. . . . nec primam nec ſecundam cauſam neceſſariò poſtulare Concilii generalîs convocationem teſtantur præterita tempora. . . . nec enim docet Auguſtinus* NULLO UNQUAM TEMPORE *fuiſſe neceſſaria ſimpliciter, ſed ſolùm neceſſaria quodammodo, hoc eſt, ut ſuaviùs & maturiùs pax Eccleſiis redderetur*; his aliíſque luculentioribus etiam Bellarmini verbis, quæ ibidem videri poſſunt, recitatis, ſic pergit Meldenſis (1) *Bellarmini ſyſtema noſtrum præcisè ſyſtema eſt, ac illi prorſus adverſatur ſyſtema adverſariorum noſtrorum*, qui contendebant plenarium Concilium ad finiendas Fidei controverſias aliquando eſſe neceſſarium: quodnam autem exiſtat hâc ſuper quæſtione Doctiſſimi Bellarmini ſyſtema eruditorum nulli non perſpectum exiſtimamus; ecquis ignoret eo potiſſimùm fine Synodorum œcum. neceſſitatem ab Emin. Card. elevari ut Pontificiæ autoritatis ac inerrantiæ veritatem adſtruat? Id profectò non ignoravit Emin. de Biſſy, qui, dum Bellarmini ſententiam adoptat ac ſuam omninò facit, nullum relinquit dubium, quin & Pontificiæ infallibilitatis propugnatoribus adſtipuletur.

Infiniti eſſemus nec non moleſtiſſimi in proſequendis tot Gallorum Antiſtitum teſtimoniis, quibus oſtenditur nullam unquam eſſe ad hæreſes irrevocabiliter proſcribendas Concilii generalîs neceſſitatem: quapropter præcipua tantùm ſubjiciemus quibus ipſi nituntur ad hanc Doctrinam firmandam momenta; utilior hinc etiam evàdet noſtra diſputatio, quâ quidem explorata fiet non modò genuina Gallorum Antiſtitum Doctrina, ſed & ipſius æquitas ac firmitas.

Emin. de Mailli Arch. Remenſis in Mand. Paſtor. *au ſujet de la Conſtit. Unigen.* edito an. 1718. demonſtrat neutiquam neceſſaria eſſe generalia Concilia ad finiendas quæ circa Fidem oriuntur controverſias, ídque duplici confirmat momento, quod utrumque locum habet iis omnibus temporibus, queïs de congregandis orbe

toto

(1) *Pag.* 68. Notre ſyſtême eſt préciſément le ſien (*de Bellarmin*) & celui de nos adverſa..es eſt abſolument contraire.

toto Epiſcopis cogitatur. Primum ſubminiſtrant incommoda quæ ex adverſariorum opinione pullulant, alterum deſumitur ex eo quod ità Chriſtus Eccleſiam conſtituerit, ut in eâ ſemper eſſe voluerit ſupremum tribunal viſibile & permanens, cujus judicio error uſque reprimi valeat; hæc eadem momenta urgere ſolent Pontificiæ inerrantiæ Patroni; Illuſtriſſimi Præſulis verba refero, *quem progreſſum*, inquit, *non faceret hæreſis ſi ad eam proſcribendam ab univerſis orbis partibus convocandi eſſent Epiſcopi? Quibus non ſubjaceret periculis Religio ſi expectandum eſſet Concilium? Synodorum celebratio pendet ab innumeris perſonis quæ illam impedire poſſunt*; JESUS CHRISTUS *autem voluit ut in terris eſſet tribunal ab hominum voluntate independens, quodve permanens &* VISIBILE SEMPER *præſto eſſet ad errorem proſcribendum* (1).

Illuſtr. de Languet Arch. Senon. *Concilium*, inquit, *poſtulari non poteſt niſi quando dubium eſt penes quos ex diſputantibus veritas reſideat.... ſi hoc dubium non eſt Concilium generale non eſt neceſſarium* (2) porrò *ſine intermiſſione*, inquit poſt Boſſuetium, *adeſt in Eccleſiâ autoritas ſemper loquens, ſemper manifeſta, ſemper parata ad errorem exterminandum à quâ Catholicus omnis ſine labore ac ſine diſcuſſione veritatem dignoſcere poteſt* (3).

Idem Senonenſis Archi-Præſul in tertiâ ad Epiſcop. Bonon. Epiſtolâ pag. 16. *ſemper adeſt in Eccleſiâ viſibilis autoritas cui ſine examine credendum &* pag. 17. *oportet ut hæc autoritas exiſtat abſque ullâ intermiſſione ut nullum ſit tempus quo ea non ſubſiſtat, non ergo exſpectandum eſt Concilium generale* (4).

Hoc autem, ex quo manifeſtiſſimè colligitur Concilium generale ad dirimendas Fidei controverſias nunquam eſſe neceſſarium, Senonenſis effatum, *in Eccleſiâ* nimirum *ſemper, omni tempore, ac ſine intermiſſione adeſſe viſibilem autoritatem quæ præſtò ſit ad terminandas*

(1) *Page* 10. Quels progrès ne feroit pas l'héréſie, ſi pour la proſcrire il falloit convoquer des Evêques de toutes les parties du monde? A quels dangers la Religion ſeroit-elle expoſée dans l'attente d'un Concile. La tenue des Synodes écumeniques dépend d'une infinité de perſonnes qui peuvent y mettre obſtacle. Jeſus-Chriſt a voulu qu'il y eût ſur la terre un tribunal indépendant de la volonté des hommes, & qui viſible & permanent fût toujours en état de reprimer l'erreur.

(2) 4. *Docum. Paſtor. part.* 2. *num.* CV. pag. 810. On ne peut demander le Concile qu'en ſuppoſant qu'il eſt douteux de quel côté eſt la vérité, entre ceux qui diſputent.... s'il n'eſt pas douteux de quel côté eſt la vérité, le Concile général n'eſt plus néceſſaire ſur cet article.

(3) *In monito* 3. *ad ſua olim Diæc. ref.* pag. 9. Il n'y aura jamais aucun ſyſtême raiſonnable de l'Egliſe, que celui qui y ſuppoſe ſans interruption une autorité toujours manifeſte, toujours prête à exterminer l'erreur, & à laquelle tout Fidéle puiſſe ſans peine & ſans diſcuſſion reconnoître la vérité. *V.* & pag. 10.

(4) Il y a toujours dans l'Egliſe une autorité viſible, à laquelle il faut ceder ſans examiner. Il faut que cette autorité ſoit ſans interruption, & qu'il n'y ait aucun tems où elle ne ſubſiſte; ce n'eſt donc point le Concile général qu'il faut attendre.

Digitized by Google

Fidei quæſtiones & cuï ſine examine cedendum ſit, perpetuum eſt ac indubium Gallorum undique Epiſcoporum principium ; hoc ſæpiſſimè inculcat Senonenſis laudatus ac validiſſimis argumentis confirmat in ferè omnibus ſuis Documentis Paſtoralibus, aliiſque ſuis eruditis elucubrationibus. *Boſſuetius* inquit in citatâ ad D. de Lamoignon Epiſtolâ pag. 31. *& Nicolius contra Calvinianos velut principium certò revelatum propugnarunt adeſſe in Eccleſiâ ac futuram omnibus diebus abſque ullâ intermiſſione autoritatem unam viſibilem & loquentem cuï Fidelis omnis ſine examine & diſcuſſione obtemperare tenebitur* (1) & pag. 86. *omnibus diebus ac ſine ullâ intermiſſione adeſt in Eccleſiâ viſibilis ac loquens una autoritas cuï omnis homo etiam Epiſcopus obedire debet ac ſine diſcuſſione obtemperare* (2).

Illud principium pariter urget Emin. de Biſſy in ſuo paſſim Docum. Paſtor. an. 1722. & in altero an. 1725. his verbis expreſſum pag. 38. *in Eccleſiâ viſibilis autoritas ſemper adeſſe debet ad terminandas Fidei quæſtiones* (3) *qui autem dicit ſemper* ut ibidem obſervat ipſe Cardinalis pag. 161. *nullum tempus excipit* (4). Illud tandem Emin. de Tencin Arch. Lugdun. Illuſtr. de S. Albin Arch. Camerac. aliique paſſim Clementinæ Conſtitutionis defenſores exſcribunt ac tanquam certiſſimum habent,

Cardinales, Archiepiſcopi & Epiſcopi Galliarum Pariſiis an 1728. extra ſolitum congregati in Epiſtolâ ad Regem datâ die 4. Maii ejuſdem anni Concilii generalis neceſſitatem ad terminandas Fidei cauſas tam ponderosè, tam efficaciter evertunt, ut nemini oculato dubium jam eſſe poſſit Concilia generalia ad controverſias Fidei dirimendas nunquam fore neceſſaria ; en Summa illorum ratiocinii. Iſtud non poteſt eſſe medium neceſſarium ad terminanda Fidei diſſidia quod ab unâ Eccleſiæ Paſtorum autoritate non pendet, alioquin Eccleſiæ Paſtoribus nonnunquam liberum non eſſet uti medio neceſſario ad hæreſes comprimendas. Atqui celebratio Concilii œcumenici non pendet ab unâ Eccleſiæ Paſtorum voluntate, cum tot eam Principes ac Reges impedire poſſint ; ergo celebratio Concilii generalis non poteſt eſſe medium neceſſarium ad finiendas Fidei contro-

(1) Feu M. l'Evêque de Meaux (*Boſſuet*) & M. Nicole avant lui ont conclu d'abord contre les Calviniſtes, comme un principe conſtamment revelé, qu'il y avoit, & qu'il y auroit tous les jours ſans interruption dans l'Egliſe une autorité viſible & parlante, à laquelle tout Fidéle ſeroit obligé de ſe ſoumettre ſans examen & ſans diſcuſſion.

(2) Tous les jours & ſans interruption il y a dans l'Egliſe une autorité viſible & parlante, à laquelle tout homme, même Evêque, doit obéir & ſe ſoumettre ſans diſpute.

3. Il doit y avoir toujours dans l'Egliſe une autorité viſible, pour terminer les diſputes ſur la foi.

(4) La propoſition eſt évidente, qui dit *toujours*, n'excepte aucun tems.

Digitized by Google

verſias ; en Gallica ipſorum verba : *c'eſt une erreur que le Concile général eſt la ſeule autorité infaillible qui puiſſe terminer les diſputes qui s'élevent dans l'Egliſe , & exiger la ſoumiſſion des Fidels..... ſi les guerres , ſi le partage des Empires , ſi la politique des Souverains mettent obſtacle à la célebration du Concile , l'Egliſe reſtera donc ſans reſource , parce que le ſeul expédient de finir les diſputes lui ſera refuſé ? Jeſus-Chriſt aura donc omis de la précautionner contre les diviſions qui pourroient ſe former dans ſon ſein en ne lui donnant pour remede à ces diviſions qu'un expédient qui ne ſera point au pouvoir des Paſteurs qui la gouvernent ? Le moindre Légiſlateur a prevû les diſputes qui pouvoient naitre parmi les peuples dont il regloit la police, & il leur a donné un moïen efficace de les finir ſouverainement , & Jeſus-Chriſt la ſageſſe éternelle aura laiſſé ſon Egliſe ſans ce ſecours.*

Rurſus audiri juvat laudatum Antiſtitem Senonenſem (1) , *ſi ad firmandam* , inquit *doctrinam generali opus eſt Concilio quando de eâ inter ſe diſſentiunt Epiſcopi , Eccleſia tribus prioribus ſeculis medio ad firmandam Doctrinam neceſſario deſtituta manſiſſet ; tunc enim Concilii generalis celebratio impoſſibilis erat ; & tamen plura tunc temporis inter Epiſcopos circa Doctrinam fuêre diſſidia , ut conſtat ex hiſtoria Novatianorum , Baptiſantium Sabellianorum , &c.* ita Senonenſis poſt Bellarminum : & invictè meo judicio ; quæcunque enim fingatur de Fide diſſentio , quæ nunc ſuboriri poſſit , tunc etiam , primis nempè Eccleſiæ ſæculis contingere poterat ; ad eam tamen finiendam Concilio generali opus tunc non erat , ergo neque hodie neque impoſterum eo opus erit.

Alterum tandem pro re noſtrâ argumentum ſuppeditat idem Antiſtes his verbis (2) *Concilium generale nunquam erit neceſſarium quando moraliter impoſſibilis erit illius celebratio. . . .* porrò *aſſerere poſſumus Concilium generale moraliter impoſſibile eſſe ætate noſtrâ*; re nimirum ut Gallicani Epiſcopi modò teſtabantur , tot à Principibus pendente. Hæc ſunt præcipua Gallorum Antiſtitum momenta quibus oſtenditur nunquam opus eſſe Concilio generali ad terminandas Fidei controverſias.

(1) *Monit.* 3. *Num.* XVI. *pag.* 22. On n'a jamais crû que le Concile général fût le ſeul & unique moïen *d'aſſurer la Doctrine.* L'Egliſe a été d'abord trois ſiécles & plus ſans Conciles généraux , cependant il y a eu des diviſions ſur la Doctrine dans ces trois ſiécles. . . . Ces diviſions mêmes étoient ſouvent cauſées ou ſoutenues par des Evêques , ainſi qu'il paroît par l'hiſtoire des Novatiens des Rebatiſans , des Sabeliens , & de tant d'autres. S'il eût fallu un Concile général pour remedier aux maux que ces hérétiques cauſoient , on manquoit donc alors de moyen pour aſſurer la Doctrine , puiſqu'on ne pouvoit tenir ces Conciles ?

(2) *In tertia ad Epiſcop. Bononienſ. Epiſtola* pag. 33. Je dis que jamais le Concile général ne ſera néceſſaire dans les circonſtances où il eſt impoſſible moralement de le tenir. . . . on peut dire qu'aujourd'hui le Concile général eſt moralement impoſſible.

Digitized by Google

Et verò quærimus ab adverſariis noſtris quandonam ſit neceſſaria Synodus œcumenica ad Fidei controverſias irrevocabiliter dirimendas ? Reſpondent eam judice Auguſtino requiri, quando agitur de aliquâ Fidei controverſiâ implicatâ & obſcurâ, qualis E. G. erat quæſtio de Baptiſmo hæreticorum. ***S. Auguſtinus***, inquit Turnelius ubi Concilii generalis neceſſitatem probare nititur, *ſæpius inculcat implicatam & obſcuram de Baptiſmo hæreticorum controverſiam plenario totius orbis judicio finiri* debuiſſe (1) Vides neceſſitatem Concilii plenarii *ad obſcuras & implicatas*, qualis erat rebaptiſantium, controverſias à Sorbonico referri. Turnelium anteceſſerat defenſor declar. Cleri Gallic. his verbis : *neque ulla lex jubet ullaque conſuetudo ut ad Synodum œcumenicam referantur quæcunque quæſtiones de magnâ quamvis re, ſed de re obſcurâ ancipitique ac magnis altercationum nebulis involutâ* (2).

(1) *De Eccleſ.* tom. 2. pag. 140.

(2) *Part.* 2. *lib.* XIV. *cap.* 2. pag. 159.

Porrò Galliarum Epiſcopi prætenſam hanc Concilii generalis neceſſitatem ad obſcuras, implicatas ac magnis altercationum nebulis involutas Fidei quæſtiones dirimendas datâ òperâ impugnant tanquam Eccleſiæ autoritati, perpetuæ ejuſdem praxi, conventuum Cleri Gallicani ac Gallorum Antiſtitum doctrinæ penitùs adverſam ; ſic enim legimus in Docum. Paſtor. Emin. de Biſſy edito an. 1722. ubi frivolam illam adverſariorum exceptionem opponit ſibi ac penitus exſufflat.

OBJECTIO.

DUo ſunt quæſtionum genera circa quas Eccleſia ſuum ferre poteſt judicium, aliæ verſantur circa capita clara quæve à ſolis Hæreticis in dubium revocantur, aliæ verſantur circa capita nondum ſatis eliquata, de quibus inter Catholicos ipſos ſalvâ unitate diſputatur ; quod attinet ad prima capita, ea ab Eccleſiæ Paſtoribus extra Concilium ſicuti in Concilio definiri poſſunt : verùm quod attinet ad ea capita quæ nondum ſatis ſunt eliquata, S. Auguſtinus cenſuit ea non niſi in plenario Concilio definiri poſſe, ac aliter nunquam fuiſſe definita facilè demonſtrari poteſt (3). En quam ſibi proponit eruditus Cardinalis objectionem, quæ ipſiſſimam referat adverſariorum noſtrorum ſen-

(3) *Objection.* Il y a deux ſortes de queſtions ſur leſquelles l'Egliſe peut prononcer, les unes roulent ſur des points clairs, & qui ne ſont conteſtés que par les Hérétiques, les autres ont pour objets des points qui ne ſont pas ſuffiſamment éclaircis, dont les Catholiques eux-mêmes diſputent ſans ſe ſéparer les uns & les autres. A l'égard des premiers, ils peuvent être décidés par les Paſteurs ſéparés, comme dans un Concile ; mais pour les points qui ne ſont pas aſſez éclaircis ; S. Auguſtin a crû qu'ils ne peuvent être décidés que dans un Concile plenier ou général, & il eſt aiſé de montrer qu'on ne les a jamais défini autrement.

Digitized by Google

tentiam; ibi enim agitur de Fidei quæſtionibus non claris, nondum ſatis eliquatis, de quibus inter Catholicos ipſos hinc indè controvertitur; Agitur de quæſtionibus illi ſimilibus, quam præ oculis habebat Auguſtinus, ubi plenarii Concilii judicium expectabat; de iis, inquam, agitur Fidei controverſiis, quas non niſi plenario Concilio juxta Auguſtinum eſſe dirimendas pronuntiatur. Ecquid aliud, quæſo, proferunt adverſarii noſtri? En verba Turnelii Concilii generalis neceſſitatem in Pontificiam inerrantiam intorquentis: ***S. Auguſtinus ſæpius inculcat implicatam & obſcuram de Baptiſmo hæreticorum controverſiam plenario totius orbis judicio definiri debuiſſe.***

Jam verò propoſitæ objectioni ſic reſpondet Eminentiſſimus Meldenſis: ***mox videbitis Fratres Chariſſimi hæc principia adverſari prorſus Eccleſiæ autoritati, conſtanti ac perpetuæ ipſius praxi, Doctrinæ conventuum Cleri Gallicani juxta ac Doctiorum Galliæ Epiſcoporum; & quamvis hoc principium aliquam haberet veriſimilitudinem nullatenus indè probaretur, &c.*** (1) Hanc reſponſionem lato ac erudito calamo deinde confirmat. Emin. Præſuli in eâ Concilii generalis neceſſitate refellendâ paſſim ſuffragantur illi Galliarum Epiſcopi, qui Queſnellianos ſcriptis inſectati ſunt; hi enim refractarii ad peſſumdandam Clementinæ Conſtitutionis ***Unigenitus*** autoritatem, quemadmodum ad elevandam Pontificiam adverſarii noſtri, ubique eam Concilii generalis neceſſitatem obtrudebant. Quàm profectò obſcuræ, quàm intricatæ, quàm magnis altercationum nebulis involutæ, quæ de prædeſtinatione & gratiâ inter Catholicos agitantur controverſiæ? Tamen nec ad has terminandas requiri Synodum œcumenicam aſſeverat Emin. de Biſſy in laudato Paſtor. Documento pag. 75. Quàm obſcura pariter, quàm intricata, magniſque altercationum nebulis involuta Cypriani temporibus incedebat quæſtio de Hæreticorum baptiſmate? & tamen nec ad eam terminandam Concilio generali opus erat juxta Gallicanos Epiſcopos ut infra videbimus.

Quid plura ut oſtendamus nullam eſſe tam obſcuram, tam intricatam, tam magnis altercationum nebulis involutam Fidei controverſiam, quæ non abſque generali Concilio juxta Gallorum Antiſtitum Doctrinam finiri poſſit? Plura tamen ſi placet. Gallicani Præſules ubique prædicant ***nullam eſſe vel futuram ſectam***, quæ abſque Concilio exterminari non poſſit. ***Negari non poteſt***, inquit Boſ-

(1) *Réponſe.* Vous allez voir Mes T. C. F. que ces principes ſont entierement oppoſés à l'autorité de l'Egliſe, à la pratique qu'elle a obſervée dans tous les tems, aux ſentimens des aſſemblées du Clergé de France, auſſi bien que des plus ſçavans Evêques de ce Royaume, & que quand même ce principe auroit quelque apparence de vérité, on n'en pourroit faire aucun uſage pour prouver que, &c.

Digitized by Google

ſuerius (1) *ſine Eccleſiæ conventibus ſufficienter damnatos fuiſſe Novatianum, Paulum Samoſatenum, Pelagianos, atque quàmplures alias ſectas; quapropter quæcunque oriatur vel exurgat ſecta eodem modo* (id eſt ſine Conciliis Eccleſiæ univerſalis) *ſemper damnari poterit atque in hâc damnatione Eccleſia infallibilis ſemper erit*; Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. an. 1722. pag. 78. item in Docum. Paſtor. an. 1723. pag. 46. *Eccleſia*, inquit, *damnare poteſt quin ſit adunata non modò ſectas quæ dogmata clara impetunt, ſed quamcunque omninò ſectam quæ oriri poſſit* (2) tandem ne quid ultrò hâc in re deſiderari poſſit, ſit.

§. II.

Galliarum Epiſcopi infirmant ac refutant argumenta, quæ pro neceſſitate Concilii generalis ab adverſariis noſtris urgentur ad impugnandam Pontificiam inerrantiam.

CUm in hâc Concilii generalis neceſſitate præcipuum ſuæ opinionis collocent præſidium oſores Pontificiæ inerrantiæ, mirum non eſt quòd in eâ ſtabiliendâ totis lacertis incumbant; ut enim oſtendant Concilia, generalia *ad Fidei veritatem ultimo ac infallibili judicio definiendam eſſe neceſſaria* (3) plura oſtentant ac congerunt veterum teſtimonia, quæ ſi ipſis fides illud apertiſſimè demonſtrant. Num res ità ſe habeat? Num ea veterum teſtimonia ſcopo faveant adverſariorum? Edoceant nos Antiſtites Gallicani.

(3) *Turnel. de Eccl. Tom.* 2. *pag.* 340.

1°. Itaque proferuntur (4) hæc verba Euſebii: *neque enim majoris momenti controverſiæ aliter quàm per Synodos componi poſſunt*; at reſpondet Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. edito an. 1725. pag. 60. fruſtra & incaſſum hæc Euſebii verba proferri ad ſtabiliendam Concilii generalis neceſſitatem, quia Euſebius ibi loquitur de *Conciliis provincialibus*, non verò *generalibus*; Euſebii autem mentem eſſe Epiſcopos juxta tunc temporis diſciplinam non aliter quàm per Synodos Provinciales majoris momenti controverſias componere conſueviſſe, imò debuiſſe, ut ſcilicet legibus, quæ tum obſervabantur Eccleſiaſticis obtemperarent; *hoc enim medium*, pergit eruditus Cardinalis,

(4) *Turnel. ibid. pag.* 343.

(1) *Tom.* 2. *variat. lib.* 15. *pag.* 590. On ne peut nier que ſans que l'Egliſe fût aſſemblée, elle n'ait ſuffiſamment condamné Novatien, Paul de Samoſate, les Pélagiens, & une infinité d'autres ſectes; ainſi quelque ſecte qui s'éleve, on pourra toujours la condamner comme on a fait celles-là, & l'Egliſe ſera infaillible dans ſa condamnation.

(2) L'Egliſe peut condamner ſans être aſſemblée, non-ſeulement les ſectes qui attaquent les dogmes clairs, mais quelque ſecte que ce puiſſe être.

Digitized by Google

tunc erat ordinarium & opportunum ad componenda quæ emergebant diſſidia. En Gallica ipſius verba quæ objectatum Euſebii textum immediatè ſequuntur ac elucidant : *il faut avoüer que l'envie & le beſoin de citer font adopter ſans choix bien des autorités vagues & inutiles ; de quels Conciles Euſebe parle-t-il ici , Des Conciles généraux ? Non ſans doute : au tems de Licinius on n'avoit pas encore commencé d'en convoquer ; ainſi tout ce que nous apprend Euſebe, c'eſt que ſelon les loix Eccléſiaſtiques & la diſcipline de ce tems-là tous les différens de quelque conſéquence qui s'élevoient dans l'Egliſe , devoient être terminés dans des Conciles Provinciaux ; uſage établi par une ancienne pratique , & confirmé enſuite ſolemnellement par le Concile de Nicée & par pluſieurs autres ; c'étoit alors le remede ordinaire le plus propre pour terminer les différens qui ſurvenoient.*

II. Affertur (1) hic textus Innocentii I. R. Pontificis : *ceterum quid contra iſtos in præſentiâ agendum ? Synodali cognitione peropus eſt quam dudùm etiam cogendam eſſe cenſuimus , ſola enim illa talium procellarum motus ſopire poteſt ;* at reſpondet Emin. de Biſſy in loco citato pag. 60. Innocentium loqui de magnis Orientalium turbis , quas excitaverat depoſitio ac exilium S. Joannis Chryſoſtomi , ad quas ſedandas Concilium requiri contendit Romanus Pontifex ; en vera juxta oculatum Antiſtitem cauſa , ob quam Innocentius Concilium deſiderabat ; ad ſedandas nimirum magnas turbas , quas depoſitio & exilium S. Joannis Chryſoſtomi in Oriente ſuſcitaverant , non verò *ad aliquam* , ut Turnelius intendit , *Fidei veritatem ultimo & infallibili judicio definiendam* (2) hinc eſt quòd aſſerat Eminentiſſimus Præſul inefficacius adhuc urgeri hæc Innocentii quàm laudata Euſebii verba ; Gallica ipſius verba ſubjicimus : *le ſecond texte tiré de S. Innocent Pape eſt encore plus inéfficace que celui d'Euſebe. Ce ſaint a dit , il eſt vrai qu'il falloit un Concile pour remedier aux maux de l'Egliſe d'Orient troublée alors par la dépoſition de S. Jean Chriſoſtome. Oüi l'exil de ce S. Evêque y avoit excité un incendie générale , dit M. de Tillemont.*

III. Adducit Turnelius (3) S. Leonem Pontificem M. ab Imperatore Theodoſio Synodum generalem poſtulantem his verbis : *ſupplicant Sacerdotes ut generalem Synodum jubeatis intra Italiam celebrari , &c.* atque obſervat Argutus Sorbonicus Eutichetis hæreſim ab ipſo Leone damnatam jam fuiſſe in Romanâ Synodo , quo tempore Synodum generalem Leo poſtulabat ; at reſpondet Emin. de Biſſy : S. Leonem Synodum œcumenicam poſtulaſſe *ut judicium*

(1) *Turnel. de Eccl. Tom.* 2. *pag.* 140.

(2) *Ibid.*

(3) *Ibid. p.* 151.

evaderet magìs ſolemne, non verò quòd exiſtimaret *Eutichetis errorem non niſi in Synodo generali proſcribi poſſe* (1) *;* affirmat eruditus idem Cardinalis atque oſtendit S. Leonem Synodi generalîs quam poſtulabat convocationem neceſſariam minimè cenſuiſſe ad Fidei conſervationem : *S. Leon ne jugea plus qu'il fût néceſſaire* (le Concile qu'il demandoit) *ni pour la ſûreté de la foi , ni pour la cauſe perſonnelle de Flavien.*

(2) *Ibidem.* pag. 243. IV. Urgentur (2) hæc verba Concilii V. generalis : *ſancti Patres qui per tempora in ſacris quatuor Conciliis convenerunt antiquis exemplis utentes communiter de exortis hæreſibus & quæſtionibus diſpoſuerunt ; certo conſtituto , quòd in communibus de Fide diſputationibus , cum proponuntur ex utrâque parte quæ diſcutienda ſunt , veritatis lumen tenebras expellit mendacii ; nec enim poteſt in communibus de Fide diſceptationibus aliter veritas manifeſtari ;* at reſpondet Emin. de Biſſy pag. 64. Patres Concilii V. manifeſtare tantum illis verbis voluiſſe cœtuum ac collationum Eccleſiaſticarum utilitatem ad finiendas Fidei controverſias ; hanc eſſe genuinam illius teſtimonii interpretationem, quid enim frequentiùs , inquit , ad exprimendam rei alicujus difficultatem quàm dicere eam finiri non poſſe. *Quel eſt donc le véritable ſens de ce cinquiéme Concile ? Il eſt évident qu'il ſe réduit à faire ſentir l'utilité des aſſemblées & des conférences Eccléſiaſtiques pour finir les conteſtations ſur la foi ; quoi de plus ordinaire pour exprimer la difficulté d'une choſe que de dire qu'elle ne peut ſe faire.*

Nonnullas alias mitto , quæ ab adverſariis urgentur veterum elocutiones, quas ſicuti relatas interpretatur Emin. de Biſſy in Docum. ſæpius laudato , oſtenditque eas illorum ſcopo nil ſuffragari ; eas inquam mitto quaſi ſuperfluas ac ſupervacaneas , ut tandem veniam ad iſtud toties jactatum , toties inculcatum adverſariorum argumentum , quod ex S. Auguſtini autoritate deſumunt , nobíſque objiciunt velut ineluctabile ac decretorium ; S. Auguſtinus , inquiunt , non modò cenſuit ſed & ſæpius inculcabat plenario totius Orbîs Concilio opus fuiſſe ad finiendam *implicatam , obſcuram tantis altercationum nebulis involutam* de Baptiſmo hæreticorum *controverſiam* , ergo judice tanto Doctore aliquando admittenda eſt hæc Concilii generalîs neceſſitas.

Quid porrò Galliarum Epiſcopi ad hoc tam celebre Pontificiæ inerrantiæ oſorum argumentum ? Quò frequentiùs & vehementiùs ab iſtis

(1) *Pag.* 62. Pour rendre ce jugement plus ſolemnel , S. Leon veut bien qu'il ſoit prononcé dans un Concile. . . . Non , S. Leon ne croyoit pas que la conteſtation formée par Eutichés ne pût être jugée que par un Concile écumenique.

iſtis urgetur, eò ſæpius ac validius ab Illuſtriſſimis ſcriptoribus refutatur; vèl unus Card. de Biſſy tribus in Documenris Paſtoralibus illud conterit ac evertit: in Docum. ſcilicet Paſtor. *au ſujet de la Conſtit. Unig. &c.* edito an. 1722. pag. 82. & 83. in Docum. Paſtor. *contre l'appel interjetté &c.* edito an. 1728. pag. 64. & ſeqq. itèm in Docum. Paſtor. *contenant la réfutation &c.* edito an. 1725. pag. 53. & ſeqq. Ibì videas præcipuæ objectionis tenere locum iſtud ipſum, quod in adverſariorum ſcriptis inter primaria ad elevandam Pontificiam autoritatem argumenta collocatur; at ſcire deſideras quid reſpondeat Emin. Antiſtes, attende: illud præcisè negat quod tam confidenter de Auguſtino affirmant adverſarii; ità planè, negat S. Auguſtinum *unquam cenſuiſſe*, *unquam protuliſſe*, *quòd plenarium Concilium ad finiendam de Baptiſmo hæreticorum quæſtionem eſſet neceſſarium: invenitur quidem*, inquit oculatus Cardinalis, *in ſcriptis Auguſtini quòd ea quæſtio diutius in diverſis Orbis regionibus & Conciliis agitata tandem in Concilio plenario finita fuerit: at nullibi legitur, quòd ad eam finiendam plenarium Concilium fuerit neceſſarium: aliud ſanè eſt*, pergit veridicus ſcriptor, *dicere Rebaptiſantium quæſtionem nonniſi in Concilio plenario fuiſſe finitam*, *aliud eſt dicere eam nonniſi in Concilio plenario finiri potuiſſe; en detectum*, concludit, *adverſariorum ſophiſma* (1) Hæc Meldenſis Antiſtes ad decantatum ſæpius adverſariorum noſtrorum argumentum, Bellarmini ac Boſſuetii judicium, ut ibidem oſtendit, ſequutus; addítque Illuſtr. de Languet Eccleſiam medio ad firmandam Doctrinam neceſſario orbatam extitiſſe, ſi ad finiendam Rebaptiſantium controverſiam plenario opus habuiſſet Concilio quod tunc celebrari non poterat (2). Eminentiſſimo de Biſſy concinnunt alii paſſim Galliarum Antiſtites ac præ ceteris Epiſcopus Ruthenenſis, qui in Docum. ſæpius laudato multis argumentis oſtendit S. Auguſtinum *nunquam dixiſſe quæſ-*

(2) *V. Ipſius verba ſup. citata. pag.* 20.

(1) *Docum. Paſt. an.* 1725. pag. 53. Ils prétendent (*ſes Adverſaires*) avoir trouvé dans certains paſſages de S. Auguſtin que l'affaire des Rebaptiſans ne pouvoit être décidée que dans un Concile général, nous les avons lûs ces textes, qu'y avons-nous découvert? Rien autre choſe ſinon que la queſtion du Baptême des Hérétiques, après avoir été long-tems agitée en différentes régions du monde Chrétien par bien des Conciles, n'a été enfin terminée que dans un Concile plénier. Eſt-ce donc à dire que cette affaire n'auroit pû être décidée par S. Etienne & par un très-grand nombre des Evêques? D'où a-t-on préſumé que S. Auguſtin avoit eu ce ſentiment? En quel endroit de ſes écrits s'en eſt-il expliqué. Il a dit que la diſpute des Rebaptiſans ne fût concluë que dans un Concile général, eſt-ce à dire qu'elle n'ait pû l'être par aucune autre voye? Ici le Sophiſme ſe fait ſentir, &c. *Docum. Paſt. an.* 1728. pag. 65. Si S. Auguſtin répéte ſans ceſſe que S. Cyprien auroit cedé à l'autorité d'un Concile plenier, mais que de ſon tems la diſpute n'étoit pas décidée, ce n'eſt pas qu'il ait crû qu'elle ne pouvoit être décidée que par un Concile plenier, car il ne le dit nulle part, &c. *Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 82. & 83. S. Auguſtin n'a jamais dit que les points de foi dont on diſpute dans l'Egliſe, ne peuvent être décidés que dans un Concile général, &c.

Digitized by Google

tionem de rebaptiſandis hæreticis non niſi in Concilio plenario finiri potuiſſe (1).

His ità poſitis non ampliùs ex nobis, ſed ex ipſis Galliarum Epiſcopis quærant adverſarii cur tot Concilia generalia celebrata fuerint, ſi unus R. Pontifex ad certo & infallibili judicio definiendas Fidei controverſias ſufficiebat, atque ab illis percipiant, quòd licèt ob alias cauſas neceſſatia aliquando extiterit conciliorum celebratio, nunquam tamen hæc fuerit neceſſaria ad certo & infallibili judicio definiendas Fidei controverſias, quæ abſque plenario Concilio ſemper ac ſine ullâ intermiſſione irrevocabiliter finiri poſſunt ab unâ viſibili & ſemper loquente, quæ adeſt in Eccleſiâ, autoritate. Ediſcant ab Epiſcopis Gallicanis celebrata fuiſſe Concilia generalia Epheſinum, Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanum III. ac Tridentinum, quamvìs Neſtorii, Eutichetis, Monothelitarum, Lutheri, ac Calvini errores ipſis fatentibus ut infrà videbimus, certo & infallibili judicio jam ante fuerint proſcripti; unde percipiant iterum ex Conciliorum generalium celebratione inferri non poſſe ad proſcribendas infallibiliter hæreſes ea fuiſſe neceſſaria. Demum ſi Illuſtriſſimis tantæ integritatis, tantæ eruditionis Magiſtris obaudire etiam recuſant; quærant à ſemetipſis, quare tot laboribus, tot ſumptibus, convocata fuerint Concilia generalia, cùm abſque tot incommodis ac impenſis Eccleſia diſperſa naſcentes hæreſes ultimo ac irrevocabili judicio proſcribere potuerit, & re ipsâ plures damnaverit, ut Catholici omnes agnoſcunt, & ſibi vel ipſis attendentes intelligent plura fieri, quia utilia, non quia neceſſaria, unde rurſus percipient quàm peſſimè ex Conciliorum generalium celebratione concludatur illorum ad terminandas circa Fidem contentiones neceſſitas.

Ceterùm nec nobis, nec Gallicanis Epiſcopis, nec ſibimet ipſis attendere velint adverſarii, per me licet; nec iſtud eſt apud eos portentum; at ſit immotum quod nobis erat oſtendendum, quod ex hactenus dictis demonſtratum ſatìs arbitramur, à Gallicanis nimirum Epiſcopis infirmari penitùs ac everti quod ex Conciliorum generalium neceſſitate contra Pontificiam inerrantiam urgetur argumentum; enimveto ad impugnandam R. Pontificis infallibilitatem obtrudunt adverſarii noſtri Concilia generalia ſaltem aliquandò eſſe neceſſaria ***ad Fidei veritatem certo & infallibili judicio definiendam.*** Porrò eos eſſe vidimus Galliarum Epiſcopos, qui ſæpiſſime decla-

(1) *Pag.* 249. S. Auguſtin n'a jamais dit que la queſtion de la Rebaptiſation des Hérétiques ne peut être décidée que dans un Concile plenier.

rant, qui datâ operâ propugnant ac validiſſimis argumentis oſtendunt nullas non Fidei controverſias ſinè plenario Concilio irrevocabiliter terminari poſſe, Synodum œcumenicam ad Fidei cauſas certo & infallibili judicio definiendas nunquam eſſe neceſſariam, cùm una ſemper, omnibus diebus, ſinè ullâ intermiſſione adſit conſpicua & viſibilis in Eccleſiâ autoritas ad terminandas Fidei controverſias ſufficientiſſima. Eos eſſe vidimus Galliarum Epiſcopos qui inſuper expreſſè refellant quæ pro eâ Concilii generalis neceſſitate ſtabiliendâ ab adverſariis noſtris urgeri ſolent. Ecquid amplius præſtitit unquam acerrimus Pontificiæ infallibilitatis aſſertor ad confutandum hoc adverſariorum argumentum ?

CAPUT III.

Refellitur à Gallicanis Epiſcopis Argumentum illud quod ex retractatis quibuſdam in Generalibus Eccleſiæ conventibus RR. PP. de Fide decretis contra Pontificiam inerrantiam ab adverſariis extunditur.

PONDEROSISSIMUM adversùs indeficientem Romanî Pontificis autoritatem ac graviſſimum, ut quidem adverſariis noſtris videtur, argumentum ipſis ſubminiſtrat generalium quorumdam erga Pontificias de Fide Conſtitutiones Conciliorum agendi ratio : cauſam utique vincunt Romanæ infallibilitatis debellatores, ſi ſupremam illam autoritatem œcumenica totius Eccleſiæ Concilia Romanis Pontificibus abjudicaverint. Atqui rem ità eſſe tàm certum, tàm exploratum contendunt adverſarii, quàm quod maximè. Enimverò, inquiunt, nemini in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ vèl mediocriter verſato ignorare fas eſt quàm plurima RR. PP. de graviſſimis circa Fidem quæſtionibus judicia in generalibus Synodis retractata, ad incudem revocata, rursúſque ad ſcripturarum legem ac traditionis normam expenſa, trutinata fuiſſe. Atque ut hujuſce rei exempla proferant, eccuinam, aiunt, ignotum eſſe queat Epiſtolas Dogmaticas Cœleſtini in Synodo Epheſinâ, Leonis I. in Calcedonenſi, Martini I. & Agathonis in Conſtantinopolitanâ III. nonniſi poſt præviam

Digitized by Google

diſcuſſionem fuiſſe approbatas? Hinc inferunt noſtri Theologi in-
fallibilem RR. PP. autoritatem in illis Conciliis minimè agnitam
fuiſſe, quin & labefactatam penitùs ac peſſumdatam. Anne enim ad
novum examen, novúmque judicium poſſent revocari, quæ ſupre-
mo & infallibili judicio definita crederentur. Hoc argumentum mag-
nis dicendi facibus extollunt, urgéntque Turnellius, (1) defenſor
Decl. Cl. Gallic. (2), Natalis Alexander (3) aliíque paſſim hujus ge-
neris ſcriptores. Capita duo complectitur fortis ille adverſariorum
Achilles 1°. Inſtitutum in citatis Conciliis Romanorum judiciorum
examen. 2°. Quod ex altero naſcitur læſam in eïſdem Synodis SS.
PP. inerrantiam. Caput utrumque uno ictu reſecant Gallicani Antiſ-
tites; negant videlicet, & quidem rotundis verbis, memoratas R. P.
Epiſtolas objectato examini aut diſcuſſioni fuiſſe ſubjectas; atque
hoc examine etiam admiſſo inficiantur indè colligi poſſe ea Rom.
Pontificum judicia tanquam immota ac inconcuſſa in laudatis Syno-
dis habita non fuiſſe. Caducum igitur, & quidem omni ex parte nul-
lum efficitur à Gallicanis Epiſcopis oſtentatum illud & ad nauſeam
uſque recuſum ab adverſariis noſtris argumentum.

(1) *De Eccleſ. Tom. 2. pag. 146. & ſeqq.*
(2) *Part. 2. lib. XII. à Cap. 9. uſque ad 29.*
(3) *Hiſt. Eccleſ. diſſert. IV. in ſecul.* XV. & XVI.

Negant, inquam, Antiſtites Gallicani in laudatis Synodis per-
actum fuiſſe quod adverſarii commiriſcuntur prædictarum Epiſ-
tolarum examen. ***Falſiſſimum eſt*** inquit Emin. de Biſſy, ***Quòd
Epiſtola ſancti Leonis ad Flavianum ad normam ſcripturæ Sacræ ac
traditionis. expenſa fuerit in Concilio Chalcedonenſi*** (4) contrarium
deindè oſtendere aggreditur ac. ***Ex ipſius Concilii actis*** luculenter
evincit (5) hiſque tandem verbis concludit: ***poſt hac quis audeat aſſe-
rere Leonis Epiſtolam priuſquam ea reciperetur, ad legem ſcripturæ Sa-
cræ ac traditionis fuiſſe expenſam? ... numquid non è contra mani-
feſtum eſt præmiſsâ ſimplici Epiſtolæ illius lectione eam ab univerſo
Concilio ceu Fidei regulam receptam fuiſſe, noluiſſéque Epiſcopos novo
illam examini ſubjicere*** (6)?

Illuſtriſſimus le Norman Epiſc. Ebroïcenſis in Docum. Paſtor.
au ſujet de la Conſtitution Unigen. edito 15. Nov. an. 1730. probat
pag. 80. dogmaticas R. P. Conſtitutiones à generalibus Conciliis
ſine examine ac diſcuſſione acceptari poſſe exemplo Concilii Chal-
cedonenſis, quod ***ſimplicem poſt lectionem*** Epiſtolæ S. Leonis excla-

(4) *Docum. Paſtor. an. 1728. pag. 62.* C'eſt
encore une fauſſeté auſſi manifeſte de dire que
la lettre de S. Leon écrite à Flavien, fût exami-
née dans le Concile de Calcédoine ſur l'Ecriture
Sainte, & la tradition.
(5) *Ibid.* Les ſeuls actes du quatriéme Conci-
le démontrent le contraire, en voici le précis.

(6) Qui oſeroit dire après cela qu'on examina
la lettre de S. Leon ſur l'Ecriture Sainte & ſur la
tradition, avant que de la recevoir. ... N'eſt-il
pas évident au contraire qu'après la ſimple lec-
ture de cette lettre, tout le Concile la reçut
comme la régle de la foi, que les Evêques refu-
ſerent d'entrer dans un nouvel examen.

Digitized by Google

mavit, *Petrus per Leonem locutus eſt.* Illuſtr. Poncet Epiſc. Andegav. tradit *nimiâ cautionis abundantiâ novum à Concilio Chalcedonenſi judicium fuiſſe prolatum contra Eutichetem qui tanquam legitimè ac canonicè damnatus jam habebatur* (1). Tandem ut plures taceam, Illuſtr. de Saleon Epiſcop. Ruthenenſis hæc duo datâ operâ ac multis argumentis firmata voluit in ſuo Docum. Paſtor. ſæpius laudato 1°. *Jam ante Chalcedonenſe Concilium liberum non fuiſſe de dogmate in Epiſtolâ S. Leonis definito dubitare* (2). 2°. *Epiſtolam S. Leonis novo examini in Concilio Chalcedonenſi ſubjectam non fuiſſe* (3); quibus uberrimè demonſtratis ſic concludit: *Quis adhuc contendere poſſet S. Leonis Epiſtolam ad Flavianum in Concilio Chalcedonenſi rurſus examinatam fuiſſe atque ad hoc uſque Concilium liberum fuiſſe dubitare an ea rectè ac ſufficienter exprimeret dogma Catholicum* (4)?

Ex his perſpicuis Gallorum Antiſtitum teſtimoniis liquet falſum eſſe quod Turnelius cum aliis Pontificiæ inerrantiæ oſoribus ſcribit (5) *Patres* nimirum *Concilii Chalcedonenſis Epiſtolam S. Leonis expendiſse & quidem ſeriò & accuratè ad regulam ſcripturæ & traditionis, ſi fortè in aliquibus ab eâ diſsentiret, atque ubi exploratum habuêre eam in omnibus planè conſentaneam eſſe cum immobili Fidei regulâ, communi ſuffragio eam recepiſſe & approbaſſe: Patres Concilii Chalcedonenſis non niſi præmiſſo illius Epiſtolæ examine in eas acclamationes erupiſſe: Petrus per Leonem ità locutus eſt.* Ceteras non proſequimur objectas R. Pontificum Epiſtolas, Cæleſtini nempè I. Martini I. & Agathonis, quas in Conciliis Epheſino, & Conſtantinopolitano; rurſus expenſas contendunt adverſarii. Cùm enim hæc duo Concilia generalia eodem ſpiritu, eodémque modo juxta ipſos adverſarios dogmaticas eas Epiſtolas ſuſceperint, quo S. Leonis Epiſtolam recepit Concilium Chalcedonenſe, eò ipſo demonſtratum manet eas Epiſtolas ſinè eo quod urgetur examine ex Gallicanorum Epiſcoporum ſententiâ fuiſſe receptos, quò fit manifeſtum S. Leonis Epiſtolam ſinè eo examine fuiſſe ſuſceptam. Id porrò ultimum ex relatis Gallorum Antiſtitum luculentiſſimis teſtimoniis certum & indubium planè

(5) *De Eccleſ. Tom.* 2. *p.* 151.

(1) *In opere cui gallicè titulus*: Réflexions conſolantes, *edito an.* 1719. *pag.* 27. C'eſt par une ſurabondance de précaution que le Concile de Calcédoine prononça un nouveau jugement contre Eutiches, qui étoit déja regardé comme légitimement & régulierement condamné.

(2) *Pag.* 266. Il n'étoit pas permis avant le Concile de Calcédoine de douter du dogme établi par la lettre de S. Leon à Flavien.

(3) *Ibid.* Il eſt donc important d'entrer dans le détail de ce qui a été fait dans le Concile au ſujet de la lettre de S. Leon à Flavien, & de faire voir qu'elle n'y a point été examinée de nouveau.

(4) *Pag.* 278. Comment pourroit-on dire aprés cela que la lettre de S. Leon a Flavien a été examinée de nouveau dans le Concile de Calcédoine, & que juſqu'a ce Concile il a été permis de douter ſi elle exprimoit bien & ſuffiſamment le dogme Catholique?

conficimus. Unde non eſt cur in congerendis ulterioribus pro hâc re illorum teſtimoniis immoremur. Conſule, ſi vacat per otium, Mand. Paſtor. Epiſcopi Carcaſſonenſis editum die 15. Julii an. 1729. Ibì videas Concilium generale ſextum haud fuiſſe convocatum ad rurſus examinandum illud quod Rom. Pontifex Agatho ac multò antea Martinus I. definierat, jámque tenebat univerſa Eccleſia Conſule Document. Paſtor. Emin. de Biſſy edito an. 1722. pag. 75. & 76. Ibì videas ante Concilii Epheſini celebrationem ab Eccleſiâ undiquè jam Fide explicitâ credi, quod Cæleſtinus definierat, ideóque non ad hoc rurſus diſcutiendum, ſed ad comprimendas Orientalium turbas Synodum Epheſinam convocatam fuiſſe.

Ceterùm Catholicis ſeriò obſervatum velim Gallicanos Epiſcopos in rejiciendo, quod adverſarii comminiſcuntur, prædictarum Epiſtolarum examine partes adimplere non modò inerrantiæ Pontificiæ defenſorum, ſed & optimorum quales eſſe decet Catholicorum. Quis enim dicat, modò verè Catholicus, Dogmaticum R. Pontificis judicium cui omnes undique Epiſcopi paucis exceptis adhærent, dubiæ adhuc autoritatis eſſe novóque judicio ac examini ſubjici poſſe ut dignoſcatur num ſcripturæ Sacræ ac traditioni illud ſit conſentaneum, necne? Porrò hujuſmodi erant laudata quatuor Romanorum Pontificum judicia; iis enim antequam objectata celebrarentur Concilia, jam acceſſerat maximæ Epiſcoporum partis conſenſus. Id quidem neglectis hiſtoriæ legibus negat Turnelius (1). Id tamen veterum teſtimoniis ac geſtis certiſſimum efficiunt eruditi undique ſcriptores, ac præ ceteris P. Orſi paſſim in opere citato. Id æquè teſtantur qui non præjudiciis ſed hiſtoriæ veritati ſerviunt Galliarum Antiſtites.

(1) *Ibid. p.* 138.

Atque ut ab Epiſtolâ Cœleſtini I. exordiamur, teſtatur Emin de Noailles Pariſ. Archiepiſcopus (2) Rom. Pontifici Neſtorii errores damnanti conſenſiſſe Epiſcopos Occidentis, Epiſcopos Alexandrini Patriarchatûs, necnon quamplures alios Orientis Præſules, antequam celebraretur Epheſina Synodus, ità ut teſte Emin. de Biſſy (3) fide explicitâ jam tùm à fidelibus crederetur quod dogma Cæleſtinus definierat ac Neſtorio ſubſcribendum ſanciverat.

(3) *Docum. Paſtor. an.* 1722. *pag.* 75. & 76.

Idem de dogmaticâ S. Leonis ad Flavianum Epiſtolâ tradit ac ſo-

(2) *Docum. Paſtor. an.* 1729. *pag.* 75. & 76. Avant le Concile d'Epheſe le Pape Celeſtin aſſembla à Rome un Concile où la lettre de S. Cyrille fut approuvée, & la Doctrine de Neſtorius proſcritte, & ſi on joint les ſufrages du Pape & des Evêques d'Occident au Concile d'Egypte, aſſemblée par S. Cyrille, & au ſentiment de beaucoup d'Evêques des autres Patriarchats; il eſt évident que le Souverain Pontife uni à la pluralité des Evêques, avoit adopté la lettre de S. Cyrille & condamné Neſtorius; pourquoi donc dans ces circonſtances aſſembler un Concile général?

lidè oſtendit Emin. de Biſſy : eam nempe ante Concilii Chalcedonenſis celebrationem ab ***Epiſcopis omnibus* , *qui Catholici videri volebant ſubſcriptam*** jam fuiſſe , necnon ***ab Eccleſiâ universâ receptam*** (1). ***Hac S. Leonis Epiſtolâ*** , inquit Emin. de Noailles in loco citato pag. 76. ***ante Synodum Chalcedonenſem ab omnibus prater nonnullos Palæſtinæ ac Illyriæ, Epiſcopis erat approbata*** (2); hanc pariter ſancti Leonis Epiſtolam ***ab Eccleſiâ univerſali antè Synodum Chalcedonenſem acceptatam fuiſſe*** docet ac perſpicuis veterum & S. Leonis teſtimoniis evincit Illuſtr. de Saleon Epiſcop. Ruthenenſis in Documento ſæpius laudato (3).

Quod tandem attinet ad Epiſtolas Martini I. & Agathonis contra Monothelitarum errores, laudatus Ruthenenſis Antiſtes poſt Emin. de Noailles (4) docet ac multis oſtendit (5) majorem Epiſcoporum numerum Pontificibus tùm Martino tùm Agathoni Monothelitas damnantibus ſemper adhæſiſſe. Longè ante Concilium generale ſextum : ***ferè omnes orbis Epiſcopi***, inquit Ruthenenſis, ***Martino 1°. Rom. Pontifici in damnatione Monothelijſmi conſenſerant***(6). Dogma ab Agathone definitum ante illius Concilii celebrationem ***ab omni Eccleſiâ*** fuerat acceptatum teſte Epiſcopo Carcaſſonenſi (7). Demum affirmat Emin. de Biſſy ***Catholicos ante Synodum ſextam œcumenicam expoſitæ ac definitæ ab Agathone Doctrinæ adhæſiſſe* , *atque jam tunc Monothelitas pro hæreticis habitos fuiſſe*** (8). Certum igitur ac exploratum habent Antiſtites Gallicani hæc Rom. Pontificum judicia ante Synodos objectatas communi jam Epiſcoporum ſuffragio ac conſenſu fuiſſe approbata. Si vèl id unum ſeriò cogitarent , qui è Catholicis nobis adverſantur , nullus dubito quin ab hoc iterato judicio ac examine contra Pontificiam inerrantiam urgendo cauti ac veridici abſtinerent. Facilè enim omnes intelligimus æquè impetitum iri Eccleſiæ per orbem diffuſæ ac Rom. Pontificis autoritatem , ſi ea Cæleſtini I, S. Leonis , Martini I. & Agathonis judicia novo examini quaſi dubia & incerta in laudatis Synodis ſubjecta fuiſſe dicantur.

Verùm fuerint in Synodis ſæpius memoratis , ut placet , novo ju-

(5) *In Docum. ſæp. laud.* pag. 161. & *ſeqq.*

(7) *Mand. Paſt.* 5. *Julii an.* 1729.

(8) *Doc. Paſtor. an.* 1728. pag. 97. 98.

(1) *Docum. Paſtor.* 1728. pag. 80. La lettre de S. Leon (*avant la tenue du Concile de Calcédoine*) fût répandue de toutes parts ; tous les Evêques qui vouloient paſſer pour des Catholiques la ſouſcrivirent.... la lettre de S. Leon étoit reçue par l'Egliſe univerſelle.

(2) Si l'on excepte quelques Evêques de Paleſtine & d'Illiric , on peut dire que cette lettre de S. Leon (*avant la tenue du Conc. de Calcédoine*) étoit approuvée du reſte des Paſteurs.

(3) *Part.* 2. *pag.* 266. & *ſeqq.* Trois ou quatre mois avant le Concile de Calcédoine , la lettre de S. Leon à Flavien étoit embraſſée par l'Egliſe univerſelle.

(4) *Inſtruct. Paſt. an.* 1719. pag. 64. Avant le 6e. Concile général , le S. Siége & le plus grand nombre des Evêques avoient toujours condamné cette héréſie [*des Monothélites.*]

(6) *Ibid. pag.* 178. Preſque tous les Evêques du monde (trente ans avant le ſixiéme Concile général) étoient unis au Pape contre le Monothéliſme.

dicio, novo examini ſubjecta, fuerint ad legem Scripturæ Sacræ ac traditionis expenſa RR. illa PP. judicia, indè-ne meritò colligent adverſarii ſupremam ac irreformabilem ab illarum Synodorum Patribus agnitam non fuiſſe R. Pontificis autoritatem ? Hoc iterum adverſarii contendunt, hoc iterum negant Antiſtites Gallicani : *etiamſi*, inquit Epiſcopus Ruthenenſis, *ſancti Leonis ad Flavianum Epiſtola denuo examinata fuiſſet in Concilio Chalcedonenſi, non indè ſequeretur dubiam ac minimè ſupremam illius autoritatem antea fuiſſe. Concilia enim œcumenica non ſolùm novas cudere definitiones, verùm etiam præcedentes licèt infallibilitatis caractere jam veſtitas poſſunt cum cauſa cognitione confirmare, hocque ſenſu examinare* (1) & paulò poſt, *Eccleſia*, pergit, *ſuas anteriores definitiones novo judicio ac examini ſubjicere poteſt, atque hoc iteratum examen nullatenus probat anteriores illas definitiones veluti dubiæ autoritatis ſpectari potuiſſe* (2). Variis deinde exemplis oſtendit Fidei cauſas infallibili judicio definitas rurſus in Synodis agitatas, examinatas & ad ſcripturæ Sacræ ac traditionis regulam expenſas fuiſſe. Sic Patres, inquit, Concilii Chalcedonenſis poſt novum examen confirmant ac tanquam Nicenæ Fidei conſonas rurſus approbant definitiones Concilii Conſtantinopolitani I. & Epheſini, quas tamen immotas ac irreformabiles eſſe non dubitabant. Tandem his verbis concludit pag. 288. *Etſi igitur S. Leonis Epiſtola in Concilio Chalcedonenſi examinata fuiſſet, indè minimè probaretur eam tunc habitam fuiſſe tanquam errori obnoxiam* (3).

Ex retractatis pariter in Synodo generali ſextâ, ac diſcuſſis Martini & Agathonis Epiſtolis malè inferri eas immotas ac irreformabiles tunc exiſtimatas non fuiſſe pluribus oſtendit Emin. de Biſſy in Documento Paſtor. an 1728. pag. 97, 98. ac 99. potiſſimùm, 1°. Exemplo Concilii Chalcedonenſis, cujus in poſterioribus actionibus ad regulam traditionis expenſa fuit S. Leonis Epiſtola, quæ in primis illius Concilii actionibus ab omnibus recepta jam fuerat. 2°. Exemplo Concilii Florentini, in quo novo examini ſubjecta fuère immota & inconcuſſa Romanæ Fidei capita, quæ Græcorum Schiſmati dederant

(1) *In Docum. toties laudato* pag. 285. Quand même la lettre de S. Leon à Flavien auroit été examinée de nouveau dans le Concile de Calcédoine, il ne s'enſuivroit pas qu'il eût été auparavant permis d'en douter, & qu'on eût pû ne pas la regarder comme portant le ſceau de l'autorité ſuprême, car les Conciles Ecumeniques peuvent non-ſeulement faire de nouvelles déciſions, mais encore confirmer avec connoiſſance de cauſe les précédentes, quoique déja revêtues du caractère de l'infallibilité, & en ce ſens les examiner de nouveau.

(2) *Ibid.* L'Egliſe peut juger de nouveau, & par conſéquent examiner de nouveau ce qu'elle a déja jugé, & ce nouvel examen ne prouve point que juſques alors il eût été permis de douter des précédentes déciſions.

(3) L'examen de cette lettre (*de S. Leon*) s'il y en avoit eu un, ne prouveroit pas qu'on l'eût encore regardée comme ſujette à l'erreur.

rant occaſionem. 3°. Exemplo Concilii Tridentini quod Lutheri errores à Leone X. S. Pontifice atque ab omnibus Eccleſiis jam antea proſcriptos novo examini ac judicio ſubmiſit.

Ad cumulum addo Gallicanos Antiſtites ubique contendere ac contra Queſnelianos ſtrenuè deffendere dogmatica R. Pontificum judicia ad Scripturæ Sacræ & traditionis oracula ab iis Epiſcopis etiam expendi & exigi qui tamen ea nulli errori obnoxia profitentur ac propugnant (1). Ex quo manifeſtiſſimè percipimus irreformabili Rom. Pontificis autoritati nil officere quòd illius Dogmatica judicia novo examini ac judicio ſubjiciantur.

(1) *Infra lib.* 4. *cap.* 4.

Ad novum igitur examen, ad novum judicium revocatæ fuerint in laudatis Synodis œcumenicis dogmaticæ Cæleſtini I., S. Leonis, Martini I., & Agathonis Epiſtolæ, ad Scripturæ Sacræ ac traditionis oracula fuerint expenſæ & exactæ, quid inde ? Irreformabiles ac inconcuſſæ tunc nondum habebantur ? Peſſima concluſio juxta Gallicanos Antiſtites, cum & ipſæ Conciliorum generalium definitiones rurſùs examinari poſſint ac denuò retractari, imò ſæpiùs ad Scripturæ Sacræ & traditionis oracula fuerint expenſæ; cum Pontificia decreta ab universâ per orbem diffusâ Eccleſiâ jam recepta novo examini, novoque judicio in Synodis œcumenicis ſubjecta fuerint; cum & iſtud de Pontificiis judiciis examen ab iis etiam inſtituatur qui ea nulli obnoxia errori propugnant. Undè diſcant ac intelligant adverſarii noſtri Gallorum Antiſtitum judicio haud repugnare, quæ jam certa & indubia Fidei oracula creduntur ad Scripturæ Sacræ & traditionis normam iterum exigi. Quo verò pacto id fiat atque ſit certiſſimum expendemus ubi opus erit in libro quarto. Ad cauſam quam in præſenti verſamus, oſtendiſſe ſufficiat ea duo à Gallicanis Epiſcopis négari quæ ad peſſumdandam ſupremam & irreformabilem R. Pontificis autoritatem tanquam certiſſima venditant adverſarii noſtri, nimirùm 1°. Dogmaticas, S. Leonis, Cæleſtini I, Martini I. & Agathonis Epiſtolas ad novum examen in laudatis Synodis fuiſſe revocatas, ac non niſi præmiſſo accurato examine fuiſſe approbatas. 2°. Ex hoc iterato judicio ac examine fieri manifeſtum ſupremam & irreformabilem in illis Conciliis œcumenicis agnitam non fuiſſe R. Pontificis autoritatem. Ex quo nobis concludere liceat, hoc adverſariorum contra Pontificiam inerrantiam argumentum ſaniori Gallicanorum Antiſtitum ac ſagaciori Palato haud magis quàm hactenùs prolata ſapuiſſe.

CAPUT IV.

Famoſum quod ex facto Cypriani contra ſupremam & irreformabilem in Fidei cauſis definiendis Romani Pontificis autoritatem petitur argumentum , reſolvitur ab Epiſcopis Gallicanis.

EA inter argumenta, quæ ad novellæ opinionis ſuæ Patrocinium ex vetuſtiori antiquitate eruere cogitarûnt adverſarii noſtri, nullum eſſe puto famoſius apud ipſos & celebratius, quàm quod ex notiſſimo Cypriani facto deducunt; ubi ad palmare iſtud ſuæ cauſæ munimentum nos provocant, de Pontificiâ infallibilitate conclamatiſſimum eſſe diceres, tàm firmum, tàm inconcuſſum, tàm inexpugnabile illud oſtentant ac jactitare non ceſſant. S. Cyprianus Cartaginenſis Antiſtes, inquiunt, Dogmatico circà Baptiſmum Hæreticorum Stephani I. R. Pontificis judicio acquieſcere noluit, quin immò & ipſum erroris accuſabat; non ergo ſupremum & irreformabile credebat tantus Doctor R. Pontificis in rebus Fidei judicium. Africano Præſuli ſuccenturiatur S. Auguſtinus; declarat enim Hipponenſis Antiſtes dogmatico Stephani decreto eam de Baptiſmo Hæreticorum quæſtionem finitam non fuiſſe, ſæpiùs affirmat Concilii plenarii judicium ad eam finiendam fuiſſe neceſſarium, quin & Cyprianum Stephani decreto renitentem nedum arguat, ubique excuſat ob defectum Concilii plenarii, cuï Cyprianus ceſſiſſet; hinc concludunt nec apud Auguſtinum firma & inconcuſſa fuiſſe Dogmatica Rom. Pontificum decreta. Ita nuperi omnes Pontificiæ infallibilitatis hoſtes, ac præ ceteris Defenſor declar. Cl. Gallic. lib. 14. cap. 4, 5, 6, 7, 8, & 9.

Decantato huic quod ſolis jam mulierculis fucum facere valeat argumento quàm validè ac nervosè perindè ac ceteri Pontificiæ inerrantiæ Patroni occurrant Galliarum Antiſtites, ex his, quæ ſequuntur ipſorum reſponſionibus facile eſt dignoſcere. Quod ad Cypriani contrà Stephanum agendi rationem pertinet. 1°. Falſiſſimum eſt apud Gallicanos Epiſcopos Cyprianum Dogmatico Stephani decreto reſtitiſſe; propugnant enim ac luculentiſſimè oſtendunt Illuſtriſſimi ſcriptores Stephani reſponſum de Hæreticis non Rebaptiſandis *Dog-*

Digitized by Google

maticum minimè fuiſſe judicium, ſed *praxis ac mera diſciplina ſtatutum.* Epiſcopus Ruthenenſis in Documento ſæpiùs laudato hanc literis Majuſculis ſtatuit concluſionem, quam pluribus argumentis certiſſimam facit ac manifeſtam. *S. Stephanus nullum in controverſiâ rebaptiſantium protulit dogmaticum decretum* (1) demonſtratum ibi videas Stephanum *praxim ac diſciplinam in hâc re obſervandam ordinaſſe tantummodò, de dogmate verò non pronuntiaſſe* (2) dixit quidem S. Auguſtinus Stephanum *contrà ſcripſiſſe atque præcepiſſe*, at *ſimplicis præcepti vocabulum*, reponit Ruthenenſis „*dogmaticum non exprimit judicium, ſed legem praxis ac diſciplinæ; nedum igitur ex illis S. Auguſtini verbis inferri poſſit Stephani decretum apud S. Doctorem tanquam Dogmaticum judicium habitum fuiſſe, jure nos Colligimus illud ab Auguſtino exiſtimatum fuiſſe meræ diſciplinæ decretum, in quo dogma non definiebatur, ſed quæ praxis ſervanda eſſet ſtatuebatur* (3).

(2) *Pag.* 227. & *infra.*

Eadem eſt Em. de Biſſy ſententia quam datâ operâ ſæpiùs propugnat, in Docum. nimirùm Paſtor. an. 1728. à pag. 65. uſque ad pag. 68. & fuſiùs adhuc in Docum. Paſtor. an. 1725. à pag. 50. uſque ad pag. 57. Ibi verſat ſimul & refellit quæcumque ab adverſariis afferri ſolent, ut probent Stephani reſponſum, veram fuiſſe de dogmate definitionem, nec minori quo Ruthenenſis Antiſtes argumentorum numero ac pondere ſtabilitum voluit *Stephani reſponſum practicum fuiſſe præceptum, non Fidei definitionem* (4): nec affirmare veretur *id evidens eſſe præſertim juxtà Auguſtini ſententiam* (5). Eruditis his Galliæ Præſulib. concinunt Illuſtr. de Languet, aliique paſſim, qui elucidando huic Cypriani facto impenſiſſimè vacarûnt.

II. Dogmatico R. Pontificis judicio reſtiterit Cyprianus; quid indè, ſi *hæc* Cypriani *reſiſtentia* culpâ non careat, ſitque reprehenſione digna? Hoc profectò Cypriani exemplum non magis officeret infallibilitati Pontificiæ, quàm ſupremæ Conciliorum generalium autoritati noceant tot Epiſcoporum exempla, qui Dogmaticis illorum judiciis cedere noluerunt; id adverſarios noſtros minimè fugit, idcircò Cypriani agendi rationem Stephano adverſam juſtam &

(1) *Pag.* 216. S. Etienne n'a fait aucun décret dogmatique ſur la Rébaptiſation.

(3) *Ibid. pag.* 239. S. Auguſtin dit que ce Pape fit un commandement, *contrà ſcripſiſſe atque præcepiſſe.* Or l'on ne s'eſt jamais ſervi du terme de commandement ou de précepte, purement & ſimplement, ſans aucune addition, pour exprimer une déciſion dogmatique, ce terme au contraire déſigne ſuffiſamment une loy de pratique & de diſcipline, on ne peut donc pas inférer de cette expreſſion de S. Auguſtin, qu'il ait regardé le décret de S. Etienne comme un décret dogmatique, & on a droit au contraire d'en inférer, qu'il l'a ſeulement regardé comme un décret de diſcipline, qui ſans rien décider ſur le dogme, ordonne ſeulement ce qui doit être pratiqué.

(4) *Pag.* 55. Ce fut un précepte de pratique, & non pas une définition de foi.

(5) *Ibid.* Il paroit évident ſur-tout ſuivant l'avis de S. Auguſtin, que S. Etienne ne fit point de déciſion dogmatique.

Digitized by Google

æquam fuiſſe contendunt, ac magnis etiam præconiis tanquam animo verè Epiſcopali dignam proſequuntur; verum ex adverſo culpandam eam, ac reprehenſione dignam judicant & affirmant Antiſtites Gallicani; ita planè *S. Cypriani reſiſtentia culpâ non vacavit* (1). En theſis quam Ruthenenſis Epiſcopus contra adverſarios noſtros ſtatuit, propugnat, ac celebriorum è Galliâ ſcriptorum teſtimoniis confirmat in Documento Paſtor. laudato pag. 238. & ſeq. Illuſtr. de Languet Arch. Senonenſis hoc Cypriani exemplum ad elevandam R. Pontificis & Epiſcoporum ipſi adhærentium autoritatem objectantibus ſic reſpondet in 2°. Docum. Paſtor. *contenant les remarques ſur l'Inſtruction de M. le Cardinal de Noailles*, *&c.* p. 95. *S. Cyprianus jure ne reſtitit Romano Pontifici ac reliquo Orbi? .... profectò nequaquam, id tamen oſtendendum erat* (2) & paulò poſt: *S. Cyprianus Martyrio opus habuit ad extergendam ſanguine ſuo & expiandam culpam, quam S. Auguſtinus expreſſé agnoſcit in factione pro quâ ſtabat Cyprianus*; & infra: *quantis Eccleſia lacrymis peperciſſet Cyprianus, ſi ceſſiſſet* (3) idem ſignificat Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. an. 1728. pag. 63.

III. Tandem Stephano jure meritoque reſtiterit Cyprianus, quid indè? Ergo ſupremum & irreformabile non cenſuit in definiendis Fidei controverſiis R. Pontificis judicium? Nullo modo, quia in eâ de Baptiſmo Hæreticorum quæſtione, non de dogmate, ſed de unâ agi diſciplinâ putabat Cartaginenſis Antiſtes; haud me latet id ab adverſariis noſtris negari; at ſcio pariter id ab Epiſcopis Gallicanis doceri & propugnari; *S. Cyprianus*, inquit Archiepiſcopus Senonenſis in 3ª. ad Epiſcopum Bononienſem Epiſtolâ; *ſuam de Baptiſmo Hæreticorum cum Romanâ Sede concertationem, rem eſſe de merâ diſciplinâ exiſtimabat quæ Fidem nullatenùs ſpectaret: de hoc eruditi conveniunt poſt D. Hyeronimum* (4), eadem de Cypriano prædicat ac ſolidè evincit in Epiſtolâ ad Epiſcopum Antiſſiodor. Num. XXVII. & alibi paſſim. Senonenſi Archiepiſcopo hâc in re defendendâ adſtipulatur Meldenſis Antiſtes D. de Biſſy: *S. Cyprianus*, inquit Emin. Cardinalis *ſæpius aſſerit cuilibet Epiſcopo in hâc controverſiâ liberum eſſe agere quid vellet*; *itane loqui potuiſſet de quæſtione, quam cen-*

(1) La réſiſtance de S. Cyprien n'a pas été exempte de faute.

(2) S. Cyprien, les Evêques d'Iſtrie, d'Illirie, &c. eurent-ils alors raiſons de réſiſter au Pape & au reſte du monde.... non, ſans doute, on n'a oſé le dire, voila cependant ce qu'il eut fallu montrer.

(3) S. Cyprien a eu beſoin du Martyre pour laver & expier une faute que S. Auguſtin reconnoit expreſſément dans le parti qu'il ſoutenoit... Il eut épargné bien des larmes à l'épouſe de Jeſus-Chriſt, s'il ſe fût rendu.

(4) *Pag.* 31. S. Cyprien ne regardoit le point qui le diviſoit d'avec le ſaint Siége que comme un point de diſcipline, & non comme un point qui intereſſat la foi. C'eſt de quoi les Sçavans conviennent; c'eſt le jugement qu'en a porté S. Jerôme,

Digitized by Google

ſuiſſet ad Fidem pertinere? Cùm autem conſtans ſit peculiarem diſciplinam à qualibet Eccleſiâ nationali ita retineri poſſe ut ad eam mutandam à R.Pontifice obligari non poſſit, Cyprianus & Africani Epiſcopi poterant illæsâ obedientiâ Sedi Apoſtolicæ debitâ illius decreto non obtemperare(1) & rurſus *quotidie*, inquit, *propugnatur in Scholis Catholicis de unâ inter Cyprianum & Stephanum diſputatum fuiſſe diſciplinâ* (2). Demum ut quàm plures prætercam, Epiſcopus Ruthenenſis in Docum. laudato *S. Cyprianus ipſe hanc de Baptiſmo Hæreticorum controverſiam ad Fidem pertinere non cenſuit*(3). Theſim hanc deinde tritis ac pervulgatis Theologorum argumentis confirmat ac ſtabilit. Ex his jam percipis, oculate Lector, quot modis refutatum, everſumque voluerint Antiſtites Francorum tam celebre hoc à Cypriano petitum ab adverſariis, argumentum.

(4) *Vide Sup. p.* 33. & *ſeqq.*

Nunc ad ea accedamus quæ de S. Auguſtino occaſione hujuſce Cypriani exempli in vulgus ſpargere non verentur. S. Auguſtinus, inquiunt, 1°. poſt Stephani decretum neceſſarium adhuc eſſe Concilii plenarii judicium ad finiendam eam de Baptiſmo controverſiam ſæpiùs declarat; at regerunt Antiſtites Gallicani, de Auguſtino id *falſiſſimè* prædicatur, hanc Concilii plenarii neceſſitatem *nullibi* indicat S. Doctor. Hæc Gallorum Antiſtitum reſponſio ex ſuprà dictis (4) demonſtrata manet; at

II°. S. Auguſtinus, pergunt adverſarii, dogmatico Stephani decreto nondum eam controverſiam finitam fuiſſe aſſerit; at S. Doctori imponunt præpoſteri illi Auguſtiniani juxta Gallicanos Epiſcopos; *nullum enim*, inquit Emin de Biſſy (5) *judice ac teſte Auguſtino Stephanus protulit dogmaticum decretum:* & rursùs *certum eſt S. Auguſtinum credidiſſe, neque Stephanum S. Pontificem neque Eccleſiam de hujuſce controverſia dogmate pronuntiaſſe* (6) & paulò antè: *S. Auguſtinus cenſuit nullam ætate Cypriani dogmaticam circa validitatem Baptiſmi Hæreticorum definitionem à Summo pontifice vel ab Eccleſiâ*

(1) *Docum. Paſtor. an.* 1728. *pag.* 63. S. Cyprien repéte plus d'une fois dans ſes écrits, que chaque Evêque doit conſerver une pleine liberté d'agir en cette occaſion, comme il le jugera à propos. Auroit-il pû parler de la ſorte d'une queſtion qu'il auroit crû appartenir à la foi? Comme il eſt conſtant que chaque Egliſe nationale peut conſerver ſa diſcipline particulière, ſans que le Pape puiſſe l'obliger de la changer dans tous les points. S. Cyprien & les Evêques qui le ſuivoient, pouvoient ſans manquer à l'obéïſſance qu'ils devoient au ſaint Siége refuſer de ſe ſoumettre à ſon décret.

(2) *Doc. Paſt. an.* 1725. pag. 55. Tous les jours dans les écoles Catholiques on ſoutient, que la conteſtation entre les deux Saints Martyrs Etienne & Cyprien ne fut que de diſcipline.

(3) *Pag.* 219. S. Cyprien lui-même n'a pas regardé cette diſpute comme appartenante a la foi.

(5) *Docum. Paſtor. an.* 1725. pag. 55. S. Auguſtin dit que S. Etienne ne fit point de déciſion de foi.... Il paroit évident, ſur-tout ſuivant l'avis de S. Auguſtin, que S. Etienne ne fit point de déciſion dogmatique.

(6) *Docum. Paſtor. an.* 1728. pag. 65. Or que S. Auguſtin ait crû que le Pape Etienne ni l'Egliſe n'avoit pas prononcé dogmatiquement ſur la conteſtation, c'eſt un point certain.

fuiſſe prolatam (1). Alterum audi è Galliâ eruditum Præſulem, Ruthenenſem dico : *S. Auguſtinus*, inquit, *nullatenùs credidit S. Stephanum dogmaticam hâc in occaſione* (Baptiſmi Hæretic.) *edidiſſe deciſionem* (2). Verum exclamas, dixit Auguſtinus Stephanum *contrà ſcripſiſſe ac præcepiſſe : quid ergo ?* Reſpondet Emin. de Biſſy (3) *omne R. Pontificis præceptum eſt ne definitio ? Hoc præceptum ad mentem Auguſtini non fuit niſi practicum ſtatutum . . . . . qui contendit eo verbo* præcepiſſe *Auguſtinum ſignificare dogmaticam definitionem S. Doctorem ſibi-metipſi contrarium facit* ; ita ſanè reſpondet Epiſcopus Ruthenenſis : *hoc nudi præcepti vocabulum dogmaticam non exprimit judicium, ſed legem praxis ac diſciplinæ* (4) & paulò poſt *S. Auguſtinus cenſuit de puncto diſciplinæ præſcribendo unicè agi* (5). At regeris, S. Doctor expreſſis verbis aſſerit cauſam de rebaptizandis hereticis Cypriani ætate nondum fuiſſe finitam. Nil veriùs, quis id neſciat, quis id revocet in dubium ? Quid indè colligis ! Ergo S. Doctor cenſuit Dogmaticum Stephani decretum ad finiendam illam controverſiam minùs fuiſſe ſufficiens ? perverſa ſanè concluſio. S. Auguſtinus de dogmatico aliquo Stephani judicio nec cogitavit, nullum agnovit Stephani de dogmate judicium ; id affirmant Antiſtites Gallicani, id evidens eſſe pronuntiant, id certis ac quàm pluribus documentis oſtendunt ac datâ operâ propugnant, quæcumque objici ſolent reſolventes, ac ſolidè refutantes, præ ceteris Emin. de Biſſy, & Illuſtr. de Saleon in Docum. laudatis. Quare igitur curioſus & importunus tandem quæritas, quare protulit S. Doctor finitam nondum fuiſſe Cypriani ætate eam de Baptiſmo controverſiam ? *Ideo protulit*, reſpondet Emin. de Biſſy, *quia ſciebat ac cenſebat nullam Cypriani ætate prolatam fuiſſe* neque à R. Pontifice neque ab Eccleſiâ *dogmaticam in eâ re definitionem* (6).

(4) *In Docum. ſæpè citato.* pag. 239.

III°. Proſequuntur adverſarii S. Auguſtinus Cyprianum nullate-

(1) S. Auguſtin a penſé que du temps de S. Cyprien le Pape ni l'Egliſe n'avoient faite aucune déciſion dogmatique ſur la validité du Batême des Hérétiques.

(2) *In Docum. Paſtor. ſæpius laud.* pag. 240. S. Auguſtin n'a pas crû que S. Etienne ait fait dans cette occaſion une déciſion dogmatique.

(3) *Docum. Paſtor. an.* 1725. pag. 51. Quoi donc ! tout précepte d'un Pape eſt-il dès-lors déciſion ? Selon le S. Docteur même on s'apperçoit que ce commandement ne fut qu'une ordonnance de pratique. Soûtenir que par le terme *præcepiſſe* ; S. Auguſtin entend une déciſion dogmatique, ce ſeroit le faire tomber en contradiction avec lui-même.

(5) *Ibid.* pag. 240. S. Auguſtin a prétendu qu'il s'agiſſoit uniquement alors d'un point de diſcipline à décider.

(6) *Docum. Paſtor. an.* 1728. pag. 65. S. Auguſtin a penſé que du temps de S. Cyprien le Pape ni l'Egliſe n'avoient faite aucune déciſion dogmatique ſur la validité du Batême des Hérétiques. Si donc S. Auguſtin repéte ſans ceſſe que S. Cyprien auroit cedé à l'autorité d'un Concile plenier, mais que de ſon tems la diſpute n'étoit pas décidée, ce n'eſt pas qu'il ait crû qu'elle ne peut être décidée que par un Concile plenier, car il ne le dit nulle part, mais c'eſt qu'il a penſé qu'il n'y avoit jamais eu aucune déciſion dogmatique du temps de S. Cyprien, ni même avant le Concile plenier.

Digitized by Google

nus reprehendit, quòd Stephano reſtiterit; Gallicani ex adverſo Epiſcopi tradunt Cyprianum, judice Auguſtino, in eo peccaſſe, quòd Stephano reſtiterit. Ruthenenſis Epiſcopus, ut probet *Cypriani reſiſtentiam culpâ non vacaſſe*, hæc citat, ſuaque facit Thomaſſini verba: *ex eodem Auguſtino etiam antè Concilium & Summa fuit Stephani poteſtas, & Cypriani error, expiandus, non excuſandus* (1) & paulò poſt cum eodem Thomaſſino, *S. Auguſtinus*, inquit, *peccaſſe Cyprianum, non diſſimulat, culpa autem Cypriani* pergit Ruthenenſis, *eò minùs excuſanda erat quòd non ſolùm Stephani decreto, ſed etiam univerſalis Eccleſiæ conſuetudini renitebatur* (2) & tandem p. 241. *ex Patre Thomaſſino percipimus Cypriani reſiſtentiam juxta Auguſtini ſententiam culpâ non vacaſſe* (3) Archiepiſ. Senonenſis ut ſuprà vidimus, docet: *Cyprianum R. Pontifici immeritò reſtitiſſe, ac S. Auguſtinum culpam in Cypriani factione expreſsè agnoviſſe.* Emin. pariter de Biſſy ex ipſo probat Auguſtino Cyprianum Stephano reſiſtentem excuſandum omninò non eſſe (4). Adverte hîc, quiſquis es æquus rerum ponderator ſingulare Gallorum Antiſtitum in tuendâ R. Pontificis autoritate ſtudium. Propugnant ipſi reſponſum Stephani dogmaticum non fuiſſe judicium, ſed merum de aliquâ praxi ſervandâ præceptum; nihilominùs tanti faciunt vel ſimplex R. Pontificis circa rem diſciplinæ præceptum, ut credant ac declarent iſtiuſmodi Stephani præcepto Cyprianum tam magnum Antiſtitem Africæ totius primatem tot Africanis & Orientalibus ſtipatum Epiſcopis cedere debuiſſe, atque illi reſiſtendo peccaſſe; id, inquam, non ex ſuâ tantùm, ſed ex Auguſtini ſententiâ de Cypriano prædicant ac tanquam certiſſimum propugnant obſequentiſſimi Sedis Apoſtolicæ cultores Francorum Antiſtites. En quò totum abit Achilleum iſtud argumentum, quod ex adverſariorum ſententiâ, evertendæ RR. PP. inerrantiæ unum abundè ſufficeret. Invictum eſt equidem & decretorium, ſed malæ Fidei, ſed noxiæ fraudis, aut turpis ignorantiæ juxta Gallicanos Præſules argumentum; cuï, ſi impactas in S. Auguſtinum calumnias, ſi contexta contrà veritatem hiſtoriæ mendacia, ſi vanos clamores, ſi inania tripudia detrahas, quid Gallorum Epiſcoporum judicio tantæ deductioni ſuperſtes remanet? Vacuum ingens, grande nihil, quid probabit? Deploratiſſimam eſſe cauſam illam, cuï talibus ruinis inniti neceſſum eſt.

(1) *In Docum. citato pag.* 235.

(4) *Doc. Paſtor. an.* 1728. *pag.* 63.

(2) *Ibid.* La faute de S. Cyprien étoit d'autant moins excuſable qu'il agiſſoit non-ſeulement contre le décret du Pape S. Etienne, mais encore contre la pratique de l'Egliſe univerſelle.

(3) Nous avons vû que ſelon le P. Thomaſſin, S. Auguſtin n'a pas crû que la réſiſtance de S. Cyprien fut exempte de faute.

CAPUT V.

Quæ ex S. Auguſtino, ex Patribus Concilii Toletani decimi quinti, atque ex Concilio Franco fordienſi urgeri ſolent adversùs Pontificiam infallibilitatem reſolvuntur ab Epiſcopis Gallicanis.

VANA adeò & futilia ſunt quæ hîc expendimus àdverſariorum noſtrorum argumenta, ut nimiùm eſſe putemus vel ea compendioſè tractare. Ad elevandam itaque ſupremam, nullique ſubditam Concilio R. Pontificis in dirimendis Fidei controverſiis autoritatem objiciunt S. Auguſtinum, qui poſt prolatum in cauſâ Cæciliani Cartaginenſis Epiſcopi Synodicum Papæ Melchiadis judicium, *reſtare adhuc* tradit *plenarium Eccleſiæ univerſæ Concilium*, cujus ſententiâ R. Pontificis judicium ſolveretur. Miſero huic argumento prolixiùs vacant Maimburgus (1) qui & illud *invictum ac decretorium* (2) jactare de more non omiſit; Natalis Alexander diſſert. 4. in hiſtoriâ Eccleſiæ ſæculi XV. & XVI. Num. XVII. defenſor. declar. Cl. Gallic. an. 1682. Lib. XX. Cap. X. quibus præluſerat dignus Coryphæus Launoius Epiſtolâ 1. ad Carolum Magiſtrum.

(1) *In tractat. Hiſtor. Eccl. Rom. cap. 18. pag. 185. & ſeqq.*

Verùm apud Gallicanos Antiſtites ſicut apud cetèros Pontificiæ inerrantiæ cultores non alium quàm frivolæ objectionis locum tenet, quod apud adverſarios noſtros decretorium pro ſuâ re habetur argumentum; hoc enim ipſiſſimum ex Auguſtino depromptum ſibi objicit præ aliis Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. an 1728. atque reſpondet in eo Melchiadis judicio: *de ſolâ actum fuiſſe Ceciliani ordinatione à Schiſmaticis Epiſcopis in dubium revocatâ*, proindèque cum hæc ſit facti, non dogmatis quæſtio, *fruſtrà ea S. Auguſtini verba contra dogmatica R. Pontificum judicia intorqueri*; verùm ſubjungit eruditus Cardinalis: *cenſebatne S. Doctor illud plenarium Concilium adhuc fuiſſe neceſſarium? Imò contrarium expreſſè tradit, ac declarat illud non niſi ad cohibendam penitùs Donatiſtarum impudentiam fuiſſe conceſſum* (3). Quod

(2) Rien de plus fort & de plus déciſif.

(3) *Pag. 66.* Dans le jugement de Melchiade il s'agiſſoit uniquement de l'ordination de Cecilien conteſtée par les Evêques Schiſmatiques... Quel rapport peut avoir le jugement rendu par Melchiade, ſur l'innocence de Cecilien, & ſur la regularité de ſon ordination, avec une déciſion dogmatique du Souverain Pontiſe. Mais S. Au-

guſtin

Digitized by Google

Quod ſpectat Patres Concilii Toletani XV. Benedictus II; inquiunt adverſarii noſtri (1) dogmaticum S. Juliani Toletani Epiſcopi ſcriptum reprobravit; at neque S. Julianus, neque Patres Concilii Toletani Benedicti judicio acquiêvere; imò ipſe Benedictus poſtea probat, quod in Fide antea reprobaverat; ergo neque Benedictus, neque Toletani Patres pro R. Pontificis inerrantiâ militabant. Quid ad hæc Galliarum Epiſcopi? Emin. de Biſſy in Docum. laud. reſpondet 1°. Fictitiam eſſe ac toti ignotam antiquitati prætenſam ſcripti S. Juliani damnationem; *Benedictus enim*, inquit, *ſcriptum S. Juliani nullatenùs proſcripſit* quod deindè ſolidè probat (2). 2°. Pergit, *nedum reſtiterint Benedicto Hiſpani Epiſcopi, executioni demandarûnt quidquid ab ipſis Benedictus ad eliquandam veritatem deſideraverat* (3). Ita planè *Toletani Patres*, proſequitur Meldenſis, *Benedicti mandata ſtatim ac diligenter executi ſunt* (4) eadem eſt Epiſcopi Andegavenſis reſponſio in ſuis: *Avis Inſtructifs, &c.* pag. XXIII. *Nullum*, inquit, *à Benedicto II. prolatum fuit judicium, nulla fuit prætenſo huic judicio Epiſcoporum Hiſpanorum interceſſio, profectò exemplis deſtitutos ſe eſſe ſatis oſtendunt qui ad hæc confugiunt.* (5)

(1) *Launoius Epiſ. ad Chriſtophorum Faunetum 7. & alii.*

Exſufflandum reſtat alterum infelix, quod ex Concilio Franco-Fordienſi deſumunt adverſarii noſtri argumentum. Patres Concilii Francofordienſis, ſcribit defenſor declar. Cler. Gallicani an. 1682. Lib. XII. Cap. XXXI. Nicænam ſecundam Synodum reſpuebant; conſtabat interim Romanos Pontifices, in eandem cum Nicænâ ſecundâ Synodo iviſſe ſententiam, atque ab. Adriano editam eâ de re ac miſſam ad Synodum Epiſtolam decretalem, cuï Synodus conſenſiſſet; neque eo ſeciùs noſtri Galli cum Carolo magno in ſententiâ perſtitêre, adeò quæ ad Fidem ſpectare viderentur, non in unius R. Pontificis autoritate, ſed in Eccleſiæ univerſæ conſenſione poſita eſſe conſtabat. Verùm quanta ſit hâc in re inconſulti ſcriptoris hallucinatio pluribus oſtendit Epiſcopus Ruthenenſis in Docum. Paſtor. ſæpiùs laudato. 1°. Enim etiamſi reverà Concilium Franco-Fordienſe Nicenæ Synodo reſtitiſſet, nil inde contra R. Pontificis autoritatem Colligi poſ-

guſtin croyoit-il que ce Concile fut néceſſaire? Ce Père décide poſitivement le contraire, & déclare qu'il ne fut accordé que pour reprimer ſans retour l'impudence des Donatiſtes.

(2) *Pag.* 99. Dans quel Hiſtorien a-t'on trouvé la condamnation de l'écrit de S. Julien..... Bénoît II. ne condamna point l'écrit de S. Julien. .... Ce Pape n'avoit rien décidé, rien écrit ſur les propoſitions de ſaint Julien.

(3) Les Evêques d'Eſpagne, bien loin de reſiſter au Pape [*Bénoît II.*] firent tout ce qu'il ſouhaita d'eux pour éclaircir la vérité.

(4) *Pag.* 100. Les Evêques d'Eſpagne, dans le XV. Concile de Tolede exécuterent les ordres de Benoît II. ſur le champ & avec exactitude.

(5) Point de jugement porté par Benoît II, point de refus d'acquieſcement de la part des Evêques d'Eſpagne à ce prétendu jugement; c'eſt ſe déclarer bien dépourvû d'exemple que d'avoir recours à de pareilles comparaiſons.

ſet, ſed *id unum*, inquit oculatus Antiſtes, *ſequeretur illud nimirùm nationale Concilium à ſanctâ Sede nunquam approbatum deceptum fuiſſe* (1). 2°. Certum eſſe declarat Ruthenenſis ac fuſiùs, demonſtrat *Concilium Francofordienſe Nicenæ Synodi definitionem circà imaginum cultùm nullatenùs reprobaſſe atque unam eandemque eſſe duorum horum Conciliorum Doctrinam* (2). Si igitur Synodus Franco-Fordienſis in his quæ dogma ſpectabant Nicenæ Synodo minimè reſtiterit, ſed in aliis tantùm quæ circà Doctrinam non verſabantur, quorsùm hæc improvidè refricatur interceſſio ad elevandam Summam in rebus Fidei, de quâ unicè diſputamus R. Pontificis autoritatem ? 3°. Tandem Patres Concilii Franco-Fordienſis Synodo Nicenæ ſecundæ à R. Pontifice confirmatæ ideóne reſtitêre, quia Summam non autumabant R. Pontificis in rebus Eccleſiaſticis autoritatem ? Imò reſpondet Ruthenenſis, *Nicænam Synodum ideò reſpuebant ; quia eam R. Pontificis autoritate firmatam nondum credebant. Galli enim parati erant, ut ipytestantur ſubſcribere S. Sedis definitioni, quâ confirmatam Nicænam Sſinodum nondum fuiſſe arbitrabantur* (3). Si quid igitur ex Concilio Franco-Fordienſi ſit obſervandum, illud cum Gallicanis Epiſcopis obſervetur ; Patres illius Concilii potiorem cenſuiſſe R. Pontificis, quàm Nicænæ Synodi ſecundæ autoritatem, qui enim Synodum Nicænam reſpuebant, R. Pontificis judicio obtemperare paratiſſimos ſe declarabant ; ſic vides in Pontificiæ autoritatis favorem à Gallicanis Epiſcopis converti illa ipſa exempla, quæ ad illam peſſumdandam tàm ineptè proferuntur ac refricantur.

(1) *Pag.* 298. Quand même nous ſuppoſerions que le Concile de Francfort a rejetté la définition du ſecond Concile de Nicée ſur le culte des Images. Le Concile de Francfort n'étoit dans le fond qu'un Concile National, un Concile, qui de l'aveu même des Centuriateurs de Magdebourg, n'a jamais eu en ce point la confirmation du S. Siége. Ainſi la ſeule conſéquence que nous pourrions tirer de ſon oppoſition, & de la réſiſtence à la déciſion du ſecond Concile de Nicée, ſeroit que celui de Francfort s'eſt trompé.

(2) *Pag.* 299. Il eſt certain que le Concile de Francfort n'a point rejetté la déciſion du Concile de Nicée ſur le culte des Images.... La doctrine de ces deux Conciles eſt donc la même. Le Concile de Francfort ne rejette donc en aucune ſorte la déciſion du ſecond Concile de Nicée.

(3) *Pag.* 302. Mais pourquoi dira-t'on, le Concile de Francfort a-t'il pris le parti de rejetter abſolument le ſecond Concile de Nicée ? On peut en donner pluſieurs raiſons *(parmi ces raiſons on lit celle-ci)* les Evêques du Concile de Francfort croyoient que le Pape ne l'avoit point autoriſé..... Les François étoient diſpoſés à ſe ſoumettre, comme ils témoignent eux-mêmes, à la déciſion du ſaint Siége, qu'il croyoient n'avoir pas encore confirmé le Concile (*de Nicée*).

Digitized by Google

CAPUT VI.

Vacuum & inane conficitur à Gallicanis Epiſcopis, quòd ex interpoſitis à Romano Pontifice ad futurum generale Concilium appellationibus ad inficiandam Romani Pontificis infallibilitatem di ſumitur argumentum.

NEQUAQUAM hìc prætermittendum eſt ventilatum iſtud argumentum, quo adverſarii noſtri ceu potentiſſimâ machinâ in ſupremam ac erroris neſciam R. Pontificis autoritatem arietant; enimverò non majoris etiamnum ponderis, quàm antiquitùs, eſſe dogmaticas SS. PP. conſtitutiones decernunt illi Theologi, noſque ultrò conſentimus; atqui tota retrò Catholicorum antiquitas ſolemnia id genus R. Pontificis decreta errori omninò obnoxia eſſe, & idcircò Synodicæ emendationi, & ut aiunt, *reformationi* ſubjecta patere univerſìm exiſtimavit. Hinc pervetuſta illa à RR. PP. ſanctionibus ad generalium Conciliorum tribunal provocandi conſuetudo; *ſtultum enim eſſet*, inquit Launoius in Epiſtolâ ad Nicolaum Parvi-pedium parte 2ª. *provocare ab eo qui judicando errare non poſſet*; unde quamplures oſtentare ſæpè, ſæpiuſque exagerare conſpiciuntur iſtas à Papa ad Concilium generale interpoſitas appellationes; in his tamen recenſendis ac deſcribendis non unus eſt apud ipſos ſcriptores calculus, non una computatio, plures alii, pauciores alteri dinumerant; ne verò quempiam offenderet harum novitas appellationum, proindeque parum apud antiquitatis amatores proficeret erutum iſtud argumentum, *à priſcâ omninò traditione eas manaſſe* tradit defenſor declar. Cl. Gâllic. an. 1682.(1) atque à tempore Siricii R. Pontificis provocatum à Papâ ad Concilium generale fuiſſe nobis ſuadere conatur Launoius in loco citato; imò ſi anonimo Lovanienſi Doctori credendum ſit, à ſecundo jam Eccleſiæ ſæculo uſus invaluerat apellandi à R. Pontifice ad Concilium (2) Conſultiores Natalis Alexander (3) ac Turnelius (4) hujuſcemodi appellationum exempla altiùs quam à ſæculo XIII. non repetunt.

Verùm quæ hìc nobis objectantur non modo contemnunt ac refellunt Antiſtites Gallicani, ſed & abhorrent maximè ac deteſtantur, ſeveràque animadverſione perſtringunt; perdiſcamus igitur à viris gra-

(1) *Parte 2. lib.* XV. *cap.* XXV.

(2) *De loc Theol. Tom.* 3. *diſſ.* V. *quæſt.* 2. pag 460.

(3) *Diſſert.* 4. *in hiſt. Eccl. ſæculi* XV. & XVI. *Art.* 3. *Num.* XVI.

(4) *De Eccleſ. Tom.* 2. pag. 181.

Digitized by Google

viſſimis, quid nos, quid Galli, quid Catholici omnes de iſtis in Pontificiam autoritatem intortis appellationibus ſentire debeamus. *Docet Hiſtoria*, inquit Emin. de Biſſy *Eccleſiam omnes contra dogmatica R. Pontificum decreta appellationes reprobaſſe, atque eos veluti Hæreticos ac Schiſmaticos habuiſſe qui eas interpoſuerunt. Id generis appellationum non niſi tria reperiuntur exempla. Primum eſt Pelagianorum contra Innocentii I. & Zozimi decreta appellatio. Secundum Michaëlis Ceſenatis appellatio contra Bullam Joannis XXII. Tertium Lutheri contra Leonis X. Bullam appellatio* (1) & in Epiſtolâ ad Epiſcopum Ebroicenſem: *nullus ad nos uſque præter Hæreticos à Bullis Pontificis ad futurum Concilium provocavit* (2). Auſcultemus Archiepiſcopum Cameracenſem D. de S. Albin, *præter Hæreticorum*, inquit, *tùm veterum tùm recentiorum nullam in antiquitate totâ exemplum reperitur interpoſitæ appellationis ab aliquâ dogmaticâ ſanctæ Sedis Conſtitutione ad futurum Concilium generale* (3). Audiamus Senonenſem Archiepiſcopum hæc Bononienſi ſignificantem in primâ ad ipſum Epiſtolâ. *Julianus Ecclanenſis, Joannes Hus, Michael Ceſennas, atque Lutherus, Soli ſunt in Eccleſiâ Dei, qui ſolemnia R. Pontificum decreta erroris accuſantes, hoc motivo ad Concilium generale provocaverint* (4) hæc porrò, inquit eruditus Antiſtes *funeſta Hæreticorum exempla nedum appellationes excuſare poſſint, eas imò Eccleſiæ Catholicæ magis odioſas reddunt* (5) præter Hæreticos neminem à dogmaticis R. Pontificum judiciis ad Concilium generale provocaſſe pariter oſtendit Emin. de Mailly Remenſis Archi-Præſul in Docum. Paſtor. edito *au ſujet de la Conſtitution Unigenitus*, an. 1718. pag. 8. atque hæc ſubjungit: *pudeat viros qui Catholici haberi volunt tam tetra exempla ſectari, ſuâque pro defenſione ea adhibere ſubterfugia quibus uſi ſunt obſtinatiores Hæretici* (6) tandem ut quam plurimos alios eadem ſcribentes prætercam, *appellatio ad futurum Concilium*, inquit

(1) *Docum. Paſtor. an.* 1718. *pag.* 59. L'hiſtoire de l'Egliſe nous apprend qu'elle a rejetté tous les appels faits contre les Bulles dogmatiques, & qu'elle a regardé comme hérétiques & Schiſmatiques eeux qui les ont formés. On n'en trouve que trois de cet eſpéce. Le premier eſt l'appel des Pélagiens contre le décret d'Innocent I. & de Zozime. Le ſecond de Michel de Ceſena Général des Cordeliers & de quelques Religieux de ſon Ordre, contre la Bulle de Jean XXII; & le troiſiéme eſt l'appel que Luther a interjetté contre la Bulle de Leon X.

(2) Il n'y a eu juſqu'à préſent que des Hérétiques qui aient appellé des Bulles au futur Coneile.

(3) *Docum. Paſt. adverſus conſultat. Advocat. &c.* pag. 9. Dans toute l'antiquité on ne trouve aucun exemple d'un appel d'une Bulle dogmatique émanée du ſaint Siége au futur Concil général, que celui des Hérétiques anciens & modernes.

(4) *Pag.* 26. Julien d'Eclane, Jean Hus, Michel de Ceſena, Luther, ſont les ſeuls dans l'Egliſe de Dieu, qui avant vous & comme vous accuſant les Papes d'être tombés dans l'erreur par des décrets ſolemnels, ayent ſur ce motif appellé au futur Concile.

(5) *Pag.* 33. S'il y a des exemples de votre appel dans Luther, dans Jean Hus, dans Michel de Ceſene, ou dans Julien d'Eclane, ce ſont des exemples funeſtes, qui, bien loin de l'excuſer, le rendent encore plus odieux à l'Egliſe Catholique.

(6) Quelle honte pour des perſonnes qui ſont profeſſion d'être Catholiques, de ſe régler ſur

Digitized by Google

Illuſtr. de Poncet, Epiſcop. Andegavenſis (1) *eſt via quam Soli patefecerunt Hæretici, ab Eccleſiâ ſemper deteſtationi habita, vel contemta atque ab omnibus Catholicis pietate & intelligentiâ præditis ſemper reprobanda.*

At inquies : numquid Hæretici tot Galliarum Principes, tot Galliarum Epiſcopi, tot Galliarum Doctores, tot regii in Senatu Pariſienſi Advocati, qui præteritis temporibus non ſemel à Papâ ad Concilium generale appellarunt ? Quis ergò ferat Gallicanos Antiſtites tam confidenter pronuntiare neminem præter Hæreticos à dogmaticis R. Pontificum decretis ad Concilium generale provocaſſe ? Verum iſta non niſi per craſſiſſimam ignorantiam aut peſſimam Fidem Gallicanis Epiſcopis opponuntur ; quorsùm enim, reſpondent candidi & eruditi Præſules, illæ poſterioris ævi appellationes hìc refricantur ac urgentur, quæ rem noſtram nullatenùs attingunt ? Quis hiſtoriæ limina vix ingreſſus neſciat, aut dubitet haud de dogmate haud de Fidei Doctrinâ, ſed de unâ Eccleſiæ diſciplinâ, vel quibuſdam Eccleſiæ nationalis aut regni juribus ac privilegiis actum eſſe in objectatis illis omnibus appellationibus ? Quis neſciat nec unam ex illis appellationibus produci poſſe, quæ ab aliquo dogmatico R. Pontificis decreto interpoſita fuerit ? Ita planè, quæ à ſæculo XIII, quo primæ viſæ ſunt teſte Illuſtr. de Marca Archiep. Toloſano (2), interpoſitæ fuere à Catholicis appellationes, circa ea tantummodo verſantur decreta, quæ Fidem nullatenùs reſpiciunt, *de hoc*, inquit Emin. de Biſſy (3) *omnes conveniunt juris canonici peritiores. Certum eſt apud omnes*, inquit Senonenſis Archi-Præſul, *ac indubitatum à Papâ ad Concilium nunquam* (à Catholicis nimirùm) *provocatum fuiſſe in materiâ Fidei & dogmatis* (4).

(2) *De concordia Sacerd. & Imp. lib. IV. cap. 17. num. 1. & 5.*

Stat igitur immotum neminem hactenùs, ſi paucos & quidem pervicaciores Hæreticos excipias, in cauſis Fidei, neminem à dogmaticis R. Pontificum judiciis ad futurum generale Concilium provocaſſe, ſic Queſnelianis præfatas appellationes ubique oſtentantibus, ac animo perverſo refricantibus paſſim reſpondent Antiſtites Galliarum,

de ſi affreux modéles, & d'employer pour leur défenſe, les ſubterfuges dont les Hérétiques les plus opiniâtres ſe ſont ſervi ?

(1) *In approbatione 2. Epiſtolæ D. Vincentii Tuillier Monachi Benedict. quæ refertur in ſecundâ editione hujus Epiſtolæ.* L'appel au futur Concile eſt une route que les ſeuls Hérétiques ont tracés, que l'Egliſe a regardés dans tous les tems avec indignation, ou avec mépris, & que tout Catholique éclairé ou réellement pieux, reprouvera toujours.

(3) *Docum. Paſtor. an.* 1728. *pag.* 61. Les plus ſçavans Canoniſtes conviennent tous, que les appels ont commencé à être mis en uſage, mais par rapport ſeulement aux Bulles qui ne regardoient point le dogme.

(4) 1. *Epiſt. ad Epiſc. Bononienſ.* pag. 34. Il n'eſt jamais arrivé dans l'Egliſe qu'on ait appellé du Pape au futur Concile ſur la foi, & ſur le dogme : ce fait étoit regardé comme notoire & comme inconteſtable, il n'y a encore que 20. ans.

Digitized by Google

inter quos eminet Card. de Biſſy, qui in Docum. Paſtor. an. 1728. à pag. 105. uſque ad finem totus incumbit, ut oſtendat jactatas eas appellationes, quas omnes improbo labore colligit ac refert, vel veras non fuiſſe appellationes, vel manifeſtè nullas & futiles, vel ſi quæ pro legitimis haberi debent, eas non à decretis dogmaticis, ſed ab aliquibus manifeſtis molitionibus materias purè temporales, aut diſciplinam concernentibus fuiſſe interjectas.

Quibus igitur una eſſe cura videtur ineptiſſima quæque ad peſſumdandam ſupremam & irreformabilem in dirimendis Fidei cauſis R. P. autoritatem conglomerare, jactitent illi Patres noſtros ſæpiùs à dogmaticis PP. RR. judiciis ad Concilium generale provocaſſe. Gallicani ex adverſo Epiſcopi ubique nobis teſtantur Catholicorum neminem tot retrò ſæculis ullam ab illis Pontificiis judiciis appellationem interpoſuiſſe, conſtanter affirmant ſolis Hæreticis & quidem paucis, & obſtinatioribus fuiſſe proprium illis uti appellationibus, proindèque Gallicanis Epiſcopis totidem videntur calumniæ Catholicæ antiquitati ac Patribus noſtris impactæ, quot his prætenſæ affinguntur appellationes. Rectas ac legitimas velint atque propugnent Pontificiæ inerrantiæ oſores quas veterum nobis appellationes obtrudunt. Ex oppoſito Gallicani Epiſcopi palàm oſtendunt eos omnes tanquam Hæreticos & Schiſmaticos ab Eccleſiâ fuiſſe habitos, qui ad tetrum illud appellationis ſubterfugium confugêre, tradunt eas omnes appellationes ab Eccleſiâ reprobatas ſemper, & uſque damnatas, adduntque eas à doctis & piis Catholicis ſemper eſſe reprobandas. Hìc perpendant adverſarii noſtri quo jure, quâ fronte fictitias & iniquas, quas verſamur appellationes, urgere poſſint ad impugnandam Pontificiam inerrantiam. Germanam ſi attenderent, ac ſequi vellent Gallorum Antiſtitum circa appellationes Doctrinam, eas Pontificiæ opponere autoritati profectò non cogitarent; imò planè intelligerent quàm firma & immota Catholicis hactenùs viſa fuerint dogmatica R. Pontificum decreta, cum ab iis nec unus tot retrò ſæculis provocare auſus fuerit, qui non Hæreticus aut Schiſmaticus palàm haberetur; cum apud Eccleſiam perindè fuerit ab illis provocare ac Hæreſis ac Schiſmatis notam incurrere; cum tandem iſtiuſmodi objectatas appellationes nunquam non contemnere, nunquam non reprobare debeat Catholicus pietate ac eruditione pollens. Hæc prædicant, hæc prodocent, hæc ubique profitentur Antiſtites Gallicani, hæc quia vera, quia recta, quia antiqua, noſtrorum animis, utinam & adverſariorum, indivulsò, nunquam non adhærebunt.

LIBER TERTIUS.

In quo oſtenditur Gallorum Antiſtitum in recipiendis ac executioni mandandis Apoſtolicis Conſtitutionibus praxim & agendi rationem Pontificiæ infallibilitati planè ſuffragari.

MIRUM cuipiam fortaſsè videbitur quòd indè nos ad confirmandam Gallorum Antiſtitum de Pontificiâ inerrantiâ ſententiam argumenta depromamus, unde majorem ſcriptores noviſſimi nobis adverſantes anſam arripiunt Gallicanos Epiſcopos veluti inerrantiæ Pontificiæ contemptores inſimulandi. Quotidiè nobis obtruditur Romanas conſtitutiones non niſi novo interpoſito judicio, non niſi poſt accuratum examen ac ſedulam, quâ illarum æquitas comprobetur diſcuſſionem à Gallicanis Epiſcopis acceptari, quâ ſanè agendi ratione palàm & apertiſſimè oſtendunt Illuſtriſſimi Præſules quantum recedant, quàm procul abſint ab eorum ſententiâ, qui ſupremam & irreformabilem in Romanis Conſtitutionibus autoritatem agnoſcunt. Cum igitur huic Gallorum Antiſtitum examini, atque judicio potiſſimùm inſiſtant hodierni illorum Doctrinæ corruptores, de illis ſingilatim ac uberrimè diſſeremus in libro ſequenti, ubi de his agemus, quæ Germanæ Gallorum Epiſcoporum de inerrantiâ Pontificiâ ſententiæ objectari poſſunt, ibique manifeſtum omnibus fiet quàm inſcata protiliter iſta urgeantur, quæ propiùs inſpecta ac [illegible]

Digitized by Google

pugnatam à nobis Galliæ Præſulum opinionem illuſtrent magìs, magìſque confirment. Interim nos alia quæ Gallorum Epiſcoporum praxis agendíque ratio nobis argumenta ſuppeditat hîc proſequemur; atque demonſtrabimus illum eſſe Franciæ Præſulum in recipiendis ac executioni demandandis Pontificiis de Fide decretis agendi modum, qui teſtatiſſimæ illorum de Pontificiâ inerrantiâ ſententiæ planè conformis ſit ac conſentaneus.

Ad hanc autem operis noſtri partem adimplendam eò alacriores accedimus, quòd indè certior non modò evadet ac exploratior aſſerta Gallorum Antiſtitum ſententia, ſed etiam procul amandabitur ac penitùs amovebitur ſiniſtra nonnullorum opinio, qui malè putant Gallicanos Epiſcopos unâ manu deſtruere quod alterâ ædificant, alioſque factis, alioſque verbis ſe præbere, támque verborum feraces ac prodigos erga Sedem Apoſtolicam eſſe, quàm factorum avaros ac inopes. Calumniam illam, quam nonnulli identidem recuderunt, haud difficulter propulſabimus.

Enim verò Illuſtriſſimi Galliarum Epiſcopi 1°. Dogmatica RR. Pontificum decreta ſine cunctatione ſuſcipiunt tantâque diligentiâ ac celeritate illis reverenti, obedientique animo ſubſcribunt, ut ceterarum nationum Epiſcopos in teſtificandâ Pontificiis decretis obedientiâ ferè ſemper antecedant.

2°. Pontificias de Fide ſanctiones executioni mandant priùs ac tanquam certiſſimas Fidei regulas Fidelibus proponunt, quàm noverint, vel noſſe etiam potuerint illa fuiſſe ab Eccleſiâ, à majori Epiſcoporum numero, quomodolibet acceptata.

3°. Volunt & quo poſſunt ſtudio curant, ut Dogmatica R. Pontificum judicia vim legis in toto Galliæ Regno obtineant, non ſolum antequam ſciant à majori Epiſcoporum numero ea fuiſſe acceptata, ſed etiam quando norunt nondum à majori Gallicanorum Antiſtitum parte fuiſſe recepta.

4°. Poſt ſolemne Sedis Apoſtolicæ decretum cauſam finitam eſſe pronuntiant, quamvis adhuc ignorent Eccleſiæ univerſalîs, ſeu majoris Epiſcoporum partis conſenſum illi acceſſiſſe.

5°. Tandem illud, quo ad tam promptam Romanis conſtitutionibus obedientiam præſtandam, ac ab aliis exigendam permoventur, motivum afferunt, quod planè demonſtrat eas Summâ, divinâ, & ineluctabili pollere autoritate independenter ab Eccleſiæ univerſalîs, ipſi[illegible] Epiſcoporum adhæſione & conſenſu.

Quæ porro [illegible] nedum certiſſimæ Gallorum Antiſtitum de Sedis

Sedis Apoſtolicæ, ſeu Romani Pontificis in Fidei judiciis inerrantiâ ſententiæ officere, luculentiùs illam oſtendere ſicuti nemo non intelligit, itâ paſſim evincemus. Procul igitur qui Gallorum Epiſcoporum facta verbis hoc in negotio minimè reſpondere, effutire non erubeſcunt. Pudeat tanti criminis reos illos vèl ſuſpicari, quorum & animi candor ubique vigeat, & juge in colendâ Sede Apoſtolicâ ſtudium in omnibus eluceſcat.

Hæc autem quæ de Illuſtriſſimis Galliæ Epiſcopis recitamus, nè quis aſſentationi potiùs quàm veritati data ſubodoretur, ſingula brevi ſimpliciqueque rerum expoſitione confirmare lubet.

CAPUT I.

Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites dogmatica Romanorum Pontificum decreta ſinè cunctatione recipiunt, illiſque ſinè morâ reverenti ac obedienti animo ſubſcribunt.

VIX Româ Gallias penetrant Pontificia circa Fidem aut mores decreta, cùm ſuum obſequium, ſuam obedientiam teſtificari properant Antiſtites Illuſtriſſimi.

I°· Librum cuï gallicè titulus: ***Explication des maximes des Saints, &c.*** conſcripſerat ac publici juris fecerat Illuſtriſſimus de Fenelon Archiep. Cameracenſis. Fœtus ille quàm parenti pretioſus, chariſſimuſque extiterit, quanto animi ardore illius Doctrina ab autore fuerit propugnata ac tanquam vera & Catholica à Fenelonio conſtanter aſſerta vidimus in tomo præcedenti. Verùm ubi accipit ſuum illud opus ab Innocentio XII. Pontifice maximo fuiſſe damnatum, ac tres ſupra viginti in eo contentas propoſitiones Apoſtolici cenſurâ judicii fuiſſe confictas, tenaciſſimum hactenus mutat propoſitum, non hærer, non dubitat, non conſulit, nil cunctatur, ſuum-met opus ac in eo contentas propoſitiones à Romano Pontifice damnatas ſine morâ rejicit & damnat, quodque ante Romani P. judicium verum ac ſanum conſtanter arbitratus fuerat, falſum illud poſt damnationem à Pontifice factam ac pernicioſum eſſe docet & credit, ſuæque intimæ ac ſinceræ Pontificio judicio ſubmiſſionis publica dare ſpecimina feſtinat; & eâ ſane diligentiâ quâ major deſiderari non poſſit. Decretum

enim Innoc. XII. Romæ publicatum fuit die 12. menſis Martii anni 1699. die verò 9. Aprilis proximè ſequentis Mandatum edit in lucem Cameracenſis Antiſtes, in quo manifeſtat ſe lato Romani Pontificis judicio *tam de libelli contextu quam de 23. propoſitionibus, ſimpliciter, abſolutè & abſque ullâ vèl reſtrictionis umbrâ adhærentem, libellum cum 23. propoſitionibus eâdem præcisè formâ, iiſdémque qualificationibus ſimpliciter, abſolutè & abſque ullâ reſtrictione damnare* (1). Porrò tam brevi dierum ſpatio dogmaticum Innocentii decretum ad manus Antiſtitis pervenire, ab ipſo legi, ac mandatum elucubrari vix potuiſſe nemo non percipit. En igitur Gallicanus Antiſtes quem Gallia tota ſplendidiſſima inter ſuæ Eccleſiæ ornamenta meritò recenſeat, en, inquam, tantus è Galliâ Archi-Præſul qui pro ſuâ erga Sedem Apoſtolicam proniſſimâ obedientiâ teſtificandâ fœtum non alienum, ſed proprium, ſed charum, ſed conſtanter vindicatum ſine ullâ cunctatione [*ſans balancer un inſtant* (2)] ſine ullâ tergiverſatione revocat & damnat. En Gallicanus Epiſcopus, qui in præſtandâ R. Pontificis judicio obedientiâ ſe infimâ gregis ove dociliorem præbendum eſſe duxit, qui nullum obedientiæ limitem poſuit: *abſit* inquit in Mandato ſupra laudato *ut unquam noſtri mentio fiat, niſi fortè ut meminerint Fideles Paſtorem infimâ gregis ove ſe dociliorem præbendum duxiſſe, nullumque obedientiæ limitem fuiſſe poſitum.* Eos igitur etiamnum habet Antiſtites Gallia, quibus dociliores nunquam voluerit nec velle Roma poſſit. Expendamus nunc quæ fuerit ceterorum Galliæ Antiſtitum in ſuâ Innocentii XII. decreto ſubmiſſione teſtificandâ ſollicitudo.

(1) Mémoir. du Clergé 1. Tom. 1. 413.

(2) Cœtus Vienenſis an. 1699. Mémoir. du Clergé 1. Tom. p. 417.

Innocentii decretum Romæ, ut jam diximus, die 13. Martii an. 1699. publicatum Rex Chriſtianiſſimus ab ordinario Romani Pontificis in Galliâ Nuncio ſub finem ejuſdem menſis aut initio menſis Aprilis ſequentis accepit. Religioſus autem Princeps pro ſuo conſueto, ac laudabili promptæ Conſtitutionum Apoſtolicarum executionis procurandæ ſtudio Encyclicam ad ſui Regni Metropolitanos Epiſtolam ſcribit die 22. Aprilis, in quâ ſingulis injungit omnes ſuæ Provinciæ Epiſcopos quàm primùm convocare, ut prædictam Conſtitutionem, cujus copiam ipſis mittebat, debito Romanis Pontificibus obſequio acceptare poſſint, necnon de mediis ad integram illius & uniformem executionem aptioribus inſimul convenire (3). Regiæ voluntati obtemperant Metropolitani, ſuos congregant Epiſcopos ſuffraganeos. Congregati Epiſcopi Innocentii XII. decreto reverenti & obedienti animo ſubſcribunt, eâ feſtinatione ac diligentiâ, ut vèl primâ Junii ſequentis die celebratos in omnibus ferè Galliæ Provin-

(3) Mémoir. du Clergé 1. Tom. p. 416.

Digitized by Google

ciis cætus, ac Pontificium decretum Summo cum obſequio acceptatum Gallia viderit, quod ipſi perhibent Gallicanæ Eccleſiæ faſti (1). Vèl unius menſis ſpatium ab acceptâ Conſtitutionis Pontificiæ copiâ Galliarum Epiſcopis ſatis fuit ad tot cætus celebrandos & ad publica erga Conſtitutionem Apoſtolicam obſequii teſtimonia præbenda. Num major pro ſolemni & publicâ decreti vèl in Concilio œcumenico conditi acceptatione diligentia adhiberi potuiſſet?

(1) *Ibid. à* pag. 420. *uſque ad* pag. 504.

Haud minus ſollicitum ſe præſetulit in ſuâ obedientiâ Clementinæ Conſtitutioni, quæ incipit ***vineam Domini*** teſtificandâ Clerus Gallicanus in generalibus an. 1705. comitiis Pariſiis congregatus, ſiquidem ſolemnem illam Clementis XI. Conſtitutionem Romæ publicatam die 16. Julii an.. 1705. ad Galliarum autem Epiſcopos Pariſiis congregatos à Rege die 3[a] Auguſti proximè ſequentis tranſmiſſam (2) cum obſequio ac integrâ ſubmiſſione & unanimitate ſuſcipit & acceptat Clerus Gallicanus die 22. ejuſdem menſis Auguſti (3).

(2) *Procès-Verbal de l'Aſſemblée générale du Clergé de France de l'an* 1705. pag. 159.

(3) *Ibid.* p. 216.

Alterum proniſſimæ Gallorum Antiſtitum in colendâ Rom. Pontificum autoritate voluntatis argumentum nobis ſuppeditat altera Clementis XI. Conſtitutio quâ ſolemniter Queſnelii errores proſcripſit. Enim verò Eminentiſſimus de Noailles præcipuus erat Queſneliani libri deffenſor ac Patronus, illum ſolemni Mandato Catalaunenſis adhuc Epiſcopus approbaverat, Pariſienſis Archiepiſcopus factus approbationem renovat (4). Quanta vero apud Emin. Antiſtitem fuerit illius libri exiſtimatio, luculenter oſtendit ſplendidiſſimum illud, quo illum cumulaverat elogium in ſuo Mandato dato die 23. Junii an. 1695. ***On trouve***, inquit, ***ramaſſé dans ce livre tout ce que les Saints Pères ont écrits de plus beaux & de plus touchant ſur le Nouveau Teſtament, & on en fait un extrait plein d'onction & de lumière. Les plus ſublimes vérités de la Réligion y ſont traitées avec cette force & cette douceur du Saint-Eſprit, qui les faits goûter aux cœurs les plus durs, vous y trouverez de quoi vous inſtruire & vous édifier; vous y apprendrez à enſeigner les Peuples que vous avez à conduire.... Ainſi ce livre vous tiendra lieu d'une Bibliothéque entiere.*** Verùm eo libro ad eaſdem tenebras, è quibus Summo cum Fidei periculo emerſerat iterum Apoſtolicâ ſanctione damnato, approbationem ſtatim recantare ac revocare maturavit Emin. Cardinalis. Etenim delatâ ad Ludovicum XIV. die 24. Septembris Clementinâ Conſtitutione, die ejuſdem menſis 28. Mandatum promulgat Pariſiorum Archi-Præſul, quo revocatâ uti diximus libri Queſneliani approbatione librum ipſum proſcribit ac legi à ſuis Diœceſanis aut retineri inſtantiſſimè vetat.

(4) *Hiſtoir. de la Conſtit.* Unigenitus, *par M. Laffiteau, Evéq. de Siſtron liv. premier* pag. 71.

Conſtantiſſimè antehac renuerat duodecim annorum ſpatio dictam approbationem infectam facere. Non monitis, non ſuaſionibus, non rationi ulli concedere voluerat. At ubi primùm latam à Summo Pontifice Conſtitutionem novit, haud morâ damnat quod approbaverat, retractat quod in Queſneliani libri gratiam fecerat; neſcit nemo quàm graves, quàm difficiles eſſe ſoleant hominibus præſertim in maximâ dignitate Conſtitutis hujuſmodi Palinodiæ, at quoſnam obices non ſuperaret intima illa, fortiſque Gallorum Antiſtitum propenſio debitam Eccleſiæ capiti præſtandi ac manifeſtandi obedientiam?

Audiamus Illuſtriſſimum Antiſtitem in ſuo Mandato *cum didicerimus* inquit *S. Pontificem dignam cenſurâ judicaſſe Gallicam novi Teſtamenti verſionem moralibus auctam reflexionibus, &c. ſinere deinceps non poſſumus ut noſtro calculo muniatur opus quod ſua ſanctitas confixit; proindè abjectâ omni cunctatione revocandam duximus approbationem quam illi libro dederamus aliâ in Diæceſi in quâ prædeceſſoris noſtri ſuffragio firmatum illum reperimus. Inſtat uſque adeò nobis liberanda Fides quâ promiſimus nos omnium primos hujus libri deffenſionem eſſe deſerturos ſtatim atque illum à Summo Pontifice damnatum reſciremus: inſtat pariter votum ſatisfaciendi officio quo omnimodò tenemur ad manifeſtandam noſtram erga viſibile Eccleſiæ caput obſervantiam ac obedientiam. Quapropter revocavimus & tenore præſentium revocamus approbationem quâ prædictum librum munivimus prædictum librum damnamus ac inhibemus illum à quoppiam è noſtris Diæceſanis legi & apud ſe retineri, &c.* (1).

Fatemur equidem Eminentiſſimum Cardinalem unum fuiſſe è novem Præſulibus, qui ceterorum adinſtar Pontificiæ Conſtitutioni ſubſcribere in comitiis recuſarunt. Verum quâ id ratione? Quo de Conſilio? An quod exiſtimaret vel deceptum fuiſſe vel decipi ſaltem potuiſſe S. Pontificem? Minimè gentium. Quâ igitur mente? Oſtendit ipſe in eâ, quam ſuo & aliorum octo Epiſcoporum nomine an. 1714. ad Clementem XI. ſcribi curavit Epiſtolâ;

(1) Ayant appris que N. S. Pere le Pape a jugé digne de cenſure le livre du Nouveau Teſtament en François, avec des réflexions morales, &c. Nous ne pouvons ſouffrir que notre nom paroiſſe davantage à la tête d'un ouvrage que Sa Sainteté condamne. Ainſi nous ne voulons pas perdre un moment pour revoquer l'approbation que nous lui avons donné dans un autre Diocéſe, où nous le trouvâmes autoriſé par notre Prédéceſſeur. Nous nous ſentons également preſſé d'acquitter la promeſſe que nous avons fait d'être les premiers à abandonner ce livre dès que le Pape le condamneroit, & de ſatisfaire à l'obligation où nous ſommes par toutes ſortes de raiſon, de témoigner notre reſpect & notre ſoumiſſion pour le Chef viſible de l'Egliſe. A ces cauſes nous avons revoqué & revoquons l'approbation que nous avons donné audit livre, condamnons ledit livre, & défendons à tous nos Diocéſains de le lire, de le garder, &c.

Digitized by Google

ſcilicet exiſtimabat explanationibus indigere recentem Conſtitutionem (quibus re ipſâ nullatenus indigebat) ideò ſuper-ſedit donec à Sede Apoſtolicâ illas impetraret: *rati* inquit ibidem *veſtram ſanctitatem prius conſulendam quam commiſſo nobis gregi ipſius cenſuram exponeremus.* Quòd autem hâc ſuâ agendi ratione intactam & intermeratam eſſe voluerit ſuam erga Summum Pontificem obſervantiam, vèl ex ipſo pateſcit Epiſtolæ principio: *cum primùm Conſtitutio quam menſe Septembri proximè elapſo V. S. edidit, Regis noſtri Chriſtianiſſimi Juſſu perlata eſt ad Card. Archiep. & Epiſcopos qui in hâc regiâ urbe degebant, illud in primis habuimus in animo ut Apoſtolicæ Sedi debitam obſervantiam exhiberemus & veſtigiis majorum noſtrorum inſiſtentes primæ Sedis Majeſtatem impenſius etiam quàm ceteræ nationes coleremus* (1). Quam ſignificantia illa verba, ſi ſincera, qualia eſſe nulli dubitamus? Non æqualem tantum ſed impenſiorem Sedis Apoſtolicæ cultum *quam ceteræ Nationes* pollicetur Cardinalis Noallius. Porrò ceteræ nationes vèl ſaltem plures ut apprimè ſciebat ac tradebat ipſe Præſul Eminentiſſimus (2) neſciam erroris & infallibilem eſſe profitentur Apoſtolicæ Sedis ſeu Romani Pontificis autoritatem.

(1) *Hac Epiſtola legitur in opere gallicè inſcripto:* Hiſtoire du livre des réflexions Morales ſur le N. Teſtament. *Amſterdam* 1726. *Tom.* 1. *in*-8°. pag. 125.

(2) *Inſtruct. Paſtor.* 14. *Janv.* 1719. pag. 152. & *ſeqq.*

Quid igitur ſi pravis deinceps, ſubdoliſque Conſiliis deceptus, alienis potiùs quàm genuinis ſui pectoris ſenſibus indulgens, Sedis Apoſtolicæ judicio intercedere aliquandiu viſus eſt? Hæc fuêre dolenda potiùs quàm memoranda humanæ fragilitatis, cuï ſanctiſſimi quandóque viri ſuccubuere veſtigia; hi Præſulis vitæ, alioquin integerrimæ, fuere nevi, quos & intimâ expunxit pœnitentiâ, & publicâ reparavit confeſſione, eo ſurgens glorioſius, quo infelicius ac ferè invitus fuerat lapſus. Viderit Roma, fleverítque Pia Mater filium ſeductum, Epiſcopum errantem, ac ſibi renitentem doluerit; vidit etiam, quâvè jucunditate, quâvè lætitiâ ad ſe reverſum, verè contritum quæcumque omnia, quæ intimos ſuæ erga Sedem Apoſtolicam obedientiæ ſenſus non præſeferebant ſcripta ipſius nomine vulgata revocantem ac rejicientem (3) illum vidit publico in mandato omnibus teſtantem nil amarius, acerbiuſque ſibi eſſe quàm quòd ſuſpecta quibuſdam videretur ſui erga Sedem Apoſtolicam profundi obſequii ſinceritas nec non filialis ſua erga Summum Pontificem devotio. (4). Vidit certiſſima ſuæ decretis Apoſtolicis ſinceræ obedientiæ

(3) *Mandato Pariſiis dato die* 11. *Octob. anno* 1728. Pour donner de plus en plus des preuves de la ſincerité de notre ſoumiſſion au ſaint Siége, nous revoquons de cœur & d'eſprit tant notre Inſtruction du 14. Janvier 1719. que tout ce qui a été publié en notre nom de contraire à notre préſente acceptation.

(4) *Ibid.* Qu'y a-t-il de plus amer & de plus

(1) *Ibidem.*

argumenta præbentem eo ſtudio, eo ardore, quem ſola intimi cordis ſenſa ſuppeditare valeant (1). Abſit igitur ut unquam eorum mentio fiat quæ intimos Eminentiſſimi Præſulis erga Sedem Apoſtolicam venerationis ac obedientiæ ſenſus obſcurare potuerunt, niſi fortè, ut meminerint Fideles ea omnia ab optimo Antiſtite maximâ ſinceritate fuiſſe revocata, ac publicâ & intimâ pœnitentiâ ab ipſo reparata; unde fiat manifeſtum non niſi perversè ac iniquè ea urgeri poſſe ad inficiandum ſingulare illud ac glorioſum in colendâ Sede Apoſtolicâ ſtudium, quod tot & tantis probavit ac manifeſtavit argumentis Eminentiſſimus Noallius, ac preſertim in promptâ ſuæ, ut dicebamus, Clementinæ Conſtitutioni obedientiæ teſtificatione, in quâ Clerum Gallicanum non multum præceſſit.

(2) *Procès-verbal de l'aſſemblée de 1713. & 1714.* pag. 6.

(3) *Ibidem.* pag. 13.

(4) *Ibid.* p. 53.

Enim verò cùm Rex Chriſtianiſſimus ad Epiſcopos Pariſiis Congregatos Clementinæ Conſtitutionis, quæ incipit ***Unigenitus***, copiam miſiſſet die 15. Octobris an 1713. (2) cætus ſtatim ideſt die ſequenti ſex Epiſcopos Seligit vulgò ***Commiſſaires*** ut ſine morâ allaborarent non examinandæ Pontificii decreti æquitati, ſed mediis inquirendis, quæ pro dictæ Conſtitutionis acceptatione forent aptiora, ***pour travailler au plûtôt ſur les moyens qu'ils trouveroient les plus convenables pour l'acceptation de la Conſtitution de notre ſaint Père le Pape.*** Operi demandato incumbunt Epiſcopi Selecti. Tres ferè menſes in eo labore ab ipſis conſumpti; die enim 15. Januarii ſequentis ſuorum laborum relationem ad Cætum incipit Emin. de Rohan Epiſcoporum Selectorum Princeps (3) quâ vix finitâ die 23. ejuſdem menſis cætus reverenter & obedienter Clementinæ Conſtitutioni nullâ interpoſitâ morâ ſubſcribit (4).

Verùm, inquies, ſi tanta fuit quantam eſſe jactitas hujuſce Gallorum Antiſtitum Cætus erga Pontificiam Conſtitutionem obſervantia, quare ſtatim eam non recepit? Quare plures fluere menſes paſſa eſt, antequam publica ſui erga eam obſequii teſtimonia ederet, quare tot non hebdomadas ſolùm ſed & menſes abſumpſerunt Epiſcopi ſelecti in mediis acceptandæ Conſtitutionis inquirendis? Quorſum iſtæ Gallorum Antiſtitum cunctationes, niſi ut acceptanda decreta præviæ diſcuſſioni ſubjiciant? Neutiquam. Pone ſcrupulum quiſquis talia ſuſpicaris, vanos mittito timores. Gratulor tamen & impensè gratulor quod dilucidandæ magìs ac magìs Præſulum noſtrorum ſententiæ anſam ſuppeditaveris opportuniſſimam. Videlicet quod ipſe ex prolixio-

douloureux pour nous que de voir qu'on eſſaie toujours de faire concevoir des ſoupçons ſur la ſincerité de notre profond reſpect pour le ſaint Siége; & de l'attachement filial que nous avons pour la perſonne du Souverain Pontife.

ri eorum cunctatione modò ſuſpicatus es, hoc idem ne judicarent alii, ipſimet Epiſcopi præcaverunt. Non defuturos intellexerunt, qui ex talibus induciis conjicerent eos de infallibili & Summâ Conſtitutionum Apoſtolicarum autoritate dubios fuiſſe & ancipites. Non ignorabant recentes quoſdam Theologos aliquod indidem opinionis ſuæ Patrocinium, ac præſidium accerſituros. Verùm ne utróſque falleret conjectura, vel ſuſpicio deciperet *palàm & ſæpius profeſſi ſunt* Illuſtriſſimi Francorum Antiſtites *hujuſmodi cunctationem non animo ſubjiciendi examini aut ſuo ipſorum judicio ſolemnia R. Pontificis decreta, ſed ſtudio duntaxat conciliandæ Eccleſiaſticæ pacis, & lucrandi nonnullos ex ſuis fratribus in ſpiritu manſuetudinis & diligentiâ charitatis eſſe tribuendam* (1). Nonnulli nimirum in eo cœtu Epiſcopi, inter quos Eminentiſſimus de Noailles, falsò exiſtimantes Pontificiam Conſtitutionem explanationibus indigere, quibus occluderentur penitùs malevolorum ora Germano illius ſenſu abutentium, ab eâ ſolemniter acceptandâ ſuperſedendum eſſe ducebant, donec à Sede Apoſtolicâ illas impetraſſent: ceteri verò Epiſcopi, qui hujuſmodi cunctationes averſabantur, illos ad ſuam ſententiam adducere ſperantes, ſolemnem Conſtitutionis acceptationem aliquandiu diſtulerunt. En igitur cauſa & quidem unica, quæ cœtum ad procraſtinandam aliquantulum Clementinæ Conſtitutionis acceptationem impulit, *ſtudium duntaxat* nimirum *Conciliandæ Eccleſiaſticæ pacis & lucrandi nonnullos ex ſuis fratribus in ſpiritu manſuetudinis & diligentiâ charitatis.* Verum de hâc re latius infrà (2) non amplius igitur te moveant protenſiores ſub indè, quas in publico ſui erga decretum Pontificium obſequii teſtimonio edendo cœtus interpoſuit moræ, ſuam Romano Pontifici obedientiam teſtificari maturaſſet ocyus, ſi nonnullos ad ſui obſequii imitationem parationes inveniſſet.

(1) *Clemens XI. Pontifex in ſuo Brevi dato die 17. Martii an. 1714. Epiſcopis Gallicanis inſerto in actis verbalibus cœtus an. 1714.* pag. 122

(2) *Voyez lib. 4. cap. 2.*

Plura non ſuppetunt è Galliâ recentiori propenſiſſimæ illius ac promptiſſimæ, quâ ad obſequium Pontificiis definitionibus præſtandum Franci Præſules feruntur, voluntatis teſtimonia, quia nec plures Roma definitiones emiſit à Francis Præſulibus reverenter amplectandas. Ceterùm quæ breviter hactenus relata ſunt exempla, fallimur plurimùm, niſi abundè cuivis demonſtrent quantâ animorum alacritate, quanto ſtudio properent meritiſſimi Galliarum Antiſtites ſuam, eamque pleniſſimam Pontificiis decretis obedientiam teſtificari ac exhibere. Cedo enim, num concitatior ille obſequendi ardor, an feſtinum magìs illud parendi ſtudium eſſe quàm fuit, tùm etiam

poſſet, cum de recipiendo Concilii cujuſpiam œcumenici dogmatico decreto ageretur? Itanè verò celeriter & impigrè obſequi feſtinant, qui Pontificias deciſiones errori obnoxias, ipſúmque Pontificem Hæreſeos propinandæ capacem arbitrantur? Immò verò anxiis illis, ac curioſis hominibus, nedum paucos intra dies, menſeſvè obtemperare geſtiant, vix ac nè vix quidem anni integri ſatis eſſe viderentur, ut conſultis & ſcripturarum Oraculis & ſacrarum traditionum monumentis Pontificiorum judiciorum veritas & æquitas certò comperta ac, quantùm ſatis eſt, comprobata meritò habeatur. Alia eſt profectò Gallicanorum Epiſcoporum in acceptandis R. Pontificis deciſionibus agendi ratio. Et erit quiſpiam qui perſuadere nobis voluerit illam cum Pontificiâ inerrantiâ conciliari nequaquam poſſe? Erit qui Gallos apud Antiſtites Romana judicia errori obnoxia eſſe haberique tueatur? Erit ſaltèm qui apud eoſdem facta verbis, agendi rationem loquendi modo non ità congruere ſuſpicetur? Non ità eſt certè! Neque Pontificias erga Conſtitutiones aliter ſe gerunt Illuſtriſſimi Epiſcopi, quàm de Summâ & irreformabili illarum autoritate paſſim & ubique loquuntur. Quin & certiſſima licet ipſorum Doctrina deforet, eam eſſe contendimus illorum in recipiendis Summorum Pontificum decretis agendi & obſequendi methodum, ex quâ omnibus certò innoteſceret Pontificiam autoritatem ejus apud illos eſſe ponderis, quæ tutiſſimum ſimul & citiſſimum promereatur ab ipſis Epiſcopis obſequium. Autoritatem porrò cujus dogmatica de Fide judicia ſincero non minùs quàm prompto mentis obſequio ab omnibus admittantur, nullam eſſe in Eccleſiâ, niſi ſuprema & indeficiens exiſtat, nemo non intelligit. Verum nè diutiùs in iis immoremur, cùm ſplendidiora hujuſce veritatis argumenta nobis ſubminiſtret perpetua, ſibique conſtans Gallicanorum Præſulum Apoſtolicas erga ſanctiones agendi ratio.

CAPUT

CAPUT II.

Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites Pontificias de Fide ſanctiones executioni mandant, ac tanquam certiſſimas Fidei regulas Fidelibus proponunt, antequam noverint, vel noſſe etiam potuerint illas fuiſſe ab Eccleſiâ univerſali, à majori Epiſcoporum numero quomodolibet acceptatas.

PONTIFICIAM Innocentii XII. Conſtitutionem quâ plures in libro cuï titulus : ***Explications des maximes des Saints, &c.*** contextæ propoſitiones damnabantur, vix acceperat Rex Chriſtianiſſimus, cùm illius copiam ad totius Regni Metropolitanos mittit, die nempè 22. Aprilis an. 1699. (1). Quid Galliarum Antiſtites accepto Pontificiæ Conſtitutionis tranſumpto ? Epiſcopi Toloſæ congregati die 9. menſis Maii ſequentis illam executioni demandant, voluntque, & præcipiunt, ut illa in locis ſuæ juriſdictioni ſubjectis ſincerè ab omnibus obſervetur ſub pœnis & cenſuris adversùs contumaces in eâdem Conſtitutione prolatis (2), idem pariter conſtituunt die 13. ejuſdem menſis Epiſcopi Pariſiis congregati (3), quos proximè ſecuti ſunt ceteri Galliarum Antiſtites, ut videre eſt in collectione actorum verbalium cetuum omnibus in Galliæ Provinciis eâ de re habitorum, juſſu Cleri Gallicani editâ (4).

(1) Mémoires du Clergé, 1. Tom. p. 416.

(4) Ibid. à pag. 436. uſque ad pag. 557.

Non minorem ſollicitudinem in urgendâ Clementinæ Conſtitutionis quæ incipit *vineam Domini*, *&c.* executione præ-ſe-tulit Clerus Gallicanus Pariſiis an. 1705. congregatus ; ſiquidem prædictam Conſtitutionem Romæ die 16. Julii an. 1705. publicatam, ad Galliarum autem Epiſcopos Pariſiis congregatos à Rege die 3. Auguſti proximè ſequentis tranſmiſſam (5) ***communi Conſilio promulgandam & executioni demandandam in ſuis Eccleſiis & Diœceſibus*** eodem menſe Auguſti decernunt laudati Gallorum Antiſtites, intentatis in rebelles ac inobedientes pœnis cenſuriſque Canonicis. Ità conſtat ex Epiſtolis

(5) Procès-verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de France de l'an 1705. pag. 355.

(2) *Ibid.* pag. 423. L'Aſſemblée a ordonné que ladite Conſtitution ſera publiée & exécutée dans tous les Diocèſes de cette Province, avec les injonctions portées par ladite Conſtitution.

(3) *Ibid.* pag. 434. L'Aſſemblée a réſolu que ladite Conſtitution ſera publiée dans toutes les Egliſes de la Province pour y être exécutée ſelon ſa forme & teneur.

illius cetus ad Clementem XI. & ad univerſos Galliarum Epiſcopos (1)

Non majus temporis intervallum effluere paſſi antea fuerant (ut nihil dicam de duabus Alexandri VII. ſolemnibus, quæ idem ſuppeditant argumentum, Conſtitutionibus) Epiſcopi Gallicani inter celeberrimam Innocentii X. Conſtitutionem Romanis arcibus emiſſam, & in totâ executioni demandatam Galliâ, quandoquidem Romæ publicata fuit die 9. Junii an. 1653, & die 15. Julii ejuſdem anni Galliarum Epiſcopi Pariſiis congregati ad Innocentium X. ſcribentes jam declarant, & *ſpondent nihil fore quod decreto Apoſtolico ſua in eo exequendo ſollicitudini moram afferre poſſit*; *neque verò* pergunt *pœna deerunt adversùs temerarios illius violatores, quæ à jure Hæreticis infliguntur, quibus juxta Conſtitutionis tenorem contumaces omnes nullo conditionum, vèl ſtatuum diſcrimine facto perſtringemus* (2).

Porrò tam brevi dierum ſpatio reſcire laudatos Antiſtites non potuiſſe, num prædictæ Conſtitutiones à tot extranearum & remotiſſimarum, imò etiam vicinarum gentium Epiſcopis receptæ fuiſſent, nullus eſt, opinor, qui inficias ire queat; vix enim ad quamplurium Epiſcoporum manus eo temporis ſtadio pervenire potuerant.

Longiores quidem traxere moras Epiſcopi, qui pro acceptandâ dogmaticâ Clementis XI. Conſtitutione *Unigenitus* Pariſiis convenerant. Non enim niſi poſt tres circiter menſes ab accepto illius Conſtitutionis exemplari ſtatuerunt ab omnibus ſuæ curæ commiſſis illam eſſe obſervandam ac *eodem animo eâdemque*, quâ ipſi, *Fide* excipiendam eſſe, intentatis adversùs contumaces pœnis Canonicis (3); at nè dicam hujuſce cunctationis cauſam minori ipſorum in decretis Pontificiis executioni mandandis zelo imputandam non eſſe, ut ex ſupra dictis apparet (4), quis non videat tantilla menſium intervalla minimè ſuffeciſſe, ut Congregati Præſules certum ac compertum haberent dictam Conſtitutionem à majori Epiſcoporum numero ſeu expreſsè ſeu etiam tacitè fuiſſe receptam, & quomodo id ipſis tunc temporis innotuiſſet, cùm poſteriora fuerint, quæ pro dictæ Conſtitutionis promulgatione ac executione mandata exteri ediderunt Epiſcopi, ut videre eſt in ipſorum Mandatorum collectione apud Emin. de Biſſy & alios, cùm necdum ſcirent à reliquis Franciæ Epiſcopis cetu abſentibus, qui numero longè ſuperiores erant eam fuiſſe receptam, quandoquidem eos per litteras Encyclicas ad illam recipiendam exhortabantur (5). Cùm longo ab eâ acceptatione tempore jam elapſo Galliarum Antiſtites ab exteris Epiſcopis adhuc peterent, num apud ipſos nota eſſet

(1) *Ibid.* pag. 262. & 292.

(2) *Mémoires du Clergé*, 1. Tom. p. 218.

(3) *Procè-verbal de l'Aſſemblée de* 1713. & 1714. pag. 95. 102. & 112.

(4) *V. Sup. cap.* 1. pag. 62. 63.

(5) *Procès-verbal de l'Aſſemblée de* 1713. & 1714. pag. 112.

Conſtitutio *Unigenitus* (1) & profectò fatendum eſt, de hâc ceterorum Epiſcoporum acceptationis notitiâ parum, imò nihil curaſſe laudatos Epiſcopos, quippè cujus vel minimam inquiſitionem tunc temporis ab ipſis factam nullibi ſciatur, nullibi legatur.

(1) *Emin. de Biſſy Docum. Paſtor. an.* 1722. pag. 163.

Nulli igitur dubium jam eſſe poteſt dogmaticas Romanorum Pontificum Conſtitutiones executioni demandari priùs ab Illuſtriſſimis Galliarum Epiſcopis, ac tanquam Fidei regulas Fidelibus proponi, quàm noverint, vel noſſe etiam potuerint eas ab Eccleſiâ univerſali, à majore Epiſcoporum numero fuiſſe quomodolibet acceptatas.

Jam verò hæc Gallorum Antiſtitum agendi ratio certiſſimæ ſuæ de Summâ & ineluctabili Sedis Apoſtolicæ autoritate ſententiæ quàm conſona, quàm ad illam confirmandam ſit idonea facilè concipitur. Enim verò qui dogmaticis Rom. Pontificum decretis denegant inerrantiæ privilegium, quod Soli Eccleſiæ univerſali tribuunt, illi docent ac pro certò habent Fideles nullatenus teneri ad ea credenda, quæ Romanus Pontifex definit, niſi poſtquam Pontificiæ definitioni acceſſit Eccleſiæ univerſalis conſenſus. Ante hunc Eccleſiæ conſenſum Fideles obligari non poſſunt ad ſuum decretis Pontificiis mentis obſequium præſtandum. Hæc conſtans ut ſupra vidimus (2) iſtorum Doctrina à quâ recedere perinde ſit ac ſupremam & ineluctabilem Rom. Pontificis autoritatem profiteri.

(2) *Tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6.

Quid verò Galliarum Antiſtites? Non expectant Eccleſiæ univerſalis conſenſum ut Fideles obligent ad præſtandam Pontificiis de Fide decretis obedientiam. Antequam hunc Eccleſiæ conſenſum noverint, vel noſſe potuerint, volunt & præcipiunt ut dogmaticæ R. Pontificum Conſtitutiones à Fidelibus ſincerè obſerventur, & executioni demandentur, volunt ut pari animo ac Fide ab ipſis excipiantur. Aſſeverant nihil ſibi ſupereſſe niſi ut ſinceram in ſuis Diœceſibus Pontificiorum decretorum executionem urgeant. ***Il ne nous reſte à préſent qu'à en procurer une ſincere exécution dans nos Diocèſes*** (3) at fallimini eruditi Præſules ſi dogmatica Rom. Pontificum decreta errori eſſe obnoxia arbitramini, multa, imò omnia ſupererant vobis; expectanda erat ceterarum Eccleſiarum conſenſio priùſquam Romanæ deciſionis executioni in veſtris Diœceſibus allaboraretis; peſſimè profectò judicaſtis Pontificia decreta à Fidelibus pari animo ac Fide eſſe excipiendas quando vobis conſtare nec poterat ea majoris Epiſcoporum partis conſenſu fuiſſe firmata. Ante hunc Eccleſiæ conſenſum Pontificia decreta nonnè poterant Fidei adverſari? Num igitur à fide-

(3) *Conventus Gallor. Antiſtitum an.* 1713. & 1714. *Procez-verbal pag.* 112.

libus pari animo ac Fide excipienda ? Num à Fidelibus obſervanda ac ſincerè executioni demandanda ? Sincerè obſervari ac Religiosè acceptari non poſſunt, niſi quod in illis præcipitur, obſervetur ac executioni demandetur; porrò non ignorabatis, eruditi Præſules in illis decretis præcipi, ut aliqua tanquam Hæretica tenerentur ac rejicerentur.

Num igitur ante Eccleſiæ conſenſum pro Hæreticis ea habere debent Fideles, quæ Romanus Pontifex Hæretica eſſe definit; ſi ad id Fideles non tenentur, quare ad id eos veſtris Mandatis obſtringitis, quare præcipitis ut decreta Pontificia Eccleſiæ conſenſu nondum munita à Fidelibus ſincerè obſerventur ac executioni mandentur ? Videant hîc Galli ex oppoſito penitùs Epiſcoporum ſuorum agendi modo, quàm diſpar, quàm contraria ſit quàm à præpoſteris Pontificiæ inerrantiæ oſorum commentis aliena Illuſtriſſimorum Præſulum de Romanis oraculis opinio. At, inquies, decreta Pontificia jam receperant Antiſtites Gallicani cùm ea à fidelibus ſuæ curæ commiſſis ſincerè obſervanda, executioni demandanda ac pari Fide excipienda eſſe volebant. Quid ergo ? Triginta vel quadraginta Galliæ Antiſtitum ſuffragium numquid Eccleſiæ univerſalis conſenſum Conſtituit ? Num exiſtimabant 30. illi vel 40. Illuſtriſſimi Præſules tanti ponderis eſſe ſuam acceptationem, ut quæ ante illam Fideles ad præſtandum aſſenſum obligare non poterant, decreta Pontificia, poſt illam jam poſſent ? Apage figmenta abſurdiſſima, quæ nec adverſariorum cauſæ prodeſſe valeant; hinc enim ſequeretur non Eccleſiæ univerſalîs conſenſum juxta laudatos Antiſtites ſed 30. vel 40. Gallorum Antiſtitum ſuffragium requiri, ut decreta Pontificia Fideles ad aſſenſum obligandi vim habeant, quod tam futile, tam ratione deſtitutum eſt, ut Illuſtriſſimis Galliarum Epiſcopis vel in mentem venire potuiſſe nemo ſanus effutire debeat. Hîc hæreant adverſarii, excutiant animos, torqueant ingenia quantum libuerit, nova excogitent quæcumque, abſurdis abſurdiora conjicient, & immotum ſemper manebit Illuſtriſſimos Galliarum Antiſtites hâc agendi ratione omnibus patefacere neceſſariam à ſe minimè exiſtimari Eccleſiæ univerſalis conſenſionem, ut dogmatica Romanorum Pontificum decreta ſint & à Fidelibus haberi debeant tanquam certiſſimæ Fidei Regulæ, quibus aſſentiri teneantur.

CAPUT III.

Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites volunt & quo poſſunt ſtudio curant ut Dogmatica Romanorum Pontificum judicia vim legis in toto Galliæ Regno obtineant, non ſolum antequam ſciant à majori Epiſcoporum numero ea fuiſſe acceptata, ſed etiam quando norunt ea nondum à Majori Gallicanorum Antiſtitum numero fuiſſe recepta.

QUÂ die Præſules Gallicani Pariſiis congregati an. 1705. & an. 1714. Clementinis duabus Conſtitutionibus reverenter ac obedienter ſubſcripſerunt, eâdem concludunt ſcribendã eſſe ad omnes Galliarum Archiepiſcopos & Epiſcopos à Cætu abſentes, Epiſtolã, in quâ illos Cætus adhortaretur ut Pontificiam Conſtitutionem, ſicut ipſe jam fecerat, reciperent ac executioni in ſuis Diœceſibus demandarent. Eâdem pariter die ſtatuunt petendum eſſe à Rege Chriſtianiſſimo diploma Regium (*des Lettres Patentes*) quo Pontificia Conſtitutio à Cætu recepta vim legis in toto Regno obtineret. Hæc conſtant ex actis verbalibus cœtus an. 1705. pag. 216. & cœtus an. 1714. pag. 54.

Ex hâc porrò ſimplici rei expoſitione noſtræ aſſertionis veritas eluceſcit. Conſtat enim ex capite præcedenti, Illuſtriſſimos horumce comitiorum Antiſtites, quo tempore Clementinis Conſtitutionibus ſubſcribebant; ſcire nondum potuiſſe eas ab univerſali Eccleſiâ, à majori Epiſcoporum parte fuiſſe receptas, cùm ergo eâdem die quâ illis ſubſcribunt, petendum à Rege diploma concludant; manifeſtum eſt Illuſtriſſimos Antiſtites voluiſſe ac curaſſe ut prædictæ Clementis XI. Dogmaticæ Conſtitutiones vim legis in toto Galliæ Regno obtinerent, antequam ſcirent ab Eccleſiâ univerſali, à majori Epiſcoporum parte eas fuiſſe acceptatas. Hinc pariter conſtat nec ignoraſſe cætuum illorum Epiſcopos eas à majori Gallicanorum Antiſtitum numero nondum tunc temporis fuiſſe receptas; quandoquidem Galliarum Epiſcopos à Cætu abſentes ad illas recipiendas per literas Encyclicas hortabantur, qui verò Epiſcopi à Cætu aberant, Congregatos Antiſtites numero longè ſuperabant. Illis enim conventibus 30. tantum

vel 40. intererant. In Galliis autem centum circiter & triginta enumerantur Epiſcopi.

En igitur percelebres duo Cleri Gallicani conventus, de obtinendâ apud Regem Conſtitutionum Apoſtolicarum in toto Regno executione, ſolliciti, antequam eas ſciant, Eccleſiæ univerſalis conſenſu firmatas, imò conſcii eas à longe majori Gallorum Antiſtitum numero nondum eſſe receptas.

At ceteris Galliarum Epiſcopis hæc in petendo Regio edicto prædictorum Conventuum feſtinatio fortaſſe diſplicuit? Nequaquam. Illam nullus hactenus improbavit, adversùs illam vel eorum unum inſurrexiſſe ac reclamaſſe nulla reſtantur, nulla indicant monumenta.

Quantum autem hæc Gallorum Antiſtitum agendi ratio illuſtrandæ ipſorum de ſupremâ & ineluctabili Sedis Apoſtolicæ autoritate ſententiæ inſervire poſſit, obiter conſiderare lubet.

Certum eſt 1°. & in confeſſo apud noſtros adverſarios, quòd Gallia non tenetur recipere, ac ſinceræ ac integræ executioni demandare decreta dogmatica, quandiu firma & rata non ſunt, ac reformationi ſubjecta. Hinc eſt quod velint adverſarii noſtri Pontificia circa Fidem judicia ante Eccleſiæ acceptationem Gallos ad illis aſſenſum præſtandum obligare non poſſe.

Certum eſt 2°. implorandam non eſſe Regiam autoritatem pro recipiendis ac integræ executioni mandandis dogmaticis decretis, niſi quando Fideles illa decreta recipere ac exequi tenentur.

Certum eſt 3°. Gallicanos Antiſtites Pariſiis congregatos an. 1705. & an. 1714. à Rege petendum eſſe ſtatuiſſe, & revera petiiſſe (id conſtat (1) ex duobus regiis edictis ipſorum petitionem proximè ſecuutis) regium edictum quo ſolet præcipere ut Dogmatica Rom. Pontificum judicia in toto Galliæ regno recipiantur ac integræ executioni ab omnibus demandentur. Id inquam laudatos Antiſtites à Rege petiiſſe, quando neſciebant nec ſcire adhuc poterant Clementinas conſtitutiones à majori Epiſcoporum parte fuiſſe receptas, imò quando apprimè noverant, eas à longè majori Gallorum Antiſtitum numero nondum fuiſſe receptas.

(1) *Lettres Patentes ſur la Conſtitution du Pape Clement XI. Vineam Domini. Mémoires du Clergé*, 1. Tom. p. 383. *Lettres Patentes ſur la Conſtitution* Unigenitus. *Procès-verbal de l'Aſſemblée de* 1714. pag. 130.

Ex iis autem neceſſario & evidenter ſequitur neceſſariam non eſſe juxta laudatos Antiſtites nec Eccleſiæ univerſalis, nec etiam eorum qui longè majorem Gallorum Epiſcoporum numerum componunt conſenſum, ut Dogmatica Rom. Pontificum decreta recipi in toto Galliæ regno debeant, ac integræ executioni demandari, alioquin illum Eccleſiæ univerſalis & Antiſtitum Gallicanorum conſenſum

Digitized by Google

expectaſſent, antequàm à Rege peterent edicta, quibus clementinas conſtitutiones in toto Galliæ regno recipi ac integræ executioni mandari præciperetur.

Independenter igitur ab Eccleſiæ univerſalis, ac etiam Eccleſiæ Gallicanæ conſenſu (hic nomine Eccleſiæ Gallicanæ intelligimus longè majorem Gallorum Antiſtitum numerum) Dogmatica Sedis Apoſtolicæ Decreta juxta Præſules memoratos à Galliâ totâ ſincerè recipienda ſunt ac executioni demandanda, quid ſupereſt, niſi ut concludamus Romana oracula ante Eccleſiæ univerſalis, ante Eccleſiæ Gallicanæ conſenſum, firma, rata, ac nulli errori, reformationi nulli eſſe obnoxia ? Si enim hujuſmodi non eſſent, Gallia tota illa recipere ac integrè & ſincerè exequi non teneretur ut agnoſcunt adverſarii noſtri. En quomodo Gallorum Antiſtitum facta ad ſuam de ſupremâ & ineluctabili Sedis Apoſtolicæ autoritate ſententiam confirmandam ubique conducant; quæ ſuperſunt certum id exploratumque magis ac magis facient.

Antequam manum de tabulâ ſub moveam id obſervari velim quod propoſito noſtro non parum inſerviat. Rex ſcilicet Chriſtianiſſimus prædictorum cætuum petitionibus indulgens ſtatim, edicta dedit, ſeu literas patentes, in quibus omnibus regni Archiepiſcopis injungebat (*Enjoignons à tous les Archevêques & Evêques de notre Royaume*) ut laudatas Clementis XI. Conſtitutiones integræ executioni demandarent; de his juſſibus Regiis Gallorum Antiſtitum nullus uſque adeó, & meritó quidem, conqueſtus eſt. Attamen ut jam notavimus eo tempore id unum conſtabat 30. ſcilicet vel 40. Gallicanos Epiſcopos Clementinis Conſtitutionibus ſubſcripſiſſe, cæteri Galliarum Antiſtites ſuum nondum circa eas interpoſuerant judicium. Ii igitur omnes nullatenus dubitabant ſe tener ad Pontificias Conſtitutiones executioni mandandas, alioquin apud Regem conqueſti eſſent, quod inexpectatâ ipſorum acceptatione juſſu Regio eas executioni demandandas adigerentur.

CAPUT IV.

Ante univerſalis Eccleſiæ atque longè majoris Gallorum Antiſtitum partis conſenſum Fidei cauſas Sedis Apoſtolicæ judicio finitas eſſe declarant Illuſtr. Galliarum Epiſcopi.

QUOD olim pronuntiavit Auguſtinus, ubì Româ in Africam reſcripta venerunt; illud idem S. Doctorem ſecuti proferunt Francorum Epiſcopi quoties Dogmaticum aliquod R. Pontificis judicium ad Gallias adventat. S. Auguſtinus Pelagianorum cauſam Romanis reſcriptis finitam tunc prædicabat, cum illis nondum acceſſerat univerſalis Eccleſiæ ſuffragium, aut ſi jam acceſſerat, cùm id Auguſtino certiſſimè conſtare non poterat. Galliarum pariter Epiſcopi ante univerſalis Eccleſiæ conſenſum, imò ante conſenſum longò majoris Gallorum Antiſtitum partis Fidei controverſias Sedis Apoſtolicæ ſeu R. Pontificis judicio finitas eſſe declarant. Quoties R. Pontifex de aliquo Fidei dogmate ſolemniter pronuntiare viſus eſt, toties viſi ſunt Galliarum Epiſcopi publicè conteſtari, cauſam Romano reſcripto finitam eſſe, licèt illi nondum acceſſiſſet Eccleſiæ univerſalis, atque etiam Eccleſiæ Gallicanæ conſenſus.

Enim verò cùm primùm Rex Chriſtianiſſimus non ſemèl laudatam Innocentii XII. Conſtitutionem obtinuit, ſtatim ſignificat in Epiſtolâ, quam ad S. Pontificem propriâ manu conſcripſit, rem jam finitam eſſe, ac Eccleſiæ pacem ac tranquillitatem illâ Conſtitutione firmatam ac ſtabilitam. En Epiſtolæ verba: *ſi enixè inſtiti apud veſtram ſanctitatem ut quantocius huic diſputationi finem imponeret, id ita geſſi eò quòd certiſſimè noſſem quantum Eccleſiæ bono detrimentum illa inferret, & quia Eccleſiæ tranquillitati nil mihi eſt antiquius, gratias Beatitudini veſtræ quàm maximas habeo, quòd eam tandem reſtituerit* (1): cum autem hæc ſcribebat Ludovicus Magnus, vix unus vel alter ab receptâ Conſtitutione dies effluxerat, nondum ſui Regni Antiſtitibus illius copiam fecerat, uno verbo nullus Eccleſiæ univerſalis

(1) *Mémoires du Clergé* 1. *Tom.* pag. 413. Les inſtances que j'ay faites à Votre Sainteté pour terminer au plûtôt cette diſpute étoient fondées ſur la parfaite connoiſſance que j'avois du préjudice qu'elle cauſoit au bien de l'Egliſe; l'interêt que je prends à ſa tranquillité m'oblige également à rendre des actions de grace à votre béatitude de l'avoir enfin procurée.

verſalis, nullus Gallorum Epiſcoporum conſenſus circa eam vel eſſe poterat. Vix enim quibuſdam tùm nota concipitur prædicta Conſtitutio.

Quid autem Galliarum Epiſcopi de hâc Regis Epiſtolâ? Non ſolùm approbant illam, ſed maximis exornant elogiis, illamque nobis perhibent tanquam æternum Regiæ pietatis monumentum, ac cum Rege pronuntiant tunc jam Innocentii XII. judicio tranquillitatem Eccleſiæ fuiſſe redditam, ac controverſiam feliciter fuiſſe terminatam. Poſt relatam enim Regis Epiſtolam ſubjungit relatio actorum, &c. à Clero Gallicano in comitiis an. 1700. approbata & ipſius juſſu edita: *Cette lettre ſera un monument éternel à la poſtérité de la piété d'un grand Roi, & de la part qu'elle lui a fait prendre à la tranquillité rendue à l'Egliſe qui avoit été alterée, & le pouvoit être beaucoup plus par cette diſpute, ſi elle n'avoit été ſi heureuſement terminée* (1). En igitur Rex Chriſtianiſſimus, En Galliarum Antiſtites, qui palàm & apertè declarant ſolâ Romani Pontificis conſtitutione, nullo Eccleſiæ, nullo Epiſcoporum conſenſu & judicio adhuc munitâ Fidei controverſiam fuiſſe finitam, ac pacem Eccleſiæ firmatam & ſolidatam. Id ipſum paſſim affirmabant, qui in diverſis Galliæ Provinciis pro eâdem Conſtitutione acceptandâ paulò poſt habiti fuêre conventus. *Perlecta deinceps Papæ* (Innocentii XII.) *Conſtitutione* referunt acta verbalia cætus Provinciæ Arelatenſis *D. Archiepiſcopus dixit admiratione dignum eſſe S. P. N. Papæ zelum ſtudiumque, quo rem adeò momentoſam ac difficilem terminavit* (2). Cætus autem Provinciæ Bituricenſis: *Conventus dignum adeò Eccleſiæ caput maximopere veneratus unanimi Conſilio admiratus eſt ſuæ ſanctitatis* (Innocentii XII.) *vigilantiam & ſollicitudinem . . . ac ejus quidem ſollicitudinem in eo quod nec ſtudio nec curis pepercerit ut ſe præſente tam abſtruſa materies plenè diſcuteretur, utque exortas terminaret controverſias eo judicio quod ad æternandam ejus memoriam ſolum ſufficeret* (3).

(1) *Ibidem.* pag. 414.

Et in actis verbalibus cætûs Provinciæ Pariſienſis: *D. Archiepiſcopus obſervavit ſe nunquam non ſperaſſe fore ut S. Pontifex lato judicio Fratres ſuos in Fide confirmaret, & integram Eccleſiæ tranquillitatem reſtitueret; atque eventum reſpondiſſe cùm publica expectatio-*

(2) *Ibid.* pag. 509. La conſtitution du Pape (*Innocent XII.*) ayant enſuite été lûë, Monſeigneur l'Archevêque a dit qu'on devoit admirer le zèle & l'application de N. S. P. le Pape pour terminer une affaire ſi difficile & ſi importante.

(3) *Ibid.* pag. 543. L'Aſſemblée remplie de vénération pour un ſi digne Chef de l'Egliſe a unanimement admiré la vigilance & la ſolicitude de ſa Sainteté (*Innocent XII.* . . . ſa ſolicitude en ce qu'elle n'a pas épargné ni ſon application ni ſes ſoins pour faire diſcuter pleinement en ſa préſence une matiere ſi abſtraite, & pour terminer les diſputes par un jugement qui ſeroit ſeul capable d'éterniſer ſa mémoire.

ni, tùm votis omnium virorum Doctrinâ & probitate conſpicuorum; ſiquidem ex Cathedra Petri prodiit cenſura quæ pacem Eccleſiæ conciliat. (1). Cum autem de Innocentii XII. conſtitutione ſic loquebantur iſti Præſules, nec Eccleſiæ univerſalis, nec Eccleſiæ Gallicanæ conſenſus adhuc acceſſerat, ut ſupra vidimus. Ad finiendas igitur Fidei controverſias, ad firmandam ad ſtabiliendam Eccleſiæ pacem. Sola ſufficit judicio Gallorum Antiſtitum Romani Pontificis autoritas.

(2) *Epiſtol. Cleri Gallic. an.* 1705. *ad Clement. X I. Procès-verbal de l'Aſſemblée de* 1705 pag. 262.

Quod de Innocentii XII. conſtitutione, id ipſum pariter de duobus Clementis XI. ſolemnibus decretis pronuntiare non hæſitarunt Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites; nec mirum ii enim ſunt, qui vix ullam ſuæ de supremâ & ineluctabili Sedis Apoſtolicæ autoritate ſententiæ manifeſtandæ ocaſionem prætermittere volunt. Quo tempore Gallorum Epiſcoporum cætus an. 1705. & an. 1714. Clementinis ſanctionibus obedienter ſubſcribebant, Eccleſiæ univerſalis conſenſum acceſſiſſe nondum conſtabat, nec ipſis conſtare poterat, imò longè major Gallorum Antiſtitum pars ſuum circa eas nondum interpoſuerat judicium, id certum ac indubium reſtat ex ante dictis. Eo tamen tempore quàm nitidè, tam verè declarabat cætus an. 1705. excitatos in Galliâ tumultus, non Epiſcoporum conſenſione, ſed *Romani Pontificis autoritate jam fuiſſe compreſſas*(2): jam tunc *pro certo* tenebat *omnes cavillationes in erroris Patrocinium exeogitatas* non alio quàm *Apoſtolicæ Sedis judicio fuiſſe prorſus amputatas* (3) jam tunc *firmatam & conſtabilitam ejuſdem Sedis judicio Eccleſiarum pacem & concordiam* aſſerebat (4) jam tunc in ſolemni Clementis XI. decreto infallibile Petri judicium *ipſius ore loquentis* venerabatur (5). Eo tempore cauſam Sedis Apoſtolicæ judicio omnimodè finitam adeò credebat conventus an. 1714. ut nihil ſibi ſupereſſe affirmaret, præterquàm ſinceram urgere Apoſtolicæ Conſtitutionis executionem, *il ne nous reſte à préſent qu'à en procurer une ſincere exécution*(6). Hujuſmodi eſt Gallorum Antiſtitum agendi ratio, quæ tantum abeſt ut ſuæ de Pontificiâ inerrantiâ ſententiæ reluctetur, ut illam in majori luce ponat, ſplendidioremque ac firmiorem reddat.

(3) *Ibidem.*

(4) *Ibidem.*

(5) *Ibidem.*

(6) *Procès-verbal de l'Aſſemblée de* 1714. pag. 112.

Etenim qui ſupremam & infallibilem autoritatem uni ſolíque univerſali Eccleſiæ adcenſent, conſtantiſſimè illi propugnant unâ ſolâquè univerſalis Eccleſiæ autoritate terminari Fidei controverſias. Has

(1) *Ibid.* pag. 432. Mondit Seigneur l'Archevêque a fait rémarquer qu il avoit toujours eſperé, que le Pape par ſa déciſion confirmeroit ſes Frères dans la Foy, & rétabliroit une tranquillité parfaite dans l'Egliſe, que le ſuccès a répondu à l'attente publique, & au déſir de toutes les perſonnes ecclairées & bien intentionnées, puiſqu'il eſt parti de la Chaire de S. Pierre une cenſure forte & préciſe qui donne la paix à l'Egliſe.

finitas eſſe non aſſerunt, niſi poſt Eccleſiæ univerſalis judicium. Roma pronuntiet, quandiu decreto Romano Eccleſiæ conſenſus non acceſſerit, tandiu quàm maximè cavent, ne cauſam finitam eſſe dicant; imò litem adhuc eſſe ſub judice, Romanum decretum reformari poſſe vociferantur; idquè neceſſario & evidentiſſimè ſequitur ſi Romana judicia errori pateant atque ſubjaceant, ut (1) alibi demonſtravimus. Cum igitur Galliarum Epiſcopi ubi à Sede Apoſtolicâ prodiiſſe decretum ſibi conſtat, non Eccleſiæ univerſalis, non etiam Eccleſiæ Gallicanæ ſuffragio expectato finitam eſſe cauſam conſtanter affirment, palàm omnibus faciunt Summam illam exortas de Fide controverſias terminandi vim non in ſolâ Eccleſiæ univerſalis conſenſione eſſe poſitam, ſed etiam decretis Apoſtolicæ Sedis ineſſe. Unde hic rurſus concludimus eam eſſe Gallorum Antiſtitum agendi rationem, quæ ſuæ de Pontificiâ infallibilitate ſententiæ apprimè cohæreat. Docent nimirum Galliarum Antiſtites ſolam Apoſtolicæ Sedis autoritatem ſufficere ad terminandas Fidei cauſas. Quid ergo ſi de controverſo aliquo Fidei dogmate pronuntiet Romanus Pontifex, Univerſalis Eccleſiæ conſenſum numquid expectant Illuſtriſſimi Præſules, ut finitam eſſe cauſam aſſerant; Nullatenus; ex hâc enim cunctatione quiſpiam ſuſpicari poſſet non ſincerè ſatis ab illis propugnari Romana reſcripta ad terminandas Fidei cauſas ſufficere. Quid igitur illi? Statim profitentur ac publicant Apoſtolico judicio finitam eſſe cauſam. Idquè non ſemel, ſed toties affirmant, quoties Româ reſcripta veniunt. Vide quàm mutuò ſe ſe juvent Gallorum Antiſtitum praxis & doctrina ad firmandam ſupremam & ineluctabilem R. Pontificis in definiendis Fidei controverſiis autoritatem.

(1) *Tom. præced. lib.* 1. *cap.* 4.

CAPUT V.

Quæ ratio Gallicanos Antiſtites ad tàm promptam Romanis conſtitutionibus obedientiam præſtandam ac ab aliis curandam impellit, planè demonſtrat eas Summâ & ineluctabili pollere autoritate independenter ab Eccleſiæ univerſalis & Epiſcoporum conſenſu, ac adhæſione.

SI quid eſt quod genuinam Gallorum Antiſtitum de ſuprema & irreformabili Sedis Apoſtolicæ autoritate ſententiam dilucidare ac illuſtrare potiſſimùm valeat, ratio profectò eſt, quâ ad tàm promptam illius judiciis obedientiam præſtandam, ac apud alios urgendam ducuntur. Præſtat igitur in eâ inquirendâ ac ſtabiliendâ aliquantulum immorari.

Dogmaticis Roman. Pontificum decretis vel ideò ſubſcribunt Epiſcopi Gallicani, quia prævio & accurato examine agnoverunt rectam, ſanam ac Fidei conſonam eſſe Doctrinam in illis decretis contentam; vel quia ab eâ autoritate lata ſunt, cuï Fideles omnes ſubſcribere debent ac mentis quoque ipſius obſequium præſtare tenentur. Scilicet vel prævium quod habuerunt judicii Romani examen, vel judicantis autoritas Gallicanos Antiſtites inclinat ad Romana judicia excipienda, & executioni demandanda.

Qui Epiſcopi dogmatica Roman. Pontificum judicia errori obnoxia eſſe putant, ea priùs non recipiunt, quàm prævio examine comprobaverint illa eſſe Eccleſiæ traditioni ac Fidei conſentanea; unde ſi ea recipiunt, hoc ideò, quia prævio examine compertum habuerunt ea veræ Fidei eſſe conſona. Qui verò ſupremam & infallibilem in Romanis Pontificibus autoritatem venerantur, nullatenus dubitant dogmatica illorum judicia ſana, rectáque eſſe; ideóque illis ſubſcribunt, quia ab eâ Summâ & divinâ autoritate lata ſunt, cuï omnes ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur. Ex quo patet inter inerrantiæ Pontificiæ oſores & defenſores hoc eſſe diſcrimen, quòd iſtos Romani Pontificis autoritas ad illius de Fide judicia recipienda permoveat, non item illos, qui ad ea recipienda non niſi à prævio ſuo examine determinantur.

Jam autem qui inveſtigandæ Gallorum Antiſtitum de Pontifitificiâ autoritate ſententiæ ſedulò nunquam vacarunt, eóſque prædicant inerrantiæ Pontificiæ adverſos, contendunt non aliâ eoſdem ad recipiendas Romanas Conſtitutiones duci ratione, quàm quòd illas prævio examine comprobarunt Eccleſiæ traditioni ac Fidei eſſe conſentaneas. Verùm & hìc ſummoperè hallucinantur, & Illuſtriſſimis Epiſcopis graviter imponunt.

Enim verò unde habent nuperi iſti divinatores Gallicanos Antiſtites curioſo illo & anxio circa Romanas Conſtitutiones examine occupari, quo de æquitate ac veritate definitionis dubii & ancipites inquirant, num Fidei conſonæ, vel adverſæ illæ ſint, num rejiciendæ ſi ſuo judicio reprobarentur, vel acceptandæ ſi æquæ dijudicarentur? Tale fieri de conſtitutionibus Apoſtolicis à Gallis Præſulibus examen, putidum eſt adverſariorum commentum Romanis Pontificibus æquè, ac Gallicanis Epiſcopis injurioſum. Hoc inquiſitionis tribunal intimè & ex animo adverſantur utrique, ut infrà ſolidè ac luculenter oſtendemus (1) ſi ergo fictitium eſt, Galliſque Præſulibus falsò impictum iſtud examen, profectò ipſummet illud genuina cauſa non erit, quæ Gallicanos Antiſtites ad recipienda Romana de Fide decreta ac executioni demandanda moveat & impellat. (1) *Lib.* 4. C. 1.

Unde pariter expiſcati ſunt hujuſmodi examen cauſam eſſe, quæ Gallos Antiſtites ad recipienda dogmatica R. Pontificum judicia permoveat? Non profectò à publicis Eccleſiæ Gallicanæ monumentis, non à Germanis & notis Gallorum Antiſtitum actis. Hæc legimus & perlegimus, at iſtud examen ab ipſis adductum tanquam cauſam, quæ ad recipienda Romana decreta ipſos impulerit, invenire nunquam potuimus nec unquam inveniet qui non obliquè legere ſolet. Profitentur quidem ubique, & publicant Illuſtriſſimi Præſules ſe veram in Apoſtolicis Conſtitutionibus Eccleſiæ Doctrinam agnoviſſe; in quo quidem & ceteros orbis terrarum Epiſcopos adjunctos habent, qui pariter in Romanis judiciis veram Eccleſiæ doctrinam agnoſcunt & ſe agnoſcere profitentur; at quod Pontificias Conſtitutiones ideò recipiant, quod ex prævio examine ſanam in illis contineri Doctrinam comprobaverint; nullibi aſſerunt, nullibi indicant Antiſtites Gallicani: & certè ſi Pontificiæ inerrantiæ adverſarentur, eomotivo ſe ad recipiendas Romanas conſtitutiones fuiſſe permotos dicere non omiſiſſent, preſertim cum tanta fuerit, ut vidimus, ipſorum in illis recipiendis ac executioni mandandis feſtinatio; hæc enim ſollicitudo cum eorum propria eſſe ſoleat, qui ſupremam & ineluc-

Digitized by Google

tabilem in Rom. Pontificibus venerantur autoritatem, nè quis ex eâ Gallicanos Antiſtites Pontificiæ inerrantiæ favere colligeret, manifeſtaſſent ſine dubio ſagaciſſimi Præſules ſe decretis Pontificiis ideò ſinè cunctatione ſubſcripſiſſe, quia ſine labore pervideranr illorum æquitatem & ortodoxiam; at perlege comitiorum commentaria, perlege Epiſcoporum Gallicanorum acta, hanc rationem, hanc cauſam nullibi afferunt. Quid mirum? Æquiores de Rom. Pontificis autoritate imis pectoribus inſident ſenſus.

Præterea ſi Galliarum Antiſtites ideò dogmaticas conſtitutiones reciperent, quia prævio, quale comminiſcuntur adverſarii, examine compertum habuêre ſanam in illis contineri Doctrinam, profectò non deberent illicò eas tanquam Fidei regulas Fidelibus proponere, ac edicta Regia petere ut executioni in toto Regno demandarentur, nec cauſam jam finitam aſſerere, ad hæc omnia publicanda & peragenda expectandus fuiſſet Eccleſiæ univerſalis conſenſus. Quare? Quia id tanquam Fidei regula proponi non debet, quod judicio infallibili nondum eſt firmatum, ut & ipſi fatentur adverſarii noſtri. Porrò ſi Epiſcopi Gallicani fallibile cenſent dogmaticum R. Pontificis judicium, & ideò illud recipiant, quia ſanum ipſi rectumque exiſtimant, cùm hoc ipſorum judicium non magìs infallibile ſit, quàm Romani Pontificis, hujuſce definitio proponi ab ipſis non debet ut Fidei regula, quandiu ipſis innoteſcere non poteſt Eccleſiæ univerſalis conſenſum illi acceſſiſſe. Non eo igitur motivo ad recipiendas Pontificias de Fide ſanctiones ducuntur Illuſtriſſimi Præſules, quod cum publicâ & perpetuâ ipſorum agendi ratione conciliari non poteſt.

Jam verò, ſi Galliarum Antiſtites non ob eam cauſam dogmatica Romanum Pontificum decreta recipiunt ac executioni mandant, quòd prævio examine recta & ſana ea dijudicaverint, nonnè merito concludere poſſumus ea firma ac immota nulliquè errori obnoxia ab ipſis cenſeri? Qui enim Epiſcopi Romanis Pontificibus inerrantiam abjudicant non aliam ob cauſam illorum judicia recipiunt, quàm quòd ea prævio examine Eccleſiæ Fidei conſona comprobarunt, uti jam diximus, ab eâ præviâ inquiſitione pendere volunt ſuam Apoſtolicarum Conſtitutionum acceptationem vel reprobationem.

Verùm cur immoramur in eo quaſi conſecutionis adinſtar colligendo, quod ipſi plenis manibus ultrò nobis largiuntur? Cur laboramus in eorum refutandâ opinione, qui fingunt non alio Gallicanos Antiſtites ad recipienda dogmatica Roman. Pontificum de-

creta duci motivo quàm quòd ea prævio & curioſo examine ſana & recta comperĕrunt? Id quidem neceſſarium eſſe poſſet, ſi motivum, quo ad ea recipienda ducuntur Illuſtriſſimi Præſules ſilere ipſi voluiſſent. At non ità porrò Religioſiſſimi Antiſtites, non ità porrò obſequentiſſimi Sedis Apoſtolicæ cultores, qui in exhibendis apertis de illius inerrantiâ teſtimoniis non Hiſpanis, non Italis, non ceteris Epiſcopis cedere velint. Cauſam nitidè & candidè afferunt, cur Romana de Fide decreta ſinè cunctatione recipiunt ac integræ executioni demandant. Hæc autem planè demonſtrat ea nulli errori obnoxia ab ipſis autumari, eadem enim eſt ac ceterorum inerrantiæ Pontificiæ aſſertorum. Pontificias igitur de Fide ſanctiones recipere, ac exequi feſtinant Antiſtites Gallicani, quia id ab ipſis exigit debita Rom. Pontificibus obedientia ac Eccleſiaſtica ſubordinatio, quia firmiter credunt Pontificias de Fide ſanctiones divinâ æque ac Summâ per univerſam Eccleſiam etiam ante Epiſcoporum conſenſum pollere autoritate, cuï Fideles omnes ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur. En genuiua, en vera ratio, quæ Gallos Antiſtites ad recipienda Pontificia de Fide decreta movet & impellit ut ex nitidis ipſorum verbis jam demonſtramus.

Atque ut ab ipsâ Illuſtr. Fenelonii Cameracenſium Archi-Præſulis agendi ratione ducamus exordium; quâ de causâ Doctiſſimus Antiſtes decreto Innocentii XII. proprium ipſiuſmet fetum damnanti tam properè, ſine ullâ cunctatione ſubſcribit? Quare tam docilem Romano Pontifici ſe præbet? Quare tam dociles alios etiam cupit? *Ne* inquit (1) *ſenſim marceſcat illa erga Sedem Apoſtolicam obedientiæ ſimplicitas in quâ præſtandâ Deo miſericorditer adjuvante ad extremum uſque Spiritum vobis* (fidelibus) *exemplo erimus.* Hæc debita Sedi Apoſtolicæ obedientia intimi ac ſinceri, quem & apud alios urgebat, ſui erga Pontificium decretum obſequii una fuit cauſa, unum fuit motivum; non verò prævium aliquod Pontificii decreti examen aut curioſior diſcuſſio. Quî etenim hæc omnia ſuæ ſubmiſſioni præmiſiſſet Epiſcopus ille, qui *infimâ gregis ove* quæ certè diſcutere nec debet nec valet *ſe dociliorem præbendum eſſe duxit*, qui *nullum obedientiæ ſuæ limitem poſuit* (2).

Cameracenſi Archiepiſcopo Eminentiſſimum adjungimus Card. Noallium Archiepiſcopum Pariſienſem. Quare perlectâ Clementinâ Conſtitutione *Unigenitus*, quem ipſe toties probaverat, toties defenderat Queſnelii librum à Clemente XI. damnatum damnat & ipſe, & quidem *abjectâ* ut ait *omni cunctatione*? *Inſtat* inquit (3) non

(1) *In Mandato 9. April. an.* 1699. *edito. V. Mémoires du Clergé* 1. *Tom.* pag. 416.

(2) *Ibidem.*

(3) *Mand. edit. die* 28. *Sept. an.* 1713. *Gallica verba ſupra retulimus*, pag. 48.

ſollicito examine diſcuſſa Conſtitutionis æquitas, ſed *votum ſatis faciendi officio quo omnimodè tenemus ad manifeſtandam noſtram erga viſibile Eccleſiæ caput obſervantiam ac obedientiam: quapropter revocavimus & tenore præſentium revocamus approbationem quâ prædictum* (Queſnelii) *librum munivimus; prædictum librum damnamus, &c.* Vides quàm candidè, quàm apertè profiteatur Eminentiſſimus Antiſtes ſe OMNIMODÈ TENERI ad ſuam erga Romanum Pontificem obedientiam præſtandam ac manifeſtandam. Vides etiam votum huic officio ſatisfaciendi illud ipſum fuiſſe, quod Religioſum Archi-Præſulem permovit ad Pontificiæ damnationi ſubſcribendum.

Comitia forſan efflagitas, quæ eodem motivo ad parendum teneri ſe, ac duci declaraverint? Publica exhibemus comitia, quæ pro acceptandis duabus dogmaticis Clementis XI. Conſtitutionibus Pariſiis celebrata fuerunt. Quid Epiſcopos in his congregatos impulit ad eas reverenter & obedienter excipiendas? Illud idem, quod aliàs ſuos anteceſſores permovit ad excipiendam Innocentii X. quinque Janſenii propoſitiones damnantis Conſtitutionem; id non modò ſuadet firmum ac tenax ipſorum in ſectandis anteceſſorum ſuorum veſtigiis propoſitum tàm ſæpius ab ipſis declaratum ac teſtatum; verùm & perſuadet expreſſa utriuſque conventûs confeſſio. Eminentiſſimus enim de Noailles cum aliis Epiſcopis, qui conventui an. 1705. intererant, in quo reverenter recepta fuerat Clementina Conſtitutio, quæ incipit *vineam Domini*, ſolemniter declarat illum eodem modo iiſdemque de cauſis eam recipere voluiſſe, quibus antea Pontificiæ adversùs Janſenium Conſtitutiones receptæ fuerant. *Nos qui omnium illius deliberationum conſcii & rerum geſtarum teſtes adfuimus, declaramus illum conventum voluiſſe recipere hanc Conſtitutionem* (vineam Domini) *in eâdem formâ & ex iiſdem placitis quibus aliæ contra Janſenii librum Bullæ receptæ fuerunt* (1) hæc ſolemnis declaratio legitur ad calcem actorum verbalium cœtûs an. 1705. juſſu Cleri Gallicani editorum. Et iterum Eminentiſſimus idem Antiſtes tùm ſuo, tùm aliorum illius cœtus Epiſcoporum nomine ad Clementem XI. ſcribens *cum intimo* inquit *doloris ſenſu accepi modum illum quem Clerus noſter Gallicanus in comitiis habitis anno* 1705. *tenuit occaſione Conſtitutionis à S. V. editæ quæ incipit* vineam Domini *viſum*

(1) Nous comme avant eu part à toutes ſes délibérations (de l'Aſſemblée de 1705.) & temoins de ce qui s'y eſt paſſé, déclarons qu'elle a prétendu recevoir cette conſtitution (*Vineam Domini*) dans la même forme & dans les mêmes maximes que les autres Bulles contre le Livre de Janſenius ont été reçues.

ſum fuiſſe Sanctitati veſtræ diverſum ab eo quem olim Majores noſtri occaſione Conſtitutionum à S. Pontifice Innocentio X. & Alexandro VII. eâdem in re tenuerunt, adeóque præfatam S. V. Conſtitutionem non eâ, quâ par eſt veneratione, atque obedientiâ ab eodem Clero acceptam fuiſſe: quod ſanè cum à mente ipſius Cleri prorſus alienum fuerit, officii mei & æquitatis duxi B. V. quòd rei eſt aperire, maximè cum iis comitiis præfuerim, eâque de causâ votorum omnium particeps ac præcipuus teſtis fuerim. Teſtor igitur in comitiis prædictis Clerum noſtrum verè in animo habuiſſe. S. V. Conſtitutionem eodem prorſus obſequio, eâdemquè obedientiâ accipere & amplecti, quâ majores noſtri omnes S. V. Prædeceſſorum Bullas adverſus Janſenium acceperunt & amplexi fuerunt. Idipſum pariter teſtantur Epiſcopi Pariſiis an. 1713. & 1714. congregati pro alterâ Clementis XI: Conſtitutione quæ incipit *Unigenitus* recipiendâ : *in iis comitiis* inquiunt ad Clementem XI. Pontificem maximum ſcribentes (1) *nos majorum noſtrorum exempla ſecuti atque eodem quo illi in Apoſtolicam Sedem ſtudio flagrantes Sanctitatis veſtræ poſtremam Conſtitutionem conſimili obſequio ac veneratione amplexi ſumus*; & iterum in Epiſtolâ ad univerſos Regni Epiſcopos (2) *inſiſtimus noſtrorum veſtigiis Anteceſſorum qui (hanc viam) nobis indicarunt eâ vel ipſâ agendi ratione, quâ ad quinque libri Janſenii propoſitionum damnationem pervenerunt.*

(1) *Procès-verbal de l'Aſſemblée de 1713. & 1714.* pag. 101.

Conſtat igitur ac ex ipſâ Epiſcoporum apertâ confeſſione certum eſt utrumque cœtum Clementinas Conſtitutiones eodem modo, conſimili obſequio, iiſdémque placitis, ac eodem in Apoſtolicam Sedem ſtudio recipere voluiſſe, quo lata adverſus Janſenii librum Innocentii X. Conſtitutio à ſuis anteceſſoribus recepta fuerat; unde manifeſtum eſt eodem motivo recentiores Galliarum Epiſcopos ad Clementinas Conſtitutiones recipiendas fuiſſe adductos, quo anteriores ad Innocentianam acceptandam fuerant permoti.

Porrò Gallicani Antiſtites nitidè & clarè profitentur ideò ſe dogmaticam Innocentii X. Conſtitutionem cum debitâ veneratione ſine cunctatione recepiſſe, quia perſpectum habebant tùm ex Chriſti Domini pollicitatione Petro factâ, tùm ex actis Priorum Pontificum, aliiſque veterum Documentis, judicia pro ſanciendâ Regulâ Fidei à Summis Pontificibus latâ divinâ æquè ac Summâ per univerſam Eccleſiam, etiam ante Epiſcoporum judicium autoritate pollere ac niti, cuï Chriſtiani OMNES ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſ-

(2) *Ibid.* pag. 110. Nous marchons ſur les traces de nos Prédeceſſeurs qui nous l'ont marqué (la voye de recevoir les conſtitutions des Souverains Pontifes) dans ce qu'ils firent pour parvenir à la condamnation des cinq propoſitions du Livre de Janſenius.

tate tenentur. En Antiſtitum verba ad Innocentium X. ſcribentium quæ etſi longiora, integra tamen exhibere non piget, ne quæſo legere ac ſtudioſè expendere tædeat; pro noſtrâ ſententiâ decretoria ſunt. *Enim verò* inquiunt, *vetuſtæ illius ætatis Eccleſia Catholica ſolâ Cathedræ Petri communione & autoritate fulta, quæ in decretali Epiſtolâ Innocentii ad Africanos datâ elucebat, quamque dein Zoſimi altera ad univerſos orbis Epiſcopos Epiſtola ſubſecuta eſt, Pelagianæ Hæreſis damnationi* ABSQUE CUNCTATIONE *ſubſcripſit. Perſpectum* ENIM *habebat* (vetuſtæ ætatis Eccleſia) *non ſolum ex Chriſti Domini noſtri pollicitatione Petro factâ, ſed etiam ex actis Priorum Pontificum, & ex anathematiſmis adversùs Apollinarem & Macedonium nondum ab ullâ Synodo œcumenicâ damnatos, à Damaſo paulò anteà jactis, judicia pro ſanciendâ Regulâ Fidei à Summis Pontificibus lata ſuper Epiſcoporum conſultatione (ſive ſuam in actis relationis ſententiam ponant, ſive omittant prout illis collibuerit) divinâ æque ac Summâ per univerſam Eccleſiam autoritate niti: cuï Chriſtiani omnes ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare teneantur. Eâ nos quoque ſententiâ ac Fide imbuti Romanæ Eccleſiæ præſentem, quæ in Summo Pontifice Innocentio X. viget autoritatem debitâ obſervantiâ colentes, Conſtitutionem divini numinis inſtinctu à Beatitudine veſtrâ conditam & promulgandam curabimus in Eccleſiis ac Diœceſibus noſtris atque illius executionem apud Fideles populos urgebimus* (1).

(1) Mémoires du Clergé, 1. Tom. p. 235.

Hæc Gallicani Præſules Pariſiis congregati an. 1653. tam clara tam perſpicua, ut nullâ poſſint tergiverſatione eludi, nullis artibus, futiliumque diſtinctionum commentis obſcurari. Tradunt nimirum Illuſtriſſimi Præſules ac palàm agnoſcunt 1°. Veterem Eccleſiam, non Conciliorum Africæ & Patrum Africanorum judicio, ut noſtri volunt adverſarii, ſed SOLÂ Cathedræ Petri autoritate fultam, ſeu permotam, Pelagianæ Hæreſeos damnationi SINE CUNCTATIONE ſubſcripſiſſe. 2°. Veteres illos Eccleſiæ Patres Innocentii decreto non ideò ſubſcripſiſſe, quòd prævio examine Doctrinam in eo contentam, ſanam veramque judicaſſent; ſed quia pro certo tenebant Dogmatica Romanorum Pontificum judicia Summâ ac divinâ per univerſam Eccleſiam autoritate pollere, cuï Chriſtiani OMNES, proindè ipſimet Epiſcopi, ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenebantur. 3°. Summam hanc & divinam Dogmaticis Romanorum Pontificum judiciis ineſſe autoritatem perſpectum, ac exploratum veteribus illis Eccleſiæ Patribus fuiſſe, non ſolùm ex actis Priorum Pontificum, aliiſque Eccleſiæ monumentis,

ſed etiam, imò & imprimis, ex Chriſti Domini pollicitatione, Petro facta; hæc porrò Chriſti pollicitatio, ut ex alterâ eorumdem Galliæ Antiſtitum Epiſtolâ ad Innocentium X. paulò anteà conſcriptâ conſtat, illa eſt quâ *Fidem Petri nunquam defecturam* promiſit celebri nimirum eâ ſententiâ *Rogavi pro te Petre ut non deficiat Fides tua* (1). Ex quo patet veteres Eccleſiæ Patres ad Petri etiam ſucceſſores illa Chriſti verba extendiſſe juxta Gallicanorum Antiſtitum teſtimonium. 4°. Declarant Dogmatica Romanorum Pontificum judicia juxta veteris Eccleſiæ Doctrinam, ſive illis jam acceſſerit Epiſcoporum conſenſus, ſive nondum acceſſerit, ſive ſuum Epiſcopi de rebus in controverſiâ poſitis judicium jam protulerint, ſive nondum protulerint, divinâ æque ac Summâ pollere per univerſam Eccleſiam autoritate, Chriſtianoſque OMNES ipſius quoque mentis obſequium illis præſtare teneri, *ſive ſuam* inquiunt *in actis relationis*, Epiſcopi, *ſententiam ponant ſive omittant prout illis collibuerit.* Ultimis iis verbis jus quidem ſibi vindicant eruditi Præſules ſuum ante Romanum Pontificis decretum, de rebus controverſis proferendi judicium; at quid ſi hoc jure uti minimè libuerit? Quid ſi ſuam Epiſcopi nondum aperuerint ſententiam? Tunc ne vacillabunt Romana decreta Epiſcoporum ſuffragio nondum munita? Tunc ne minus firma & inconcuſſa vel minoris autoritatis? Nequaquam juxta Galliarum Antiſtites, eâdem Summâ, & divinâ, cui Chriſtiani OMNES mentis obſequium præſtare tenentur, autoritate pollent ante Epiſcoporum judicium, ac poſt eorum ſententiam; nec mirum; Pontificiarum enim de Fide ſanctionum firmitas ab Eccleſiæ vel Epiſcoporum conſenſu non eſt repetenda juxta laudatos Antiſtites ſed à pollicitatione Chriſti Domini Petro facta: *Ego pro te rogavi, &c.* 5°. Tandem declarant Illuſtriſſimi Præſules ſe hâc quæ veteris erat Eccleſiæ ſententiâ ac Fide imbutos Innocentii X. autoritatem & debitâ obſervantiâ colere, & illius Conſtitutionem promulgaturos, ac executioni ſinè morâ demandaturos. Cum ergo unam eandemque cum veteribus in ſuſcipiendis ac exequendis dogmaticis Romanorum Pontificum decretis ſe tenere ſententiam profiteantur, aliunde tradant & agnoſcant eo veteres ad ſuſcipienda Romanorum Pontificum, & quidem ſine cunctatione, decreta, motivo fuiſſe permotos, quòd Pontificiæ de Fide ſanctiones etiam ante Epiſcoporum judicium Summâ & divinâ niterentur autoritate, cui omnes Chriſtiani ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenerentur, manifeſtè oſtendunt ſe quemadmodum veteres, quorum Doctrinæ ac veſtigiis inſiſtere volebant, Innocentii X. Conſ-

(1) *Luc. cap.* 22.

titutionem ſine cunctatione ideò ſuſcepiſſe ac ad promptam illius executionem accinctos fuiſſe, quia perſpectum habebant ex Chriſti Domini pollicitatione Petro factâ, Dogmatica Romanorum Pontificum decreta, tùm antè, tùm poſt Epiſcoporum ſententiam, Summâ æquè ac divinâ pollere autoritate cui Chriſtiani OMNES ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur.

Ex quibus omnibus ſic argumentari licet: illud Antiſtites Gallicanos ad recipienda Dogmatica Clementis XI. decreta permovit, quod ſuos Anteceſſores ad recipiendam Innocentii X. adversùs Janſenii librum Conſtitutionem impulit. Atqui ſui anteceſſores ideò ſolemni Innocentii X. Conſtitutioni cum omni obſequio ac ſubmiſſione ſubſcripſere, quia perſpectum habebant Pontificia de Fide judicia divinâ æque ac Summâ per univerſam Eccleſiam etiam ante Epiſcoporum conſenſum pollere autoritate, cui Fideles OMNES ex officio ipſius quoque mentis aſſenſu obſequi tenentur. Nam ſui anteceſſores declarant ſe *eâdem Doctrinâ* ad Innocentii X. Conſtitutionem debitâ reverentiâ ſuſcipiendam ac executioni demandandam fuiſſe adductos quæ vetuſtæ ætatis Eccleſiam ad decretalem Innocentii I. Epiſtolam contra Pelagium abſque cunctatione recipiendam impulit. Atqui juxta eoſdem Anteceſſores vetuſtæ ætatis Eccleſia ideò decretali Innocentii I. Epiſtolæ contra Pelagium ſubſcripſit & quidem ſine cunctatione quia perſpectum habebat (*perſpectum* ENIM *habebat*) ex ipsâ Chriſti Domini pollicitatione Petro factâ, judicia, pro ſanciendâ Fidei Regulâ à Summis Pontificibus lata; etiam ante Epiſcoporum ſententiam divinâ æque ac Summâ per univerſam Eccleſiam autoritate niti cui Chriſtiani OMNES ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur. Ergo nuperi Galliarum Antiſtites Clementinas Conſtitutiones ſicuti anteriores Innocentianam ideò cum debito obſequio receperunt, quia perſpectum habebant, & quidem ex ipsâ Chriſti Domini pollicitatione Petro factâ, dogmatica Romanorum Pontificum judicia divinâ æquè ac Summâ tùm ante, tùm poſt Epiſcoporum ſententiam per univerſam Eccleſiam autoritate pollere, cui Chriſtiani omnes, proindéque ipſimet Epiſcopi à Chriſtianorum numero certè non excludendi, ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur.

Spectemus tandem Clerum Gallicanum in comitiis an. 1700. Pariſiis habitis. Vidimus (1). Ecquis dubitet? Examinis ac diſcuſſionis omnis expertem omnino fuiſſe, quam Fenelonius Dogmatico Innoc. XII. decreto præſtitit obedientiam. Vidimus unam definien-

(1) V. tom. præced. lib. 1. c. 6.

tis autoritatem magnum illum Eccleſiæ Gallicanæ Præſulem ad obſequium, ad aſſenſum inclinaſſe. En tamen illa obedientia, illud obſequii genus, quod commendetur, quod gratiam habeat annexam, quod omnibus ad exemplum ſit proponendum, quod juxta Chriſtianæ modeſtiæ ac Eccleſiaſticæ ſubordinationis normam Romanis Pontificibus ſit exhibendum, quodve præſtare non omittant, qui cogitent unum in Eccleſiâ eſſe toti gregi gubernando præpoſitum. Hæc fuit celeberrimi conventûs ſententia, quam publico & ſolemni teſtimonio expreſſam poſteritatis ad exemplum & memoriam in faſtis Gallicanis inſertam eſſe voluit ut conſtat ex ante dictis (1).

(1) *V. ibidem.*

Hinc eſt quòd Galliarum Epiſcopi, ubi populos ſibi commiſſos ad præſtandam Pontificiis decretis obedientiam exſtimulant, pro motivo ipſis non afferant, quòd ea decreta à ſe ipſis prævio examine recta ac Fidei conſona fuerint comprobata, ſed illis obtemperandum eſſe declarant, quia Petrus in ſuâ Romanâ Sede jugiter vivens & præſens præſtat Fidei quærentibus veritatem: ***Pontificiam deciſionem obedienter recipere debetis*** inquiebat Emin. de Fleury tunc Forojulienſis Epiſcopus, ***quia S. Petrus qui in Sede Romanâ quæ ſua ſemper ipſius eſt Sedes, vivit & præeſt ſacras Fidei veritates eos etiamnum docet qui ad illum confugiunt*** (2) Epiſcopus Lixiovenſis: ***hortamur vos*** ajebat ***ut pleniſſimè & obedienter attendatis ad ea quæ ſanctiſſimus Pater Papa ſcripſit, quia S. Petrus qui in Sede ſuâ vivit adhuc & præeſt Fidei veritatem humiliter inquirentibus manifeſtat.*** (3) Vos greges ſicuti nos Paſtores ***Supremi Pontificis definitioni obediamus***, ſcribebat Epiſcopus Bononienſis (4) ***quia Petrus qui in ſuâ Sede vivit adhuc & præſidet***, *&c.* Eadem ſunt aliorum paſſim Galliæ Præſulum verba, quæ tædet repetere.

Ex teſtimoniis hactenus adductis ſatis liquet, quibus aliquid ſat eſt quæ genuina ſit cauſa, quæ Galliarum Epiſcopos impellat ad reverenter abſque morâ recipiendas ac executioni mandandas Dogmaticas Romanorum Pontificum ſanctiones. Venditent alii eam eſſe prævium & accuratum ipſorum examen, quo de Pontificiæ defini-

(2) ***Mand. Paſtor pro public. conſtit.*** Unigenitus *edito an.* 1714. Vous devez recevoir avec obéiſſance ce qui a été décidé par le Souverain Pontife, parce que S. Pierre qui vit & préſide dans le Siége de Rome, qui eſt toujour le ſien, inſtruit encore de la vérité de la Foy, ceux qui s'adreſſent à lui pour le conſulter. *V. recueil des mandem.* pag. 314.

(3) ***Mand. Paſtor pro public. Conſtit.*** Unigenitus *edito an.* 1714. Nous vous exortons d'avoir une attention pleine d'obéiſſance à ce qui a été écrit par N. S. P. le Pape, parce que S. Pierre qui vit encore & préſide dans ſon Siége découvre la vérité de la Foi à ceux qui l'y cherchent avec humilité *V. recueil des mandem.* pag. 372.

(4) *Docum. Paſtor. an.* 1724. pag. 29. Obéiſſons à ce qui a été décidé par le Souverain Pontife, parce que S. Pierre qui vit encore & préſide dans ſon ſiége, &c,

Digitized by Google

tionis æquitate dubii & incerti ſanam in illâ Doctrinam contineri tandem dignoverint. Pace illorum dicam, falluntur, vel alios fallere cupiunt, 1°. Enim tali circa Pontificias de Fide Conſtitutiones examine non occupantur Antiſtites Gallicani. 2°. Hanc cauſam nunquam attulêre Præſules eruditi, quam tamen afferre non omiſiſſent, ſi genuina fuiſſet. 3°. Hæc cauſa cum perpetuâ illorum agendi ratione conciliari non poteſt. Nos quibus tam infeliciter ariolari datum non eſt, eam credimus eſſe cauſam, quam ipſi Galliarum Antiſtites, ſive ſuis in ſedibus diſperſi, ſive in cætibus adunati afferunt & manifeſtant. Unde dicimus illos Dogmaticis Romanorum Pontificum judiciis ideò ſine cunctatione ſubſcribere, quia omnimodè tenentur ad manifeſtandam ſuam erga viſibile Eccleſiæ caput obedientiam (1) ne ſenſim marceſcat illa erga Sedem Apoſtolicam obedientiæ ſimplicitas, in quâ præſtandâ ad extremum uſque Spiritum aliis exemplo eſſe volunt (2). Quia firmiter credunt, & cum vetuſtæ ætatis Eccleſiâ perſpectum habent ex Chriſti Domini noſtri pollicitatione Petro factâ judicia pro ſanciendâ Regulâ Fidei à Summis Pontificibus lata divinâ æque ac Summâ pollere autoritate (3). Quia pro certo tenent Dogmatica Romanorum Pontificum decreta tantæ eſſe autoritatis, ut illi Chriſtiani OMNES proindéque metipſi ex officio ipſius quoque mentis obſequium præſtare teneantur (4). Quia id ab ipſis poſtulat Chriſtiana modeſtia ac Eccleſiaſtica ſubordinatio (5) uno verbo Romani Pontificis judicantis autoritas, non illius judicii examen Gallicanos Epiſcopos inclinat ad Dogmatica illius decreta abſque morâ amplectenda & executioni mandanda.

(1) *Eminent. de Noailles.*

(2) *Illuſtr. Fenelonius Camerac. Archi-Præſul.*

(3) *Conventus Cleri Gallic. an. 1653. an. 1705. an. 1714.*

(4) *Idem conventus.*

(5) *Comitia generalia Cleri Gallic. an. 1700.*

Hæc vero decretis Romanis ſubſcribendi ratio Pontificiæ inerrantiæ cultoribus propria quàm idonea, quàm potens ſit ad illuſtrandam & confirmandam Gallorum Antiſtitum de ſupremâ & irreformabili Sedis Apoſtolicæ ſententiam, & patet ex dictis, & agnoſcunt adverſarii, & ab unoquoque qui vèl leviter attendat facilè perſpicitur.

LIBER QUARTUS.

In quo reſolvuntur argumenta quæ ad labefactandam Germanam Gallorum Antiſtitum de Pontificiâ inerrantia Doctrinam adduci ſolent.

TOT tantiſque momentis elucidatâ jam , ac planè ſtabilitâ Germanâ Gallorum Epiſcoporum de Pontificiâ infallibilitate ſententiâ id unum nobis ſupereſt , ut quæ ad illam obſcurandam & pervertendam ſæpius ingeruntur argumenta diluamus penitùs ac ſtrenuè confutemus ; quæ quidem objecta fallaciis, falſitatibus, calumniiſque denudata , quibus ſolis aliquem veritatis colorem in ſcriptis Neotericorum Galliæ , Romæque infeſtorum obtinuerunt , caduca adeò Leviaque demonſtrabimus , ut aliquas in aſſertam Gallorum Antiſtitum Doctrinam nebulas nedum effundere valeant , lucem illi majorem allatura ſint , novumque ſplendorem adjectura. Hoc illis omnibus perſpectum atque exploratum fore confidimus , quotquot animo attento legere , maturoque & æquò judicio quæ dicenda hâc in parte reſtant expendere non dedignabuntur.

Digitized by Google

CAPUT I.

Aſſerta Gallorum Antiſtitum Sententia indè labefactari non poteſt, quòd propugnent Epiſcopos in Fidei cauſis eſſe judices, ac ut judices Pontificiis conſtitutionibus Subſcribant.

QUICUMQUE in ſupremam & ineluctabilem R. Pontificis autoritatem invadunt importunius obtendere ſolent ac probare moleſtius Epiſcopos in Conciliis judices eſſe, non ſimplices Rom. Pontificis conſiliarios, non meros Pontificiarum Conſtitutionum executores; de rebus Fidei judicare ac judicaſſe non modò antè, ſed & poſt definitiones R. Pontificum; perindè ac ſi his ſemèl ſtabilitis ac probatis doctrinæ capitibus everſa rueret R. Pontificis infallibilitas; neque admitti poſſit judicium Papæ in Fidei rebus ſupremum eſſe & irreformabile, niſi judicandi facultas Cæteris Epiſcopis adimatur. Quos non egiſſent triumphos adverſarii, ſi hanc illorum vitiligationem omiſiſſemus? Quos non labores impendiſſent ad colligenda illa Gallicanorum Antiſtitum teſtimonia, quibus Epiſcopos veros eſſe Fidei judices declarant, Ut indè concluderent eoſdem Pontificiæ inerrantiæ minimè ſuffragari. Ne igitur aliquid eorum prætermittamus, quæ futiliter quidem, ſed audacter urgeri non omitterentur ad obſcurandam ſeu labefactandam Germanam Gallorum Antiſtitum quàm exponimus ſententiam, de hoc etiam argumento differendum eſſe duximus.

Fatemur itaque quod veriſſimum eſt; Illuſtriſſimi Galliarum Antiſtites cenſent, ac ubique docent Epiſcopos in Conciliis generalibus ſedere ut judices, non verò ut ſimplices Rom. Pontificis conſiliarios; Epiſcopos naturales eſſe Fidei controverſiarum judices; hoc judicis miniſterio uti poſſe, tùm antè Sedis Apoſtolicæ Conſtitutiones, tum poſteà. Et rèverâ quidem Gallicani Epiſcopi Pontificia de Fide decreta recipere conſpiciuntur non ut meri illorum executores, ſed ut judices. Hanc eſſe certiſſimam Gallorum Antiſtitum doctrinam, & praxim candidè profitemur ac ex innumeris ipſorum argumentis exploratiſſimum habemus. Verùm nè indè concludatur Supremam ac ineluctabilem ab ipſis non agnoſci R. P. autoritatem Obſtat veritas, obſtant & ipſiſſimi Galliarum Epiſcopi.

Etenim

Etenim quiſquis Præſules Gallicanos Pontificiæ infallibilitati ſuccenſere indè Colligis, quòd Epiſcopis adſerant de Fide judicandi miniſterium, collige pariter Pontificiæ inerrantiæ adverſari Cardinalem de Turrecremata (1) Melchiorem Canum, Bellarminum, Sfondratum (2) Joſephum Orſi (3), atque alios omnes inſigniores ac graviores Pontificiæ infallibilitatis aſſertores: ii enim omnes Romano Pontifici à Conſiliis tantùm eſſe Epiſcopos apertè negant, meros eos eſſe Pontificiarum Conſtitutionum executores nec dicunt, nec dicere unquam cogitarunt; veros è contra eos eſſe Fidei controverſiarum judices ubique profitentur, affirmant, imò datâ operâ ac validiſſimis momentis oſtendunt ac evincunt. Conſule præ ceteris ſtrenuum illum & indefeſſum Catholici dogmatis contra Lutheranos ac Calvinianos defenſorem, Bellarminum dico, in cujus tractatu de Conciliis & Eccleſiâ caput XVIII. hunc titulum præſe-fert ***Epiſcopos in Conciliis non conſiliarios ſed judices eſſe.*** Conſule Canarienſem illum Epiſcopum ingenii ſoliditate ac eruditionis laude ævo ſuo vix ulli Secundum, Melchiorem Canum dico, Dominicanæ familiæ decus & ornamentum qui (4) Epiſcopis autoritatem & officium judicis in rebus Fidei tot ac tantis adſerit argumentis, ut ponderoſius nil unquam protulerint Epiſcopalis autoritatis ſtudioſiores, ex quo facilè percipies non niſi ad invidiam horumce Theologorum ſententiæ conflandam tam ſæpè ab inerrantiæ Pontificiæ oſoribus inculcari Epiſcopos Fidei controverſiarum eſſe judices, non ſimplices R. Pontificis conſiliarios, non meros ipſius decretorum executores; quaſi verò hæc Epiſcoporum prærogativa ab illis inficiaretur, qui Pontificiæ infallibilitati ſuffragantur; ex quo iterum percipies peſſimè indè concludi Præſules Gallicanos Pontificiæ inerrantiæ adverſari, quòd judicis autoritatem & officium Epiſcopis tribuant ac vindicant.

(1) *Lib.* 3. *ſummæ Eccleſ. cap.* 63. 64.

(2) Gallia vindicata *diſſert.* 4. §. 1. *num.* 4.

(3) *De irreformab. R. Pontificis judicio tom.* 1. *part.* 2. pag. 277.

(4) *De locis Theolog. lib.* 5. *cap.* 5. *quæſt.* 2.

Et certè cùm ad Provinciæ cujuſdam Epiſcopos ſancita in Conciliis œcumenicis decreta ab ipſis ſuſcipienda tranſmittuntur, numquid non ut legitimi Fidei judices illa recipiunt? Nefas nè illis fuerit ſuum de illâ Doctrinâ judicium ferre quam generales illæ Eccleſiæ Synodi definierunt? Ergóne infallibili Eccleſiæ congregatæ autoritati derogarent, ſi latas ab ipsâ definitiones ſuo illi interpoſito judicio acceptarent? Minimè verò, niſi aſſeratur quod nemo hactenus cogitavit Catholicus, Eccleſiam nempè, dum in Conciliis infallibilia condit Fidei decreta, abſentibus Epiſcopis judicum munus & officium adimere. Non ità eſt profectò, atque, ut Turnelii verbis utar,

infallibilis autoritas ſeu ſcripturæ, ſeu Concilii verè generalis quam omnes ortodoxi agnoſcunt, non obſtat quominùs Epiſcopi ſuum etiam judicium interponant circa res vel in ſcripturis expreſſas, vel definitas in Conciliis; quia nempè Epiſcoporum eſt de rebus Fidei ac Religionis pronuntiare (1). Quare ergo infallibilis Romanorum Pontificum autoritas impediret ne Gallicani Præſules ſuum etiam ferrent judicium de rebus Pontificiâ Conſtitutione definitis? Enim verò ferendæ ab Epiſcopis ſententiæ plus officeret Summi Pontificis quam *Concilii verè generalis* indeficiens judicium? Ad popellum phaleras.

(1) *De Eccleſ.* 2. *tom. quæſt.* 3. *art.* 2. pag. 344. edit. Pariſ.

At enim quorſum extraneis argumentis immoramur, quibus oſtendamus Illuſtriſſimos Galliarum Antiſtites infallibilem S. Pontificis autoritatem nihil lædere, dum latas ab eo Conſtitutiones viâ judicii recipiunt? Nihil ipſi quo id omnibus patefiat deſiderandum nobis reliquerunt. Iſtud potiſſimùm ubique præcaverunt nè quis certiſſimam illorum de indeficienti Apoſtolicæ Sedis autoritate ſententiam dubiam indè faceret, quòd Pontificias deciſiones ipſi tanquam judices recipiant. Adeò verum eſt nodos in ſcirpo, vel in ſudo nubila detectum priùs ac inventum iri, quàm nè verbulum quidem Gallicanos apud Antiſtites Romanæ inerrantiæ contrarium. Et reverâ quidem ubique prodocent Doctiſſimi Præſules poſſe Epiſcopos ſuum interponere judicium ut circa res in œcumenicâ Synodo definitas, ità circà ſolemnes R. Pontificis Conſtitutiones, quamvis infallibilem utriuſque autoritatem profiteantur: ***Si Epiſcopi***, inquit Rhutenenſis Antiſtes, ***qui factam in œcumenico Concilio deciſionem acceptant, illud ipſum judicant ac decidunt quod in Concilio jam deciſum ac judicatum eſt, quid ni Epiſcopus Pontificiam quam infallibilem putat deciſionem acceptando, judicare tamen & quod à Summo Pontifice jam deciſum eſt, cum illo decidere dici poſſit*** (2) hinc eruditè non minùs quàm ſolidè probavit Emin. Card. de Tencin Epiſcopos qui ***Pontificiæ infallibilitatis fundamento innixi Romanas deciſiones ſuſcipiunt eaſdem nihilominùs viâ judicii acceptare*** (3) igitur ex unanimi Gallicanorum Antiſtitum mente immeritò prorſus colligeretur Epiſcopos illos inerrantiæ Pontificiæ refragari, qui Apoſtolicas Conſtitutiones tanquam idonei Fidei judices am-

(2) *Docum. Paſtor. toties laudato parte* 2. pag. 230. Si les Evêques qui acceptent la déciſion d'un Concile ecumenique jugent & décident ce qui a déja été jugé & décidé par le Concile, pourquoi ne dira-t-on pas d'un Evêque qui accepte une déciſion du Pape, que quoique qu'il la croye infaillible, il juge pourtant, & il décide avec le Pape ce que le Pape a déja jugé & décidé.

(3) *Docum. Paſtor.* Sur les jugemens définitifs de l'Egliſe *pag.* 19. & *ſeq.* Les Evêques en acceptant les déciſions du Pape ſur le fondement de ſon infaillibilité, ne les acceptent pas moins par voye de jugement.

plectuntur, ac ſuam circa illas ſententiam interponunt.

Præterea verò nonne jam vidimus (1) ex ampliſſimis Eccleſiæ Gallicanæ Proceribus multoties accidiſſe, ut poſteriora Concilia ſuum de iis rebus rurſum tulerint judicium, quas in prioribus Conciliis infallibili autoritate univerſa Eccleſia jam definierat? Ergóne, quærunt eruditi Antiſtites, œcumenicæ poſteriorum ſeculorum Synodi infallibilem præcedentium Conciliorum autoritatem labefactaverunt? An veritatem jam antea definitam in dubium revocantes priora decreta recoxerunt? Minimè prorsùs, reſpondent Gallicani Epiſcopi, ità factitatum legimus, non ut habiti deinceps Eccleſiæ conventus Prioribus ſanctionibus vim ullam aut robur neceſſarium adderent, quippè qui infallibili judicio editæ jam fuerant, ſed tùm aliis de cauſis, tùm etiam ut legitimam quam habent Antiſtites judicii facultatem exercerent, ſummamque Fidei ſuæ cum avitâ Fide conſenſionem omnibus manifeſtarent. Ergò pariter Epiſcopi Romanæ inerrantiæ cultores Pontificiâ de Fide decreta ut judices ac legitimi viâ judicii illæſâ Pontificis infallibilitate recipere poſſunt.

(1) *Lib.* 2. *cap.* 3.

Ecquis tandem neſciat eoſdem Galliarum Epiſcopos, Queſnelianis gannientibus extraneos Præſules ut potè Pontificiæ infallibilitatis defenſores Clementinæ Conſtitutioni ***Unigenitus***, nullo interposito judicio ut meros ***executores*** adhæſiſſe, quis inquam neſciat Illuſtriſſimos Galliarum Epiſcopos adverſus putidam adeò calumniam vehementer inſurrexiſſe, viriliterque propugnaſſe Catholicos aliarum Gentium Antiſtites non minùs quàm Gallicanos Pontificiæ deciſioni ut judices ſubſcripſiſſe, quamquam Pontificem ipſum infallibilem eſſe contendant, quia nempè & indeficiens Papæ autoritas, & legitima Epiſcoporum judicandi facultas apprimè ſociantur invicem & concordiſſimè conveniunt. Ita ex profeſſo & editis operibus docuerunt Senonenſis (2), Rhutenenſis (3) Eberodunenſis, (Emin. Card. de Tencin) (4) Cameracenſis (de S. Albin) (5) Meldenſis (Emin. Card. de Biſſy (6) totque alii Galliarum Antiſtites qui hoc idem argumentum eruditè verſaverunt; quique ubique aſſerunt Clementinam Conſtitutionem eſſe non ſolum S. Pontificis & aliquot Epiſcoporum, ſed totius docentis Eccleſiæ ***definitionem*** atque ***judicium***; quod quidem aſſertum manifeſtè ſupponit Epiſcopos ex quibus coaleſcit Eccleſia docens Pontificiæ Conſtitutioni judicando & definiendo acquieviſſe.

(2) *Epiſt ad. D. de Lamoignon*, p. 41. 3°. *Monito ad ſuæ Diæc. reſtrat.* pag. 90.

(3) *In Docum. Paſtor. citato paſſim in parte* 2.

(4) *Docum. Paſtor.* ſur les jugemens définitifs de l'Egliſe, *pag.* 19. & *ſeqq.*

(5) *Docum. Paſtor. contra conſultat. Advocat. Pariſ.* pag. 94.

(6) *Docum. Paſtor.* au ſujet de la Conſtit. Unig. *pag.* 214. & *ibi paſſim.*

Neque porrò aliter de extraneis Epiſcopis inerrantiæ Romanæ vindicibus citra ſummam injuriam ipſis illatam ſentire ac loqui po-

tuiſſent Galliarum Antiſtites. Etenim perpetuò docent & ubique inculcant eas eſſe Epiſcoporum partes, ut *Bullas Dogmaticas viâ judicii recipiant* (1). Quiſquis igitur exiſtimat hujus generis non eſſe cæterorum extra Gallias Epiſcoporum acceptationem, is illicò putat tot Catholicos Eccleſiæ Præſules ſuo deeſſe officio, ac in tantâ muneris ſui parte turpiter admodum prævaricari. Procul à Gallicanis Epiſcopis tam iniqua, tam injurioſa de Collegis ſuis exiſtimatio, quos imò ab illâ Queſnelianorum malè ſartâ criminatione ſtrenuè vindicarunt. Non ſemèl aſſeruerunt *atrociſſimam eſſe calumniam* illos Epiſcopos indignè traducere ut *ignaros* aut *prævaricatores* (2), nec minimam officii ſui partem eſſe duxerunt (3) multis elogiis celebrare illorum Epiſcoporum *Fidem*, *Pietatem*, *Modeſtiam*, *proprii commodi neglectum*; ſpectabilemque eorum *Pietatem*, *Doctrinam*, *vitæ ſanctimoniam*, toti Galliæ manifeſtare iis temporibus, quibus Novatores famam illorum & agendi rationem procacibus dicteriis laceſſebant.

(2) *Languetius Archiep. Senon. in Monito 3°. ad ſuæ olim Diæceſ. refract.* pag. 96.

(3) *Idem Monito 2.* pag. 43. & 44. & *in ſuis adnotationibus in Docum. Paſtor. Emin. de Noailles* pag. 216.

Nihil itaque proficit qui ex modo Conſtitutiones Apoſtolicas acceptandi Gallicanos apud Antiſtites uſitato concludit illos infallibilitati Pontificiæ adverſari, quando quidem ex ipſis Galliarum Præſulibus conſtat eandem quoque à ceteris orbis Catholici Epiſcopis obſervari methodum, ſeu tàm alibì quàm in Galliâ Romanas ſanctiones legitimi viâ judicii ab Epiſcopis acceptari. Quid quod & Illuſtriſſimi ſcriptores nos haud ſemel docuerint Romanos Pontifices quanquam indeficientis ſuæ autoritatis certiſſimos nuſquam tamen hâc mente fuiſſe, ut Epiſcopos redderent meros decretorum ſuorum curatores ſeu executores? Ità Emin. Card. de Tencin. *Summi Pontifices*, inquit (4), *licet infallibilis ſe eſſe autoritatis perſuaſum habeant, non minus perſuaſum habent Epiſcopos eſſe Fidei judices.*

Quære ab Epiſcopis Gallicanis in Concilio Turonenſi an. 1699. menſe Julio coactis num ea ſit R. Pontificis intentio ac voluntas, ut in acceptandis ſuis deciſionibus Epiſcopi unum exerceant exequendi officium; imò, inquiunt (5) *uſitatiſſima Romæ erga Italos ipſos Epiſcopos agendi ratio non eſt, illos reddere meros reſcriptorum ſuorum*

(1) *Cætus Cleri Gallic. an.* 1655. *V. acta Verbalia* pag. 733. *Cætus Cleri Gallic. an.* 1700. *V. acta Verbalia* pag. 421. *Cætus Cleri Gallic. an.* 1705. *V. acta Verbalia* pag. 214.

Emin. de Biſſi in Docum Paſtor. an. 1722. pag. 119. Les Evêques de France en parlant de la maniere dont les Evêques doivent accepter les Bulles, ont déclaré plus d'une fois dans les Aſſemblées générales du Clergé, & déclarent encore aujourd'hui que les Bulles Dogmatiques doivent être reçûes par les Evêques par voye de jugement.

(4) *Epiſtolâ ad Emin. Cardin. de Rohan* au ſujet de la lettre circulaire &c. Les Papes quelque perſuadés qu'ils ſoient de leur infaillibilité, ils ne ſont pas moins convaincus que les Evêques ſont juges de la Foi.

(5) *Mémoires du Clergé tom.* 1. pag. 538. L'uſage le plus commun de Rome pour les Evêques d'Italie, n'eſt pas de les rendre ſimples executeurs dans les reſcrits qui leur ſont adreſſés; mais exécuteurs & juges.

executores, ſed executores ſimul & judices. His potiſſimùm verbis inſiſtit Senonum Archi-Præſul ut probet Epiſcopos Ultramontanos executores ſimul eſſe & judices. Atque ut efficacius oſtendat Turonenſis conventus hâc in re teſtimonium, ſcitè animadvertit huic Concilio præfuiſſe Epiſcopum Turonenſem *qui in Urbe magni momenti munus diu ſatìs perfunctus fuerat, ut Romanos uſus dignoſcere ac teſtificari poſſet* (1). Unde Doctiſſimus Præſul in tertio monito concludit *Pontificiâ deciſione minimè deſtrui collata Epiſcopis à Chriſto jura, quibus circa res Fidei judicare poſſunt* (2) item *meras* eſſe *fabulas* aït illos Queſnelianorum Sermones, quibus crocitabant Hiſpanos Epiſcopos eò ipſo quòd inerrantiam Pontificiam tuentur, judicandi Privilegium abnuere (3). Et jure quidem ac meritò ità pronuntiat Senonenſis Antiſtes; etenim, ut Rhutenenſis jam laudati verba referam, *Epiſcopi non ſolùm in Conciliis, verùm & extra Concilia, omnibus temporibus & locis ordinis ſui charactere Fidei judices exiſtunt, cùmque de acceptandâ Summi Pontificis, & ipſius generalis Synodi definitione agitur; tantùm abeſt ut judicum exuant perſonam, ut contra, ſicuti alias diſſeruimus, judicum munus tùm etiam exerceant* (4). Quaſi diceret Illuſtriſſimus autor infallibilem Romanorum decretorum autoritatem non magìs quam Concilii etiam œcumenici definitionem impedire, quominùs Epiſcopi in acceptando ſeu Pontificis, ſeu Concilii decreto judicum munus exerceant, proindéque illos non eo ipſo judicii ac ſuffragii, ut aiunt, deciſivi jure ſpoliari, quò Romani Pontificis inerrantiam profitentur.

(3) *Ib.* N. LXXIX.

In fumos igitur & cineres abit illa adverſariorum argumentatio, quâ Gallicanos Antiſtites infallibilitati Pontificiæ contrarios, ideò contendunt, quia Apoſtolicas Conſtitutiones viâ judicii recipiunt, ſuumque interponunt judicium circa res jam à Pontifice definitas. Habemus ſiquidem ex Illuſtriſſimis Præſulibus Epiſcopos novo ſæpè judicio illa reprobaſſe aut definiiſſe, quæ jam in Synodis œcumenicis ab universâ Eccleſiâ reprobata aut definita fuerant. Habemus iterum extraneos orbis Catholici Epiſcopos licèt inerrantiæ

(1) *Epiſt. ad D. de Lamoignon* pag. 41. Voilà ce qui eſt atteſté par un Prélat (*Mr. l'Archevêque de Tours*) qui avoit occupé aſſez longtems une place importante dans Rome pour en ſçavoir les uſages & en rendre témoignage.

(2) *Monito 3º. ad ſuæ olim Diaceſ. refract. num.* LXXI. La déciſion du Saint Père ne dépoüille pas les Evêques des droits qu'ils ont reçu de Jeſus-Chriſt par rapport au jugement des cauſes de la Foi.

(4) *Docum. Paſtor toties laudato* pag. 292. Les Evêques ſont par leur caractère non-ſeulement dans les Conciles, mais auſſi hors des Conciles en tous tems & en tous lieux, les juges de la Foi, & lorſqu'il s'agit d'accepter une déciſion du Pape & même celle d'un Concile ecumenique, loin de ſe dépoüiller de cette qualité de juge, ils en exercent, comme nous l'avons dit ailleurs, la fonction.

Pontificiæ cultores Apoſtolicis deciſionibus ut judices, ſeu viâ judicii adquieſcere. Habemus denique Romanos ipſos Pontifices hâc mente nunquam fuiſſe, ut Epiſcopos legitimi judicii jure ſpoliarent, eoſque efficerent meros decretorum ſuorum executores. Verbo dicam, tantùm abeſt ut Gallicani Præſules inerrantiam Pontificiam labefactare, ſupremæque Romanarum Conſtitutionum autoritati, illas judicii viâ acceptando, derogare voluerint, ut contrà ipſimet argumentum illud diſſolverint, quod hodierni Pontificiæ infallibilitates oſores extundebant ex antiquis illis Eccleſiæ Conciliis, in quibus Dogmatica Pontificum decreta novo judicio ſubjiciebantur. Ex quibus omnibus perſpicuum eſt oleum illos & tempus perdere, quotquot Gallicanos Antiſtites indeficienti Romanorum PP. autoritati refragari exindè colligunt, quia propugnant Epiſcopo ſin rebus Fidei eſſe judices, & Pontificiis decretis non niſi viâ judicii ſubſcribunt.

Verùm, inquis, quî fieri poteſt ut neſcia erroris credatur R. Pontificis in judicando autoritas, & tamen ad novum judicium ea revocentur quæ ab ipſo definita ſunt? Ut Epiſcopus viâ judicii ſeu tanquam judex, Pontificia decreta ſuſcipiat, nonne oportet ut priùs examinet utrùm Sacræ Scripturæ ac traditioni conſona ſint, quæ à R. Pontifice definita legit. Si anxiam iſtam ac maturam omitteret diſcuſſionem, nunquid Apoſtolicam definitionem viâ judicii reciperet? Nunquid in eâ ſic recipiendâ judicis partes ſuſtineret? Nequaquam profectò. Quis ergò concipiat, quis intelligat iſtud judicium Pontificiæ infallibilitati nil detrahere, ac præconceptam inerrantiæ Pontificiæ ſententiam cum hâc judicandi prærogativâ optimè conciliari?

Eſto minimè concipiatur; nobis haud opus eſt ſcire vel exponere quâ ratione prolatum circa res à P. Romano definitas ab Epiſcopis judicium cum præconceptâ ipſorum de inerrantiâ Pontificiâ opinione concilietur; dummodo certum ſit ac conſtanter ab Epiſcopis Gallicanis aſſertum & declaratum illa duo optimè ſociari. Conſtabit pariter, quod oſtendendum nobis erat Gallicanos nimirum Epiſcopos inerrantiæ Pontificiæ adverſari indè Colligi non poſſe, quòd Pontificiis decretis ut judices ſeu viâ judicii ſubſcribant. Attamen ne quiſquam ſuſpicari poſſit ea à Gallicanis Epiſcopis interdùm proferri, quæ ſecum invicem vel pugnent, vel non ſatis cohæreant, in iis explicandis, ac in optimâ luce collocandis immorari non abnuimus, quæ omnem prorſùs hâc in re dubitationem vel ſcrupulum diſſipare valeant.

Digitized by Google

Equidem ſi objectato examine occupari deberent Epiſcopi, ut Pontificia decreta tanquam judices ſeu viâ judicii recipere cenſendi forent, profectò pugnantia ſcriberent, fateor, Antiſtites Gallicani, quando tradunt Pontificia decreta ab iis etiam viâ judicii recipi, qui neſcia erroris ea profitentur. Pugnat enim ut ipſimet ſignificant Epiſcopi Gallicani (1) quòd aliquis Romanum Pontificem in Fidei deciſionibus infallibilem credat,& Pontificias de Fide deciſiones dubius examinet, utrùm Scripturæ Sacræ vel traditioni ſint conſentaneæ vel adverſæ; qui enim Pontificiam Conſtitutionem neſciam erroris eſſe credit de illius æquitate ac veritate minimè dubitat, at quod iſtud examen Epiſcopi præmittere debeant, ut per viam judicii ac tanquam judices Pontificia decreta recipiant, merum ac putidum eſt Novatorum commentum, quod nemo ſæpius, nemo validius refutavit ac procul amandavit, quàm Galliarum Epiſcopi.

Enim vero Queſnelianæ factionis aſſeclæ, ut oſtenderent Clementinam quæ incipit *Unigenitus* Conſtitutionem non eſſe judicium ac definitionem Eccleſiæ univerſalis,ſed particulare tantummodo R.Pontificis judicium quod, juxta ipſos, Fideles ad aſſenſum obligandi vim non habet,ſic argumentabantur (2):longè major Epiſcoporum numerus,qui certiſſimè militat pro R. Pontificis infallibilitate,non examinavit utrum vera an falſa eſſent quæ à R. Pontifice definita erant; ſine hâc præviâ & accuratâ diſcuſſione Clementinam Conſtitutionem recepit. Atqui non judicat, neque judicis officium exercet, qui ſine illo prævio examine Pontificias definitiones acceptat. Ergo longè major Epiſcoporum numerus nullum circa Clementinam Conſtitutionem interpoſuit judicium, ſeu Clementina Conſtitutio non eſt judicium longè majoris Epiſcoporum numeri, proindèque Eccleſiæ univerſalis. En quod argumentum tàm ſæpè tàm audacter obtrudebatur ad elevandam & infringendam Pontificiam Conſtitutionem.

Quid huic argumento Francorum Epiſcopi ſanæ Doctrinæ vindices? Agnoſcunt quidem ac paſſim teſtantur (3) longè majorem Epiſcoporum numerum R. Pontificis infallibilitati apertiſſimè ſuffragari, agnoſcunt pariter, quod evidentiſſimum ac certiſſimum eſt apud omnes, Præſules nimirum Pontificiæ inerrantiæ defenſores ſine objectatâ diſcuſſione, quæ ex animi circa rei definitæ veritatem dubitatione proficiſcitur, Clementinam Conſtitutionem recepiſſe (4); at ubique

(2) *Réponſe à l'Inſtruct. Paſt. de M. le Card. de Biſſy, au ſujet de la* Bulle Unig. *anno* 1723. *chap.* XVII. & XVIII. *Verité renduë ſenſible, articl.* 7. *quæſt.* 2. 2. *Lettre d'un Théologien à M. de Soiſſons* pag. 134. *Memoire où l'on examine ſi l'appel des quatre Evêques eſt légitime*, pag. 79. Vide etiam. *Inſtruction familiere ſur la Conſtitution* Unig. Item, *Néceſſité de l'appel*, &c. Item, *Juſtification du Droit & de la Canonicité de l'appel.* Item. 2. *Lettre du Pére de Gennes à M. l'Evêque d'Angers*, &c.

(3) *Gallorum Antiſtitum teſtimonia retulimus in cap.* 8. §. 3. *lib.* 1.

(4) *Emin. de Biſſy in Docum. Paſt.*

(1) *Emin. de Biſſy in Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 119. Le principe que chaque Evêque doive donner ſon ſuffrage par voye de jugement après une exacte diſcution du point décidé en le comparant avec l'Ecriture Sainte & la tradition conſtamment n'eſt pas conciliable avec le ſentiment qui attribue au Pape l'Infaillibilité dans les déciſions de la Foi.

an. 1722. pag. 115. & 135. *Languetius Archiep. Senon. in* 5. *Doc. Paſt. parte* 4. *Num.* CVIII. p. 814. &c.

negant iſtam diſcuſſionem eſſe neceſſariam, ut Epiſcopus in recipiendis Pontificiis de Fide decretis agat ut judex, ac judicis officium adimpleat. Conſtanter aſſerunt Clementinam Conſtitutionem ab iis Epiſcopis viâ judicii receptam fuiſſe, qui ob præconceptam infallibilitatis Pontificiæ ſententiam ſine eâ diſcuſſione illam receperant, ac eam deciſionem ubique vocant definitionem & judicium univerſalis Eccleſiæ (1).

Quòd autem Epiſcopi ſine iſtâ præviâ diſcuſſione Pontificia de Fide decreta tanquam judices, ſeu viâ judicii recipere poſſint probant, 1°. Exemplo plurium Conciliorum generalium, in quibus Epiſcopi tanquam judices ac novo interpoſito judicio ea definierunt ac rursùs de Fide declararunt, quæ à Conciliis œcumenicis, ab Eccleſiâ univerſali jam fuerant definita ac certò determinata. Hoc porrò judicium ſine præviâ illâ diſcuſſione, quæ ex animo circa rei definitæ veritatem dubio ac hæſitante procedit, interpoſitum ſanè fuit. Probant 2°. Exemplo Epiſcoporum qui tanquam judices decreta Conciliorum generalium recipiunt, qui tamen ſinè illâ quæ urgetur diſcuſſione ea recipiunt. Probant 3°. Exemplo plurium RR. PP. deciſionum E. G. contra Baium, Molinos, &c. quæ ſine eâ diſcuſſione licet receptæ, nihilominùs à nemine Catholicorum non habentur tanquam immotæ ac irreformabiles Eccleſiæ definitiones, ac univerſalis Eccleſiæ judicia. Et verò, inquiunt, nullum jam haberi poſſet Eccleſiæ judicium, nulla Eccleſiæ definitio (quando ſaltem R. Pontifex primus de Fide pronuntiat) ſi hæc diſcuſſio eſſet neceſſaria, ut Epiſcopi agerent ut judices; Pontificia enim quæcumque definitio à tot Epiſcopis, qui ipſum in judicando credunt infallibilem, ſemper recipientur ſinè iſtâ diſcuſſione, quæ ab iis fieri non poteſt qui Pontificiæ infallibilitati Patrocinantur. His tam firmis, atque aliis momentis luculentiſſimè contra Queſnelianos oſtendunt Francorum Antiſtites haud opus eſſe ut iſta, quæ ab illis urgebatur, diſcuſſio fiat ab Epiſcopis, ut judicis partes in acceptandis Pontificiis Conſtitutionibus ſuſtineant, & conſequenter ut Clementina Conſtitutio *Unigenitus* vera ſit Eccleſiæ univerſalis definitio ac verum Eccleſiæ judicium, licèt à tot Epiſcopis inerrantiæ Pontificiæ Patronis ſine illâ ancipiti diſcuſſione recepta ſinè dubio fuerit.

Quid igitur opus eſt, inquis, ut Pontificia decreta ab Epiſcopis viâ judicii recipiantur, ſi memoratum examen præmittendum non ſit? Quo igitur modo, quo ſenſu, Epiſcopi ſunt judices ac judicis partes exercent in recipiendis Apoſtolicis deciſionibus? Eo ipſo judicant eo

(1) *Languetius laudatus in* 8. *Docum. Paſtor.* à pag. 68. *uſq. ad* pag. 78. Item *in Monito* 3°. *ad ſuæ olim Diœceſ. refract.* à pag. 91. *uſque ad* pag. 101. *Emin. de Biſſy in Docum. Paſt. an.* 1722. pag. 35. & 123. & *alibi. Emin. de Tencin in Docum. Paſt.* ſur les jugemens définitifs de l'Egliſe, pag. 19. & *ſeq. Epiſcopus Ruthenenſis in Docum. toties citat. parte* 2. à pag. 225. *uſq. ad* pag. 231. & *alii.*

eo ipſo definiunt Epiſcopi, quo Pontificiis judiciis adhærent & conſentiunt, eo ipſo judicis partes Epiſcopi ſuſtinent, quo decreta Apoſtolica adoptant. Quare? Quia Epiſcopi cum Fidei controverſiarum ſemper ſint judices atque hâc judicis prærogativâ nunquam ſpolientur, toties cum Romano Pontifice, ſicuti cum œcumenico Concilio judicant & definiunt, quoties illius decretis ſubſcribunt; ſubſcribunt enim ut Epiſcopi ut judices; quia dum Epiſcopi judicium Romani Pontificis adoptant, hoc judicium proprium ipſorum judicium evadit; tandem quia Epiſcopi dum Romani Pontificis judicio adhærent, interius ipſi formant judicium, quo ad Romani Pontificis cui adhærent Doctrinam & ſententiam ſeſe conformant. En ipſiſſima Gallorum Antiſtitum Doctrina; en quo ſenſu, quâ ratione contendant Illuſtriſſimi viri Epiſcopos decretis Pontificiis viâ judicii ſeu tanquam judices ſubſcribere, non verò ut meros ac ſimplices executores, ac judicis partes agere in acceptandis Pontificiis decretis. His principiis, hâc Doctrinâ contra Queſnelianos oſtendunt ac confirmant Clementinam Conſtitutionem *Unigenitus* verum eſſe Eccleſiæ univerſalis judicium ac certam illius definitionem. Nè verò putes incerta vel fucata de Gallicanis Epiſcopis hîc à nobis oſtentari, ipſos ſeu potius ipſorum verba jam attende.

Archiepiſcopus Senonenſis in Monito 3. *deciſio* inquit *R. Pontificis Epiſcopos juribus non ſpoliat quæ à Chriſto acceperunt, ut nimirum de Fidei cauſis judicent. Vèl cum adhæremus judicio R. Pontificis, hoc ipſo miniſterium exercemus quod à Deo accepimus* judicandi nimirum de Fidei rebus (1) in 8. Docum. Paſtor. *te fatente*, Senenſem Epiſcopum alloquitur, *omnis Epiſcoporum exterorum acceptatio ſive in formâ Mandatorum ſive in formâ Epiſtolarum cenſetur judicium ab ipſis prolatum, adhærendo judicant.... ipſorum adhæſio quâcumque formâ ſit data, pars eſt illius univerſalis & infallibilis judicii quod ex unanimi Epiſcoporum conſenſu reſultat* (2) objicitur Senonenſi exteros Epiſcopos in acceptandâ Clementinâ *Unigenitus* Conſtitutione *non examinaſſe non judicaſſe ſed obediviſſe tantum.* Reſpondet *in hâc*

(1) *Pag.* 9. *Num.* LXXI. La déciſion du S. Père ne dépouille pas les Evêques des droits qu'ils ont reçu de Jeſus-Chriſt par rapport aux jugemens des cauſes de la Foi. Lors même que nous adherons au jugement du S. Père, nous exerçons en cela même le miniſtère que nous avons reçu de Dieu, en ſorte qu'uniſſant notre voix à celle du Souverain Pontiſe notre Chef, nous contribuons chacun par notre ſuffrage a former cette voix infaillible de l'Egliſe univerſelle, &c.

(2) *Num.* XXIX. pag. 70. De votre aveu toute acceptation des Evêques étrangers, ſoit en forme de Mandement, ſoit en forme de Lettres eſt reputée un jugement de leur part: En adherant ils jugent.... leur adheſion en quelque ſorte qu'elle ſoit donnée fait partie de ce jugement univerſel & infaillible qui réſulte du conſentement unanime des premiers Paſteurs.

obedientiâ ſemper adeſſe judicium prudentiæ, quod licèt in tribunali prolatum non ſit (id eſt ſolemniter) *ſuum tamen robur ſuamque autoritatem habet* (1) id ipſum repetit in paginâ ſequenti, & aliis in locis; unde concludit *Clementinam Conſtitutionem cenſendam eſſe judicium Eccleſiæ univerſalis* (2).

Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. an. 1722. Queſnelianis aſſerentibus *exteros Epiſcopos Clementinam Conſtitutionem ut Fidei judices non acceptaſſe, quia ſinè examine illi ſubſcripſerant* ac proinde Pontificiam Conſtitutionem non habendam eſſe ut judicium Eccleſiæ univerſæ, reſpondet *ex illius examinis defectu colligi non poſſe illorum Epiſcoporum acceptationem junctam cum Epiſcoporum Gallorum acceptatione Eccleſiæ univerſalis judicium non conficere* (3). Eadem eſt reſponſio pag. 123. quando enim inquit eruditus Cardinalis *R. Pontifex primus judicat, & Epiſcopi exteri ejus abſolutè adoptant judicium, hoc Romani Pontificis judicium, proprium ipſorum judicium evadit* (4).

Illuſtr. de Saleon Epiſcopus Ruthenenſis in Documento toties laudato ità habet: *ſicuti Epiſcopi deciſionem R. Pontificis acceptando cum ipſo judicant & definiunt, quod jam definitum eſt, quare non dicemus deciſionem R. Pontificis acceptatam à Corpore Epiſcopali eſſe deciſionem Corporis Epiſcopalis, eſſe deciſionem Eccleſiæ univerſalis? Tandem enim ſi Epiſcopi qui Concilii œcumenici deciſionem acceptant, judicant ac decidunt quod à Concilio jam definitum ac judicatum fuit, quare non dicemus Epiſcopum qui deciſionem R. Pontificis acceptat licet ipſum infallibilem credat nihilominus cum R. Pontifice judicare ac definire quod à R. Pontifice jam definitum ac judicatum eſt* (5) & infra *Epiſcopi* inquit *non ſolum in Conciliis verùm &*

(1) *Ibid.* pag. 76. Il n'eſt donc pas queſtion de dire le très-grand nombre des Evêques n'a pas examiné, il n'a pas jugé, il n'a fait qu'obéir; car premièrement dans cette obéiſſance, il y a toujours un jugement de prudence lequel pour n'être pas rendu dans le Tribunal, ne laiſſe pas d'avoir ſa force & ſon autorité

(2) *Ibid.* p 13. Après ces témoignages anciens & modernes dira-t-il encore (*ſon Adverſaire*) que les Evêques, qui par obéiſſance envers le ſaint Siége, ont ſouſcrit à ſon décret, & qui ſe ſont répoſés ſur l'examen qui a été fait, ne doivent point être comptés, faute d'avoir examiné & jugé, & que par là la Conſtitution ne peut être réputée *le jugement de l'Egliſe univerſelle?*

(3) *Pag.* 128. *Objection.* Les Evêques étrangers s'y ſont ſoumis (*à la Conſtit. Unig.*) ſans examen, & par conſequent ſans agir en Evêques & en Juges de la Foi.

Réponſe. En convenant M. F. que ces différentes réflexions prouveroient que la Bulle a d'abord été reçuë par les Evêques étrangers ſans examen, on n'en pourroit conclure que leur acceptation eſt nulle & qu'étant jointe à celle des Evêques de France, elle ne fait pas le jugement de l'Egliſe Univerſelle.

(4) *Ibid.* pag. 215. Le Pape a jugé le premier, les Evêques étrangers adoptent abſolument ſon jugement qui leur devient propre.

(5) Puiſque les Evêques en acceptant une déciſion du Pape. décident & jugent ce qu'il a déja décidé, pourquoi ne dira-t'on pas qu'une déciſion acceptée par le Corps Epiſcopal eſt une déciſion du Corps Epiſcopal uni à ſon Chef, une déciſion de l'Egliſe Univerſelle? Car enfin ſi les Evêques qui acceptent la déci-

extra Concilia omnibus temporibus & locis, ordinis ſui caractere, Fidei judices exiſtunt, cumque de acceptanda Summi Pontificis & ipſius generalis Synodi definitione agitur, tantum abeſt ut judicum exuant perſonam, ut contra, ſicuti alias diſſeruimus judicum, munus tum etiam exerceant (1).

(1) Gallica verba ſuprà citavimus pag. 93.

Illuſtr. de Fenelon Cameracenſium Archi-Præſul in ſuo conventu Provinciali an. 1699. hæc adunatis Epiſcopis declarat: *cum R. Pontifex hanc* (Fidei) *cauſam judicaverit; Epiſcopi Provinciæ quamvis naturales Fidei judices in hoc cœtu atque in hâc peculiari circumſtantiâ* (poſt nempe R. Pontificis judicium) *ſanctæ Sedis judicio non aliud afferre poſſunt judicium, quàm ſimplicis adhæſionis & acceptationis* (2) at quomodo judicant Epiſcopi, quomodo judicium proferunt, cum non aliud agunt quàm judicio Pontificis ſimpliciter adhærere? *Judicio alicui adhærere* pergit idem Archi-Præſul *perindè eſt ac interius formare judicium quo quis illius cuï adhæret judicio ſe conformat* (3) ex his percipe quale ſit judicium illud quod proferunt Epiſcopi poſt R. Pontificis definitionem.

Tandem ut aliquis ſit dicendi finis audiatur conventus Epiſcoporum Provinciæ Remenſis an. 1699. *certum eſt*, inquit, *juxta omnium ſeculorum traditionem conſenſum Epiſcoporum primæ Sedis judicio ſimul eſſe actum obedientiæ erga ſanctam Sedem & actum autoritatis & judicii ſub principali ejuſdem ſanctæ Sedis autoritate* (4).

Ex his omnibus intelligis quid requiratur juxta Gallicanos Epiſcopos ut Epiſcopi tanquam judices, viâ judicii, Pontificia de Fide decreta recipiant. Non requiritur ut examinent, utrùm vera ſint ac falſa, quæ Romanus Pontifex definivit; ſine hoc prævio examine Epiſcopi tanquam judices ac viâ judicii Pontificia decreta recipere poſſunt. Hinc malè Queſneliani dicebant longè majorem Epiſcoporum numerum Pontificiæ inerrantiæ defenſorem non judicaſſe in causâ Clementinæ Conſtitutionis *Unigenitus*, nec illam acceptaſſe viâ ju-

ſion d'un Concile Ecumenique, jugent & décident ce qui a déja été jugé & décidé par le Concile, pourquoi ne dira-t'on pas d'un Evêque qui accepte une déciſion du Pape, que quoi qu'il le croie infaillible, il juge pourtant & il décide avec le Pape, ce que le Pape a déja jugé & décidé *part.* 2. *pag.* 230.

(2) *Memoires du Clergé, tom.* 1. page 461. Le Pape ayant jugé cette cauſe (*des maximes des Saints*) les Evêques de la Province quoique Juges naturels de la Doctrine, ne peuvent dans la préſente aſſemblée & dans les circonſtances de ce cas particulier, porter aucun jugement qu'un jugement de ſimple adhéſion à celui du S. Siége & d'acceptation de ſa Conſtitution.

(3) *Ibid.* Qui dit adhérer à un jugement dit former un jugement interieur par lequel on ſe conforme a celui auquel on adhére.

(4) *Ibid. pag.* 450. Il eſt certain, ſelon la tradition de tous les ſiécles, que le conſentement des Evêques au jugement du premier Siége, eſt tout enſemble & un acte d'obéïſſance envers ce Siége, & un acte d'autorité & de jugement, ſous l'autorité principale de ce même Siége.

Digitized by Google

dicii, quia ſinè eo prævio examine eam receperant. Hinc ſolidè oſtendebant Antiſtites Gallicani Clementinam *Unigenitus* Conſtitutionem verum eſſe Eccleſiæ univerſalis judicium ac re ipsâ viâ judicii à corpore Paſtorum acceptatam fuiſſe, licèt à longè majori Epiſcoporum numero Pontificiæ inerrantiæ addictiſſimo abſque eo prævio examine ea ſanè recepta fuerit. Epiſcopi judicant ac definiunt, judicis partes adimplent ac officium exercent, quoties Pontificiis de Fide judiciis intimè adhærent ac conſentiunt, quoties Pontificia de Fide decreta cum obſequio ac obedientiâ acceptant, ſicuti judicant ac definiunt, quoties Concilii œcumenici judiciis ſubſcribunt, quia non ut ceteri Fideles, ſed ut Epiſcopi, qui ſoli controverſiarum Fidei ſunt judices, quique hâc judicandi poteſtate nunquam exuuntur, Dogmaticis ſeu Romani Pontificis, ſeu Concilii œcumenici definitionibus ſubſcribunt. Quia hîc Epiſcoporum conſenſus eſt actus autoritatis, & judicii, non verò actus meræ obedientiæ, ut in ceteris Fidelibus; quia Epiſcopi adhærendo Pontificiæ definitioni interius formant judicium quo Romano Pontifici in his quæ definivit ſe conformant, atque ex hoc ſingulorum Epiſcoporum judicio exurgit Eccleſiæ univerſalis judicium. Talis eſt Gallorum Antiſtitum Doctrina & quidem conceptis verbis, ut vidimus, expreſſa.

Cum hæc ità ſe habeant apud Antiſtites Gallicanos, nemo non videt quàm jure meritóque contendant ac doceant Illuſtriſſimi Præles R. Pontificis & Concilii etiam œcumenii infallibilitati nil detrahi, quando illorum definitiones ab Epiſcopis viâ judicii recipiuntur, ſeu quando Epiſcopi illorum decreta tanquam judices ac non niſi ſuo interpoſito judicio recipiunt, nemo non videt Gallicanos Epiſcopos non accuſanda, non pugnantia ſcribere, quando dicunt nil obſtare quominùs ab Epiſcopis qui R. Pontificem Fidei definitionibus infallibilem credunt, novo judicio ſubjiciantur quæ ab ipſo jam ſunt definita. Hæc omnia ex dictis plana ſunt & à nemine qui aliquâ polleat intelligendi vi non percipiuntur.

His omnibus enucleatis ac ſolidè conſtitutis quid adhuc reſtat? Multum, inquis, profectò reſtat ad ſcopum obtinendum. Quid enim conſtat ex huc uſque allatis? Pontificia decreta etiam viâ judicii recipi ab iis Epiſcopis qui non examinant utrùm ea ſint conſona veritati nec ne. Iſtud examen haud eſſe neceſſarium ut Pontificiæ Conſtitutiones viâ judicii ab Epiſcopis recipiantur. Id equidem conſtat ex dictis ac certum apud Epiſcopos Gallicanos eſſe ſatis demonſ-

Digitized by Google

tratum eſt. At cum alio ſenſu viâ judicii recipi poſſint Pontificia decreta, examinando nimirum utrùm ea Scripturæ Sacræ ac traditioni ſint conſentanea nec-ne, ulterius probandum eſt non iſtâ judicii viâ recipi ab Epiſcopis Gallicanis Pontificia de Fide decreta; ulterius probandum eſt Gallicanos Epiſcopos non aliud Apoſtolicis definitionibus afferre judicium quàm ſimplicis adhæſionis, quod prævium iſtud examen minimè ſupponit. Id porrò niſi probetur ſcopus non obtinebitur; nec demonſtrabitur Pontificiæ infallibilitati non officere, quod Gallicani Epiſcopi in recipiendis R. Pontificis Conſtitutionibus interponunt judicium.

Animadverſio, fateor, prudentiæ ac perſpicaciæ plena eſt; duplici modo ac ſenſu viâ judicii recipi poſſe Pontificia de Fide decreta non inficiamur. 1°. Videlicet accuratè examinando, utrùm Sacræ Scripturæ vel traditioni conſonent nec ne, quæ à R. Pontifice definita ſunt. Judicium autem quòd prævium iſtud curioſum & anxium ſuponit examen, vocatur ab Epiſcopis Gallicanis *judicium juridicum.* (1). 2°. Quando Epiſcopi (ut liquet ex dictis) de rei definitæ veritate nullatenus dubii ſinè illo curioſo examine Pontificiis deciſionibus ſimpliciter adhærent atque adhærendo judicant & definiunt vera eſſe quæ à R. Pontifice definita ſunt; quod judicium vocatur ab Epiſcopis Gallicanis *judicium ſimplicis adhæſionis* ſeu *prudentiæ* (2) Verùm æquè certum eſt Antiſtites Gallicanos ſine illo curioſo examine ſuum circa Pontificia decreta interponere judicium, æquè certum eſt Gallicanos Epiſcopos non aliud Apoſtolicis definitionibus afferre judicium quàm ſimplicis adhæſionis.

(1) *Languetius Senon. Antiſtes in* 5. *Docum. Paſtor. part.* 4. *Num.* CVIII pag. 814.

(2) *Languetius cit. in* 8. *Docum. Paſtor.* pag. 76. Vide etiam, *Mémoires du Clergé*, 1. *Tom.* pag. 461.

Audiatur magnus ille Cameracenſium Archi-Præſul ſui ſeculi lumen ac Eccleſiæ Gallicanæ decus & ornamentum Illuſtr. de Fenelon: *cum Romanus Pontifex* inquit *hanc* (quæ Fidem ſpectabat) *cauſam judicaverit Epiſcopi Provinciæ quamvis naturales Fidei judices, in hoc cætu atque in hâc peculiari circumſtantiâ* (poſt nimirum R. Pontificis judicium) *ſanctæ Sedis judicio non aliud afferre poſſunt judicium quàm ſimplicis adhæſionis ac acceptationis.* Vides quàm apertè, quàm disertè pronuntiat eruditus Antiſtes re à Pontifice Romano jam definitâ, Epiſcopos etiam cougregatos ſanctæ Sedis judicio *aliud afferre* NON POSSE *judicium quàm ſimplicis adhæſionis.* Hæc pronuntiabat Cameracenſis in celebri Gallorum Antiſtitum cætu. Atque hanc ſapientiſſimi viri ſententiam in ſuis faſtis inſertam voluit Eccleſia Gallicana (3).

(3) *Mémoir. du Clergé* 1. *Tom.* pag. 461. Le Pape ayant jugé cette cauſe (*des maximes des*

Et certè factitatum Gallicanos apud Epiſcopos ſemper fuiſſe, ut quando R. Pontifex *primus* de Fide pronuntiat, illi Pontificia decreta non naſutius diſtringendo, ſed reverentius iſtis adhærendo judicent & definiant, ſeu quod idem eſt, per unanimem adhæſionem, ſolemnem capitis deciſionem ſuam ipſorum deciſionem conficiant, teſtatur Cabilonenſium Antiſtes his verbis : ***ad nos tandem pervenit iſtud Romani Pontificis judicium*** (Clement. Conſtitutio ***Unigenitus***) ***Epiſcopi nonnullis exceptis ſuum illi judicium junxère, atque per unanimem capitis definitioni adhæſionem, illam eò ipsò propriam confecere; uti*** SEMPER FACTITATUM ***eſt quando Romani Pontificis judicium Epiſcoporum ſententiam præcedit*** (1) non igitur per judicium poſt accuratum rei controverſæ examen prolatum, R. Pontificis definitio, propria Gallorum Antiſtitum definitio evadit, ità quidem judicant Epiſcopi Gallicani quando R. Pontifex nondum pronuntiavit; at ubi ſemèl Romanus Pontifex rem definivit, ut ſtudioſè obſervat eruditus Præſul, tunc Pontificia definitio non per aliud, quàm per unanimem adhæſionem, propria Epiſcoporum definitio evadit.

(1) *V. ſuprà lib. 3. cap.* 1. Et verò palàm & ſæpius profeſſi ſunt, ut vidimus (2) Illuſtriſſimi Francorum Antiſtites ſe in animo minimè habere ***Pontificia de Fide decreta ſuo judicio ſubjicere*** ſeu aliis verbis, ſibi jus minimè arrogare ***de rebus à ſanctâ Sede jam definitis judicandi***. En verba relationis actorum, à Clero Gallicano in comitiis generalibus an. 1700. approbatæ. ***Epiſcopus Attrebatenſis*** in Epiſcopali Provinciæ Cameracenſis conventu ***ſignificavit ſe nolle in hoc negotio*** (***Quietiſmi ex parte redivivi ab Innocentio XII. damnati***) ***agere tanquam judicem; abſit ut credat ſe rei à ſanctâ Sede jam definitæ judicem eſſe, at vult tantum ſuos pandere ſenſus, R. Pontifici ſe adjungere ac tam Sapienti ac prudenti illius judicio adhærere*** (3). Nolunt igitur Antiſtites Gallicani Pontificia de Fide decreta, ſeu res à ſanctâ Sede jam definitas ſuo judicio ſubjicere. Id porrò intelligi non poteſt, niſi de judicio juridico, de judicio videlicet quod anxiam de rei definitæ veritate diſcuſſionem complectitur, cuï nolunt Pontificia decreta ſeu res à R. Pontifice definitas ſubjice-

Saines (les Evêques de la Province quoique Juges naturels de la Doctrine, ne peuvent dans la préſente aſſemblée, & dans les circonſtances de ce cas particulier, porter aucun jugement qu'un jugement de ſimple adhéſion à celui du S. Siége, & d'acceptation à ſa Conſtitution.

(2) *Première Lettre en réponſe à celle de Mr. de Crage &c.* Il vint enfin le jugement (la Bulle *Unigenitus*) les Evêques a quelques-uns près y joignirent le leur, & de la déciſion du Chef ils en firent par une adhéſion unanime leur propre déciſion comme il s'eſt toujours pratiqué quand le jugement du Pape précede celui des Evêques.

(3) *Mémoires du Clergé* 2. *Tom. pag.* 464. Mr. l'Evêque d'Arras a repréſenté qu'il ne pretend pas ici agir comme juge. A Dieu ne plaiſe qu'il croit l'être d'une choſe decidée par le S. Siége; mais déclarer ſes ſentiments, s'unir au S. Père adhérer a ce qu'il a ſi ſagement & ſi judicieuſement condamné.

re. Certum enim eſt Epiſcopos Gallicanos ſuum circa Pontificia decreta, ſeu res in ipſis definitas ſimplicis adhæſionis judicium interpoſuiſſe ac interponere voluiſſe; certum eſt Epiſcopos Gallicanos in recipiendis Apoſtolicis Conſtitutionibus judicis partes ſuſtinere, ut patet ex dictis & nemini dubium eſt.

Tandem eos non eſſe Galliarum Antiſtites qui de rei definitæ veritate adhuc incerti inquirant, utrùm Fidei capita à R. Pontifice definita Scripturæ Sacræ vel traditioni ſint conſona vel adverſa, datâ operâ ac invictis argumentis confirmabimus in capite ſequenti; unde non eſt cur amplius hic immoremur ut oſtendamus Gallicanos Epiſcopos Pontificiis de Fide decretis non eo ſenſu *viâ judicii* ſubſcribere, ut non niſi iſtâ peractâ diſcuſſione ea recipiant. Manet igitur inconcuſſum ac manifeſtiſſimum Germanam Gallorum Antiſtitum de inerrantiâ Pontificiâ ſententiam indè labefactari non poſſe, quòd propugnent Epiſcopos in Fidei cauſis eſſe judices ac tanquam judices ſeu viâ judicii Pontificiis Conſtitutionibus ſubſcribant.

CAPUT II.

Prævium, quo Gallicani Epiſcopi circa Pontificia de Fide judicia occupantur examen, urgeri non poteſt ad inficiandam ipſorum de Pontificiâ infallibilitate ſententiam; imò ad hanc illuſtrandam ac confirmandam maximè valet.

QUò infirmiora ſunt adverſariorum noſtrorum argumenta, eò majorem in eis urgendis confidentiam præſeferre ſolent, ut videlicet quod opinionibus ſuis detrahit momentorum quibus nituntur inops debilitas, hoc ſaltem apud tenue vulgus ſuppleat verborum, quibus abundant magnificâ venditatio. Quam elumbe ſit quod ex prætenſo Gallicanorum Epiſcoporum examine inſtruitur argumentum, ex iis conjici poteſt, quæ circa inſtitutum ab iiſdem de Romanis Conſtitutionibus judiciũ jam fuêre à nobis diſputata, quæquè deinceps mantiſſæ loco ſubjiciemus; attamen quantâ verborum pompâ, quantis ingeniorum conatibus, quantâ victoriæ fiduciâ à Neotericis illis Theologis exponi ac urgeri ſoleat, ignorat nemo qui eo-

rum vel ſcripta oculis luſtraverit, vel auribus dicta exceperit. Illuſtriſſimi, inquiunt, Galliarum Antiſtites, priuſquam Romanis ſubſcribant decretis, ad incudem illa revocant ac diligenter excutiunt, quæ à Summo Pontifice diſcuſſa ac definita ſunt, novæ ipſi ac ſedulæ diſquiſitioni ſubjiciunt, ſancita ab illo vel Fidei vel morum dogmata ad Scripturæ traditioniſque normam denuò expendunt & accuratè trutinantur. Hoſpes in Galliâ fuerit & Peregrinus qui ità ſe erga Pontificias definitiones gerere Gallos Epiſcopos neſcierit. Nunquam è Gallorum memoriâ recedet, quâ ratione Geminas Clementis XI. Conſtitutiones, nec non & anterius Innocentii decretum Dogmaticum, ut de ceteris ſileamus, exceperint Galliarum Præſules. Tota teſtis eſt Gallia illas RR. Pontificum ſanctiones non niſi prævio ac diligenti examine inſtituto fuiſſe ab Epiſcopis ſuſceptas.

Concedantur hæc omnia, vera ſint atque certiſſima, Francorum Epiſcopi non niſi diſcuſſa & ad Scripturæ Sacræ, & traditionis leges à ſeipſis expenſa recipiant Pontificia decreta, quid dehinc elicies? Ergo minimè irreformabilia eſſe illa exiſtimant? Pulchrum, ædepol ratiocinandi genus. Bella me herclè conſecutio. Quaſi verò præconcepta Pontificiæ infallibilitatis ſententia omne prorſus Apoſtolicæ Conſtitutionis ſeu rerum potius in eâ contentarum examen ab Epiſcopis excluderet; ac ſi quodlibet inſtitutum ab Epiſcopis examen hujuſmodi indeficienti Rom. Cathedræ autoritati ſic penitùs adverſetur, ut non niſi hâc peſſumdatâ illa inſtitui poſſint? Falleris profectò quiſquis ita cogitas, vel incautos fallere vis, quiſquis diſſimulas hæc duo invicem Conciliari poſſe, & ſuam Romano Pontifici competere judiciorum infallibilitatem, & res ipſas de quibus pronuntiavit examinari ab Epiſcopis nullatenus repugnare. Si quod hâc ſuperre dubium ſuperſtes habueris, omne dubium evellent tùm Galli, tùm exteri Scriptores. Legeſis inter ceteros Clariſſimum Thomaſſinum (1) ac Joſephum Orſi pluribus ſanè non imparem adverſariis noſtris (2). Cùm igitur Pontificiæ infallibilitatis propalàm aſſertores fateantur tale, de quo loquimur Epiſcoporum examen Pontificiæ infallibilitati nihilum quidem detrahere, quare iſtud examen Gallicanis Epiſcopis exprobrabitur, tanquam Pontificiæ autoritati infeſtum, tanquam infallibilitati Romanæ contrarium? Quamdiu Francorum Antiſtites nihil aliud faciunt, quàm quod illæsâ ſupremâ & irreformabili R. Pontificis autoritate fieri poſſe vel ipſi propugnant ſtudioſiores illius aſſertores; eos nè putabimus, eos nè ſuſpicabimur Pontificiæ autoritatis hoſtes? At ulterius progrediamur.

(1) *Diſſert.* XII. *Concil. Chalcedon. in Synod. Roman.* & *diſſert.* XVIII.
(2) *De irreform. R. Pontificis judicio Tom.* 1. *pag.* 128. & *ſeqq. pag.* 232. & *ſeqq.*

Percipis

Percipis, inquis, qui plurimum vides in rebus, Pontificias definitiones Gallicanis ab Epiſcopis examinari. Gratulor perſpicaciam; at quæſo pro dato tibi ingenii acumine diſce pariter ab iiſdem Gallicanis Epiſcopis iſtud examen ab iis inſtitui poſſe ac re ipsâ fieri, qui ardentiorem in vindicandâ Pontificiâ infallibilitate zelum præſe ferant; diſce pariter ab iiſdem nihil obſtare; quominùs novo examini ſubjiciantur quæ de Fide decreta irreformabilia eſſe creduntur. ***Declaramus***, inquit Emin. de Biſſy (1), ***ſententiam, quâ exteri Præſules ſentiunt R. Pontificem eſſe infallibilem in deciſionibus Dogmaticis quas ad Fideles dirigit tanquam ſuæ Fidei regulas, non impediiſſe quominùs dicti Præſules Conſtitutionem*** Unigenitus ***penitùs expenderent ac declararent hoc examine ſibi fuiſſe perſpectum illam tùm Scripturis Sacris tùm traditioni omninò eſſe conſentaneam.*** Idem alibi (2) ***Epiſcopi***, inquit ***illarum Eccleſiarum quæ Papam infallibilem eſſe tuentur, notatas cenſuris propoſitiones maturo examini ſubjecerunt; imò graviſſimè prævaricatos ſe fuiſſe crederent ſi aliter ſe geſſiſſent. Immeritò igitur & incaſſum opponitur nobis prætenſus ille examinis defectus;*** & rursùs (3) ***ſententia Pontificiæ infallibilitatis Italos non impedit Epiſcopos quominùs accuratè examinent, quod Pontificiis decretis damnatur.*** Id ipſum paſſim affirmat in eodem Docum. Paſtor (4). atque variis argumentis oſtendit.

(4) *Ibid.* pag. 131. 134. &c.

Emin. Præſuli Suffragatur Illuſt. de S. Albin Camer. Archi-Præſul: ***in Eccleſiis***, inquit, ***Hiſpaniæ, Poloniæ, Dalmatiæ in quibus viget potiſſimùm Romanæ infallibilitatis opinio, Præſules, tantâ cum attentione Bullam*** Unigenitus ***examinarunt, quantâ fuiſſent uſi, vèl ſi contrariam opinionem tenuiſſent*** (5). Audiatur Ruthenenſis Epiſcopus (6) ***ex eo quòd exteri Epiſcopi credant R. Pontificem infallibilem***

(1) *Docum. Paſt. contra Conſult. Advocator Pariſ. &c. edito an.* 1728. pag. 53. Nous déclarons que quoique les Evêques Etrangers croient le Pape infaillible dans les déciſions Dogmatiques qu'il a adreſſé aux Fidéles pour régler leur croyance, cette opinion ne les a pas empéchés d'examiner le fond de cette Bulle, & de déclarer qu'ils ont reconnu par cet examen qu'elle eſt entierement conforme à l'Ecriture Sainte & à la Tradition.

(2) *Docum. Paſt. an.* 1727. pag. 534. Voilà M. F. plus de témoignage qu'il n'en faut pour vous convaincre que les Evêques des Egliſes où l'on tient le Pape infailllible ont fait un ſerieux examen des propoſitions cenſurées; qu'ils croiroient avoir prévariqué eſſentiellement à leur devoir s'ils y avoient manqué. On ne peut donc plus vous oppoſer le défaut d'examen.

(3) *Ibid.* pag. 130. Le ſentiment de l'infaillibilité du Pape, n'empêche pas les Evêques d'Italie d'examiner avec beaucoup de ſoin ce que les Bulles condamnent.

(5) *Docum. Paſtor. adverſ. conſultat. Advocat. Pariſ. &c. edito an.* 1730. pag. 94. Dans les Egliſes d'Eſpagne, de Pologne & de Dalmatie, où le ſentiment de l'infaillibilité du Pape eſt le mieux établi, les Evêques ont examiné la Bulle *Unig.* avec autant d'attention que s'ils avoient été dans le ſentiment contraire.

(6) *Docum. Paſtor. de autoritate deciſion. Eccleſ. edito an.* 1738. *parte* 2. *cap.* 2. *art.* 1. pag. 218. La premiére conſéquence que les Novateurs tirent du ſentiment où ſont les Evêques Etrangers ſur l'infaillibilité du Pape, eſt qu'ils acceptent ſes déciſions ſans examen & qu'ils fondent leur acceptation ſur cette infaillibilité. Cette conſéquence eſt très-fauſſe; car quoique les Evêques Etrangers croyent le Pape infaillible, ils peuvent examiner eux-mêmes les choſes décidées, ils peuvent fon-

eſſe, colligunt Novatores Pontificias deciſiones ab illis ſinè examine acceptari. Hac conſecutio falſiſſima eſt; nam licèt exteri Præſules credant R. Pontificem infallibilem, poſſunt tamen res ab ipſo definitas examinare, non igitur certum eſt nullum ab ipſis fieri examen antequam Pontificias deciſiones acceptent. Si plura deſideras Gallorum Antiſtitum hàc in re teſtimonia conſule Emin. de Tencin Eberodunenſem olim, nunc Lugdunenſem Archi-Præſulem (1) Conſule Epiſcopum Sagienſem (2) Epiſcopum Ebroicenſem (3) Archiepiſcopum Senonenſem (4) ut mittam quàm plures alios; hi omnes ſicuti à nobis prælaudati Præſules palàm affirmant ac oſtendunt inſtitutum Pontificii decreti iſtud examen Pontificiæ infallibilitati nehilum detrahere; Pontificia decreta ab iis examinari poſſe, & reverâ ad Scripturæ normam ac traditionis Regulam expendi, qui ea nulli errori obnoxia propugnant ac certiſſimè credunt.

(1) *Docum. Paſt. de judiciis Eccleſiæ univerſ. edito an.* 1729. *art.* 2.

(2) *Docum. Paſt. pro acceptatio: Bullæ* Unig. *edito an.* 1729. pag. 7, 8, 9. &c.

(3) *Docum. Paſt. contra Conſult. Advoc. Pariſ. edito an.* 1730. pag. 78.

(4) *Monito* 3ᵒ. pag. 96, 97, 98.

Et verò cùm Pontificiæ infallibilitatis hoſtes ex eâ, quæ circa Pontificia decreta in nonnullis veteris Galliæ Conciliis peracta fuit, diſcuſſione, Colligerent Pontificia judicia tanquam irreformabilia antiquitùs habita non fuiſſe. Nunquid non vidimus (5) Gallicanos Epiſcopos hujuſce conſectarii falſitatem variis exemplis oſtendere; exemplis videlicet plurimorum tum Antiqui tum poſterioris ævi Conciliorum, in quibus Fidei cauſæ infallibili jam Eccleſiæ univerſalis judicio definitæ, agitatæ rursùs, examinatæ, ac ad Scripturæ Sacræ traditioniſque leges expenſæ fuerunt? Et certè an non Epiſcopi poſſunt Fidei cauſas ab ipſo œcumenico Concilio definitas examinare? Ità planè inquit Epiſcopus Ruthenenſis, ***Epiſcopi Fidei cauſas examinare poſſunt non ſolùm poſt* Romani *Pontificis deciſionem, ſed etiam poſt deciſionem Concilii œcumenici*** (6) nùm indè concludes infallibilem non haberi Concilii generalis autoritatem? Peſſima certè concluſio quam ſolus Calviniani gregis Ariſtarchus approbet.

(5) *Suprà lib.* 2. *cap.* 3.

Valeant igitur qui ex inſtituto à Gallicanis Epiſcopis circa Pontificias Conſtitutiones examine infallibilem S. Pontificis autoritatem peſſum dare ipſi, & ab Illuſtriſſimis Præſulibus peſſumdatam oſtendere connituntur. Diſtortiſſimum iſtud conſectarium ex publicâ ampliſſimi ordinis agendi ratione non priùs, quàm ex pumice aquam eliciant, ſcilicet apud Francos Antiſtites facta verbis, Doctrinæ con-

der leur acceptation ſur cet examen. Il n'eſt donc pas certain qu'ils fondent toujours leur acceptation ſur l'infaillibilité du Pape, & qu'ils ne faſſent aucun examen avant que d'accepter ſes déciſions.

(6) *Docum. Paſtor. laud. parto* 2. pag. 218.

Les Evêques étant Juges de la Foi ſont en droit de juger les matières qui en dépendent, & par conſéquent de les examiner non-ſeulement après la déciſion du Souverain Pontiſe, mais même après celle d'un Concile œcumenique.

ſonat agendi ratio, & ne quiſpiam ex prævio quod inſtruunt examine, illos inerrantiæ quam luculenter adeò tradiderunt Pontificiæ injuriam facere colligeret, ipſi præcaverunt Illuſtriſſimi viri. Eam ob cauſam tàm ſæpè declararunt tótque modis oſtenderunt conceptam Pontificiæ infallibilitatis ſententiam haud omne refugere Pontificii decreti examen; atque nihil obſtare quominùs examinentur, & ad Scripturæ Sacræ normam, atque traditionis regulam expendantur decreta, quæ erroris neſcia & irreformabilia creduntur ac pro certo tenentur.

Verùm enim verò rem propiùs inſpiciens non unam eſſe repones cujuſlibet examinis ac diſcuſſionis naturam, non unâ eâdemque ratione Pontificia decreta examinari poſſe; aliquando, inquis, illorum examen inſtituitur ut definita Fidei capita penitùs intelligantur, ac genuinus definitionis ſenſus probè noſcatur; Pontificia decreta cum Scripturæ Sacræ ac traditionis monumentis nonnunquam conferuntur, non ut indè definitionis veritas eliqueſcat, de quâ anteà dubitaretur, ſed ut firmis etiam rationibus teneatur, quod ſolâ jam definientis autoritate certum habetur; iſta inquiſitio, iſta collatio etiam fieri poteſt non ut ipſi nos in veritate firmemus, ſed ut aliis conſulamus, & qui ad amplectendam Apoſtolicam definitionem Pontificiæ autoritatis pondere ſatis non inclinantur, eos ſaltem illos perſpicuis ex Sacrarum literarum, aut Patrum, aut Conciliorum oraculis ductis argumentis compellamus; hujuſce porrò naturæ examen cum præconceptâ Pontificiæ infallibilitatis ſententiâ Conciliari optimè poſſe nemo non videt, nemo non intelligit; hæc enim diſcuſſio ab animo de veritate definitionis adhuc dubio ac fluctuante non proficiſcitur; talis inquiſitio in decreta Conciliorum etiam generalium quorum infallibilitas apud Catholicos omnes eſt indubia nonnunquam facta fuit ac fieri poteſt. Verùm alio ſanè ſpiritu diverſóque Conſilio Pontificia de Fide judicia examinari etiam poſſe nemo non ambigit; diſcuti nimirum ab Epiſcopis ea poſſunt, ac cum Sacris literis & Eccleſiæ traditione conferri, ut indè dignoſcant utrum ſint recta ac Sacris illis oraculis conſentanea, an falſa & Sacris illis oraculis adverſa, proindèque ut illa recipiant, ſi ſuo judicio recipienda ſint, vel reſpuant, ſi falſa dijudicentur. Porrò id genus examen quod ab animo ancipiti ac incerto circa rei definitæ veritatem proficiſcitur cum præconceptâ Pontificiæ infallibilitatis opinione profectò ſtare non poteſt nec niſi ab eo inſtituitur qui Romani Pontificis autoritatem erroris neſciam non putat.

Nil certius, nil evidentius, ſcitè hactenùs, nec incongruè, quiſ-

Digitized by Google

quis hæc nobis obſervanda mones. Atque utinam ab iis perpetuò non diſſimularentur, infidóque tegerentur ſilentio, qui vel ipſis diſcuſſionis & examinis vocabulis ad impetendam Pontificiam inerrantiam tam ſæpè abutuntur, ac ſi inerrantia Pontificia quodcumque ità refugeret examen, ut ad hujus vèl nomen ruat illius veritas neceſſe ſit; itane ſignificatur uni ſe veritati ſervire? An non potius incautis fucum facere cogitatur? Iis igitur aſſentimur quæ clara, quæ vera ſunt, quæ Gallicanis Epiſcopis (1) ac viris Doctiſſimis (2) ſæpius animadverſa, atque probata eſſe nec ignoramus. Ità planè. Datur aliquod Pontificii decreti examen, quod fieri non debet, nec ſolet ab iis qui Romana judicia erroris eſſe neſcia profitentur. Examen illud videlicet, quo quis dubius adhuc de æquitate definitionis explorat, num hæc Scripturæ Sacræ ac traditioni ſit conſona nec ne, ut indè illa recipiat, ſi conſonam reperit, repudiet verò ſi conſentaneam minimè judicet. Curioſum & anxium iſtud examen cum præconceptâ Pontitificiæ infallibilitatis opinione Conciliari non poſſe profitemur. Quid indè? Iſto Gallicanos Epiſcopos circa Pontificia decreta examine occupari? Nil veritati contrarium magìs, nil Chriſtianæ Gallorum Antiſtitum modeſtiæ ac humilitati magis infenſum.

(1) *Illuſtr. de Languet Senon. Archiep. in 5°. Docum. Paſtor. part.* 4. *Num.* CVIII. p. 814. *Emin. de Biſſy in Docum. Paſtor. contra appellat. interject. à Bullâ* Unigen. p. 17. 99. *Emin. de Mailli Archiep. Remenſ. in Mand. Paſtor. damnante librum cui titulus*: Témoignage de la Vérité, *edit. an.* 1716. pag. 26. *Epiſcop. Ruthenenſ. in Docum. laud. parte* 2. pag. 288. & *alii*. (2) *P. Joſeph Orſi de irreform. R. P. judicio tom.* 1. pag. 128. & *ſeqq. Ludov. Tomaſſinus paſſim in ſuis diſſertationibus in Concilia.*

Etenim unde meliùs dignoſceremus qualis fuerit Gallorum Antiſtitum in Pontificia decreta inquiſitio, quam ex actis ipſorum conventuum, in quibus deliberatum eſt de ſuſcipiendis Dogmaticis Apoſtolicæ Sedis judiciis? Nonnè hæc ipſiſſima ſunt acta, in quibus manifeſtare nobis ipſi voluêre, quid dixerint, quid egerint in acceptandis R. Pontificis decretis? Ità planè. Res ignota nemini. Hæc porrò acta Gallicanâ lege, perlege omnia quotquot ſunt, non ea dico, quæ Innocentii X. & Alexandri VII. decreta ſpectant in quibus nec minimæ rerum à Pontificibus definitarum diſcuſſionis vocabulum inveniatur, ſed ea, quæ Innocentii XII, ac Clementis XI. judicia reſpiciunt, acta videlicet cætuum Provincialium, an. 1699; acta Conventûs generalis an. 1705. & 1713. lynceos ipſe oculos habueris, nec minimum iſtius examinis ab ipſis inſtituti veſtigium perſpiceres.

Non moror hîc Pontificii decreti formas ac clauſulas, de quibus aliquandò diſputant, aliquandò certant. Illuſtriſſimi viri illæsâ tamen ubique maximâ erga Roman. Pontificem reverentiâ, atque oportuno, utilique pro loci & rerum circumſtantiis Conſilio; has, inquam, non moror diſcuſſiones, quæ Dogmaticam de quâ agimus Doctrinam nil ſpectant; at quod ad nos pertinet, nullibi dicunt Antiſtites Gallicani ſe deliberare num debeant

Pontificiam de Fide ſanctionem ſuſcipere; nullibi indicant de Pontificiæ definitionis æquitate ſe vel leviſſimè dubitare; nullibi facta legitur ab ipſis inquiſitio, num benè, an malè de Dogmate R. Pontifex pronuntiaſſet, num Fidei conſona vel adverſa eſſent quæ à R. Pontifice definita erant; nullibi ſignificatur inſtituta Pontificiæ deciſionis cum Scripturæ Sacræ ac traditionis monumentis collatio ad eruendam illius æquitatem, ſeu ut indè certi ipſi forent de veritate rei definitæ. Non hîc incerta venditamus, vel occulta, quorum veritas haberi facilè non poſſit. Vulgatiſſima ſunt hujuſmodi cætuum acta, in omnium penè manibus extant, nec ullus eſt qui ſuiſmet oculis comprobare non poſſit quod aſſiduâ illorum lectione nobis compertum eſt, atque hîc fidentiſſimè aſſerimus; ſi ergo deprehendis in hujuſmodi Gallicanis actis aliquam in Pontificia decreta peractam fuiſſe inquiſitionem, quare non pariter in ipſis deprehendis eam minimè fuiſſe, quæ ex animi circa rei definitæ veritatem dubitatione proficiſceretur? Nunquid ultra ſe ipſas res extendendæ? Haud ſanè, ſi veritati ſtudetur; proferatur igitur quale fieri legis à Gallicanis Epiſcopis examen, tale nobis refer, ab animi nimirum anxietate ac perplexitate circa Fidei capita definita minimè procedens, nec illud amplius jactitabis Pontificiæ infallibilitatis contrarium.

Ne verò deinceps circa objectatum Romanorum decretorum examen à Præſulibus Gallicanis inſtitui ſolitum errare tibi aut alios decipere contingat, recole memoriâ quod jam à nobis ſupra relatum eſt. Vidiſti, nec meminiſſe pigeat quantâ feſtinatione Galliarum Epiſcopi Apoſtolica de Fide judicia recipere nunquam ferè non properaverint. Vix Româ prodierant & Gallias adventaverant, cùm ampliſſimus ordo pro debitâ communi fidelium omnium Paſtori veneratione & obedientiâ Romanas Conſtitutiones acceptare geſtiebat. Tantanè porrò, tamque feſtina in amplectendis Romanorum Pontificum decretis ſollicitudo & alacritas anxium iſtud quod prætendis & anceps de comprobandâ definitionis æquitate examen admittere poteſt? Dic, ſodes, ſi de rei definitæ veritate dubitaſſent Antiſtites Gallicani, ſi ex diligenti & accuratâ cum Scripturis Sacris Conciliorumque ac veterum Patrum monumentis collatione Romanæ definitionis æquitatem æſtimandam ac curioſâ diſquiſitione comprobandam ſuſcepiſſent; an arbitraris, quiſquis noſter adverſarius es, maturum adeò & difficilè in re graviſſimâ, in quâ de Religione agitur, examen, prolixam adeò, & accuratam collationem breviſſimo temporis intervallo, paucos inter dies potuiſſe perfici ac definiri debuiſſe? Nequaquam certè

tuo judicio, quot enim ſannis ipſe, & conviciis Romanam proſcinderes deciſionem, quam non prolixius, non accuratius præcederet rei definitæ examen? Quàm audacter aſſereres in iis judiciis, in quibus Religio tota & fides agitur ne quidquam ſufficere ſubleſtam adeò, & momentaneam diſcuſſionem? Qui tùm forent ſenſus tui, ex iis ratiocinari licet calumniis, quibus ejuſdem furfuris homines illas impetunt definitiones, quas maturum examen & ea, quâ major deſiderari non poſſit diligentia præceſſerunt.

(1) *Supra lib. 1. cap. 4.* Memineris pariter quod ſuperiùs etiam oſtenſum eſt (1) quàm conſtanter propugnent Galliarum Epiſcopi ſufficere prorſus inſtitutum à Romano Pontifice examen, neque aliud præterea ab Epiſcopis eſſe neceſſariò inſtituendum. Ita nè verò ſentiunt ac loquuntur, qui Romana decreta ſuo examini rurſum ſubjiciunt, ut videant rectè ne an ſecus Romani Pontifices definierint? Non puto, nec tu ipſe exiſtimare potes. Quod enim novo indiget examine, illud diſcuſſum ſatis & examinatum nunquam habebitur; quemadmodum è contra nulla ſupereſt anxiæ illius, quam oſtentas diſcuſſionis ulteriùs faciendæ neceſſitas, quando res, quantum ſatis eſt expenſa vel excuſſa creditur, hanc autem ipſam eſſe vidimus de Romano examine Gallicanorum Antiſtitum ſententiam. Procul igitur ab Illuſtriſſimis Præſulibus illa Pontificiæ definitionis diſcuſſio, quæ ex animo circa veritatem definitam ancipiti & incerto proficiſcitur.

Et verò qui dubium illum & circa rei definitæ veritatem incertum gerit animum, ille ad definitionem examinandam ita comparatus accedit, ut eam acceptet, ſi recta poſtmodum ipſi videatur; repudiet verò, ſi falſam inito examine dijudicaverit, proindéque ad aſſentiendum definitæ veritati, non tam ipsâ definientis autoritate movetur, quàm proprio examine proprioque judicio, quo definitionem veritati conſentaneam deprehendit. Ratio manifeſta eſt ſtatímque in oculos inſilit; eo quippe ad aſſentiendum movetur, quo veritatem definitionis certò cognoviſſe ſibi videtur. Porrò ſuprà vidimus non ſuo examine ſed ipſa R. Pontificis definientis autoritate Gallicanos Epiſcopos permoveri ad Dogmatica ipſius decreta recipienda, eoſque non ideò decretis Apoſtolicis ſubſcribere, quòd prævio examine agnoverint ſanam ac Fidei conſonam eſſe Doctrinam in illis contentam, ſed quia ab eâ autoritate lata ſunt, cuï Fideles omnes ipſius quoque mentis obſequium præſtare tenentur (2).

(2) *Supra lib. 3. cap. 5.*

(3) *Supra lib. 1. cap. 6.* Memineris inſuper, & iſtud quoque anteà demonſtravimus (3), quoties Profeſſi fuerint Galliarum Præſules, ac palàm declaraverint

privatum ſuum judicium Apoſtolico R. Pontificis judicio eſſe ſubjiciendum, ſequè ipſos teneri ad captivandum ſuummet intellectum in obſequium Apoſtolicæ definitionis & autoritatis. Conſtantem illam Francorum Epiſcoporum, quam luculentis eorum teſtimoniis patefecimus Doctrinam Concilia, ſi potes, cum curioſiori & anxiâ circa Romanas ſanctiones vel acceptandas vel reſpuendas indagine, & eris mihi magnus Apollo. Nos iterim donec idoneum ſolvendo huic Enygmati adipum repereris, contendemus illos Epiſcopos in decreta Pontificia dubio illo & ancipiti circa veritatem animo non inquirere, nec ſuo examini illa vel recipienda, pro ut videbitur, vel repudianda ſubjicere, qui dudum noverunt, ac multoties teſtificati ſunt privato ſuo judicio anteponendum eſſe Supremi Eccleſiæ Paſtoris judicium, ſuiſque ſenſibus præferendum eſſe R. Pontificis Doctrinam.

Præterea verò, & iſtud ex anteà dictis perſpicere potes (1), quoties nimpè declaraverint Antiſtites Gallicani ſe poſtremas Apoſtolicas definitiones eodem modo conſimili obſequio, eodémque in Apoſtolicam Sedem ſtudio recipere voluiſſe, quo lata adverſus Janſenii librum Innocentii X. Conſtitutio à ſuis Anteceſſoribus recepta fuerat; porrò quod iſta Innocentii X. Conſtitutio ab Epiſcopis Gallicanis jam pridem recepta fuerit abſque prævio hoc quod verſamus examine, non ſolùm ultrò percipitur ex dictis, ſed tam certum omnibus, qui vel modicâ imbuuntur rerum tunc temporis geſtarum notitiâ, tamque manifeſtum eſt, ut lectoris patientiâ abuti conſeremus ſi diutius in eo probando & amplius immoraremur. Certè nec unum ſcio, qui Gallicanos Epiſcopos eo examine fuiſſe occupatos in recipiendâ Innocentianâ Conſtitutione protulerit.

(1) *Supra lib.* 3. *c.* 5°.

Quid plura? Jam obſervavimus (2) & nobis cum ipſe obſervare potuiſti, quo obſequii genere Illuſtriſſimus de Fenelon Cameracenſium Archiepiſcopus Apoſtolicum Innocentii XII. decretum acceptaverit. Quæro num acceptationem illam præceſſerit curioſum iſtud & ambiguum examen, quo rectáne an perverſa definitio inquiritur? Imò verò ſi privato ſtetiſſet judicio Fenelonius iniquum eſſe Romani P. judicium credere debuiſſet, ut potè quo illa damnaretur Doctrina, quam ipſe ſanam & Fidei conſentaneam ſemper exiſtimaverat; quam ab Epiſcopis Gallicanis multoties rogatus ejurare conſtanter recuſaverat, quam Apoſtolico fulmine tactam ſtatim abhorruit, ut ſeſe vel infimâ gregis ore dociliorem ſupremo Chriſtianorum Paſtori Paſtor ipſe exhiberet. Uno verbo adeò certum eſt ſpectatiſſimum,

(2) *Supra lib.* 1. *cap.* 6°.

Digitized by Google

Præſulem eo quod verſamus examinis genere uſum minimè fuiſſe, utqui ſecùs ſenſerit, idem ſole lucente diem eſſe inficiari poſſit. Quid ergo, ſi eandem iſtam dubii quod impugnamus examinis neſciam decretis Apoſtolicis obedientiam R. Pontifici de Fide ſolemniter pronuncianti ſpondeant & à ſe deberi declarent ceteri omnes Galliarum Epiſcopi? Tum certè vel dicendum eſt Francos apud Antiſtites facta verbis non congruere, quod cogitare etiam refugit animus, vel fatendum illos Cameracenſem Archiepiſcopum imitatos abſque prævio illo, quod objectas, examine decretis Apoſtolicis acquieviſſe ſemper & etiamnum acquieſcere; atqui ipſiſſimi Galliarum Antiſtites in generalibus etiam comitiis congregati totâ ſpectante & audiente Franciâ palàm ſignificaverunt nihil eâ tam ſubitaneâ, tam integrâ, tam cæcâ, ut ita loquar, obedientiâ ab Illuſtriſſ. Cameracenſium Antiſtite fuiſſe præſtitum, quod præſtare non teneatur quicunque Chriſtianâ pollet modeſtiâ, ab Eccleſiaſticâ ſubordinatione non recedit, & R. Pontificem credit omnium Epiſcoporum primum, & Paſtorem totius gregis gubernationi in ipsâ Petri perſonâ à Chriſto' præpoſitum. Egregiam hâc ſuper re Gallorum Antiſtitum ſententiam fuſiùs alibi (1) proſecuti ſumus.

Moroſioris ingenii homo ſis, ſi necdum perſuaſum habeas Gallicanos Antiſtites anxio iſto, de quo loquimur examine, antequam Pontificias acceptarent Conſtitutiones, nunquam fuiſſe occupatos. Nequid tamen ultrà deſiderare poſſis, revolve animo quæ fuſius diximus de omnimodâ Gallorum Antiſtitum Romanis decretis obedientiâ, de Conſtantiſſimâ in exequendis iiſdem decretis illorum praxi, de perſpicuâ illâ Doctrinâ quâ ſupremam & infallibilem Apoſtolicæ Sedis ſeu Pontificis R. circa Fidem ſolemniter pronuntiantis autoritatem ſtrenuè vindicant ac diſerte profitentur. Credet nè quiſpiam modò veritatis & æquitatis amans anxium iſtud & incertum examen à Gallicanis Præſulibus inſtitui, quod omnimodam deſtruit quam R. Pontifici pollicentur obedientiam, quod conſtantiſſimæ eorumdem in urgendâ decretorum Romanorum executione praxi penitùs adverſatur, quod infallibilem peſſumdat, quam tot ipſi confirmant argumentis Romanorum PP. autoritatem? Fidenter dicam: luculentiſſimis, quæ hactenus perſtrinximus momentis obluctari, ſolus ille poteſt qui vel communem Francorum Epiſcoporum Doctrinam ſole Meridiano aſcititiis obſcurare tenebris, vel deſperatam præconceptæ opinionis fortunam tantorum virorum reſarcire nominibus, vel ſpectatiſſimos Eccleſiæ Gallicanæ Proceres ceterarum Gentium odiis & horroribus

(1) *Supra lib. 1. cap. 6.*

horroribus exponere per Summum nefas voluerit.

Cæterùm quamquam efficaciſſima eſſe autumamus quæ jam retulimus argumenta, unum addere juvat quod lucem illis non minimam, vimque omni cavillatione Superiorem impertiatur; nempè enim ſi quæ fuerunt Cleri Gallicani comitia, in quibus inſtitutum fuiſſe protendatur anceps illud & incertum, quod diſcutimus examen, illa maximè, quæ pro datâ Conſtitutionis *Unigenitus* occaſione an. 1714. Pariſiis celebrata fuêre, & in quibus Epiſcopi Gallicani diutiùs quàm aliàs ſolemnem Pontificiæ definitionis acceptationem procraſtinaverunt; & re quidem ipsâ inuſitata illa per aliquot menſes cunctatio, cujus nullum in prioribus comitiis exemplum viſitur, nonnullam huic ſuſpicioni probabilitatis ſpeciem Conciliare poterat. Ut quid enim longiores traxiſſe moras, niſi de examinandâ Conſtitutionis æquitate, déque ejus veritate aut perverſitate detegendâ actum fuiſſet? Sapientiores profectò prudentioreſque Galliarum Antiſtites, quàm ut commovendam in ſe ſiniſtram adeò ſuſpicionem non prævideriut, præviſam non propulſaverint. Ità ſanè; præſenſerunt, quod & eventu comprobatum eſt, multos inſolitâ illâ dilatione abuſuros, ſive ut ampliſſimum Cleri Francici ordinem illius quod verſamus examinis reum propalàm traducerent, ſive ut præconceptas ſuas opinationes venerabili comitiorum illorum autoritate communirent. Quamobrem ut omnem averterent genuinæ ſuæ circa ſupremam & infallibilem Romani Pontificis autoritatem ſententiæ vel minimùm obſcurandæ occaſionem, ſimul & ne quem falleret conjectura, vel ſuſpicio deciperet, ***palàm & ſæpius profeſſi ſunt hujuſmodi cunctationem, non animo ſubjiciendi.*** EXAMINI AUT SUO IPSORUM JUDICIO ***ſolemnia Romanorum PP. decreta, ſed ſtudio dumtaxat Conciliandæ Eccleſiaſticæ pacis & lucrandi nonnullos ex ſuis Fratribus in ſpiritu manſuetudinis & diligentiâ charitatis eſſe tribuendam*** (1).

Vides quâ de causâ congregati Præſules publicam Clementinæ Conſtitutionis acceptationem diutiùs & ultrà conſuetum Eccleſiæ Gallicanæ morem diſtulerint; tantum temporis intervallum minimè inſumpſerunt ad examinandam decreti æquitatem, quaſi dubia ipſis & controverſa eſſe potuiſſet. Abſit, quandoquidem ***palàm & ſæpiùs profeſſi ſunt*** hanc ſibi nunquam fuiſſe voluntatem, ut ***examini aut ſuo ipſorum judicio ſolemnia R. Pontificis decreta*** ſubjicerent. Procul hinc cavillationes, quibus reſponderes nobis Galliarum Epiſcopos non equidem animum habuiſſe ſubjiciendi ſuo examini & judicio Pontificia decreta, ſed res ipſas Pontifi-

(1) *Verba ſunt Clementis XI. R. P. in ſuo Brevi dato die 17. Martii an 1714. ad Epiſcopos Calliarum.* Hoc breve inſertum eſt in Actis Conventus Callic. an 1724. *pag.* 112.

ciis decretis definitas. Quaſi verò aliud eſſet in rei veritate examinare, utrùm rectè an ſecùs definitum ſit quod à R. Pontifice definitum eſt, & aliud diſcutere recta ne ſit, an perverſa Pontificis definitio? Quaſi Romanam ipſam definitionem ſuo examini non ſubjiceret, qui dogmatis definiti veritatem anxiè & dubitanter exquireret; ex omni igitur latere nudum eſt iſtud, ad quod confugeres cauſæ tuæ præſidium; at ne confugeres (quid non enim mortalia cogit pectora ſacra novitatis fames) ipſi præcaverunt Præſules congregati; non ſolùm profeſſi ſunt ſe noluiſſe Apoſtolica decreta aut res Pontificiâ autoritate definitas examini ſuo ſubjicere, ſed etiam declararunt hujus ſuæ cunctationis cauſam fuiſſe *ſtudium* DUNTAXAT *conciliandæ Eccleſiaſticæ pacis & lucrandi nonnullos ex ſuis Fratribus in ſpiritu manſuetudinis, &c.*

Imò verò neque generatim mentem ſuam aperuiſſe, ſimul & morarum quas traxerunt rationem expoſuiſſe ſatis habuerunt Illuſtriſſimi Præſules, ut vel minimum ſuccidèrent iniquæ ſuſpicionis inquirendæ periculum, res illas ſigillatim enumerare curaverunt, quas examini ſuo per tres circiter menſes illa comitia ſubdiderant. Provinciam hanc in ſe aſſumpſit Emin. Cardinalis de Biſſy, qui non tantum illis interfuit, ſed & ſex inter cognitores (gallicè *les Commiſſaires*) honorificè relatus eſt. Eminentiſſimi autoris verba ſubjicimus ex illo decerpta Documento, quod non ſolum ſuis elogiis & calculis Galliarum Epiſcopi, ſed Regio etiam diplomate celebravit ac communiit Rex Chriſtianiſſimus: *ſi Præſules*, inquit, *quibus in conventu anni* 1713. *Conſtitutionis negotium commiſſum eſt tres in eo labore menſes integros poſuerunt, eo id egerunt Conſilio tùm ut comprobarent utrùm propoſitiones centum & una, quas Bulla referebat, in editionibus ibidem denotatis reperirentur, tùm ut ea omnia diſcuterent quæ in libellis ſeu typis ſeu manu editis Pontificiæ Conſtitutioni opponebantur, tum denique ut è Sacris textibus & traditione ea depromerent quibus illis omnibus libellis ſolidè ſatisfacerent* (1). Non eò igitur tendebat Gallorum Epiſcoporum examen, ut inquirerent utrum vera an falſa foret Conſtitutionis Doctrina; an jure an injuriâ damnatum fuiſſet, quod in eâ damnatum perlegebant; ſed eò totum collimabat, ut comprobarent pro-

(1) *Docum. Paſtor. an.* 1721. pag. 25. Si les Prélats nommés Commiſſaires par l'Aſſemblée de 1713. employerent trois mois entiers à leur travail avant que de faire leur rapport. Ce fut à verifier ſi les 101. propoſitions rapportées dans la Bulle ſe trouvoient de même dans les éditions qui y ſont déſignées. A examiner tout ce qu'on oppoſoit à la Conſtitution dans les écrits imprimés ou manuſcrits, & à chercher dans le Texte ſacré & dans la tradition de quoi y répondre ſolidement; à compoſer en conſéquence un rapport qu'il falloit faire à l'Aſſemblée.

poſitiones in Apoſtolicâ Conſtitutione tranſcriptas eaſdem reperiri in editionibus *conſiderationum Moralium* à Summo Pontifice deſignatis; item ut ea ex puriſſimis Scripturarum & traditionis fontibus argumenta depromerent, quibus plenè ſatisfieret omnibus contra Conſtitutionem Queſneliſtarum objectis & cavillationibus; tandem ejus generis eſt, quæ ab Eminentiſſimo de Biſſy manifeſtatur facta ab Epiſcopis inquiſitio, quam nullus facere non poſſit Pontificiæ inerrantiæ ſtrenuiſſimus aſſertor. Eaſdem illas inſtituti ab Epiſcopis examinis cauſas refert ac fuſiùs proſequitur Illuſtr. de Lafiteau, nec alias omninò Segeſteronenſis Præſul aſſignat præter eas, quas jam ex Emin. Card. de Biſſy deſcripſimus. Conſulat qui plura voluerit eruditam quam prælaudatus Præſul adornavit Conſtitutionis *Unigenitus* hiſtoriam (1).

(1) *Tom.* 1. *lib.* 1. *à pag.* 135. *uſq. ad pag.* 154. *edit. Avinion.*

His omnibus ſolidè ſatis, ut credimus, ſtabilitis ac firmatis diſputationis totius Summam Paucis contrahimus. Gallicanos Epiſcopos Pontificiæ infallibilitati adverſari indè colligebas, quòd Pontificia decreta examinarent; at ne id colligeres præcaviſſe ipſos Gallicanos Epiſcopos oſtendimus, quippè qui palàm & ſæpius declarant falſum conſectarium illud eſſe, ac ab iis etiam examinari poſſe decreta Pontificia qui ea erroris eſſe neſcia nulli dubitant. Reponebas cum Pontificiâ inerrantiâ Conciliari quidem poſſe illud examen quod ab animo circa Pontificii decreti veritatem & æquitatem dubiò ac hæſitante non proficiſcitur at certè Pontificiæ infallibilitatis ſententiæ repugnare examen quod ab illâ animi dubitatione procederet. Id verum eſſe reſpondimus; at etiam demonſtravimus nullomodo Gallicanis Epiſcopis affingi poſſe dubium & anceps iſtud examen, ac iſto minimè eos occupari ſolidè oſtendimus. Quid ſupereſt niſi ut concludamus hâc Gallorum Antiſtitum in examinandis Pontificiis decretis praxi nedum obſcurari, imò magìs ac magìs illuſtrari Germanam ipſorum de infallibilitate Pontificiâ ſententiam; qui enim Epiſcopi hanc inficiarentur alio profectò circa judicia Apoſtolica examine occuparentur ac occupate ſe palàm manifeſtarent.

CAPUT III.

Expenditur famoſa conventûs Gallicani an. 1682. *celebrati declaratio, quam peſſimè & injuriâ urgeri, & adduci ad labefactandam, deformandámvè ampliſſimi Gallicanorum Antiſtitum ordinis de Pontificiâ inerrantiâ ſententiam invictiſſimè demonſtramus.*

AD celeberrimum tandem ſcopulum hunc appulimus, ad quem nos allidi ſummopere cupiat quiſquis ampliſſimum Gallicanorum Antiſtitum ordinem Pontificiæ infallibilitati renitentem ac maximè contrarium ſpargere in vulgus ac jactantius vinditare ſolet. Nempè expendendã aggredimur declarationem illam tot ob rumores per orbem univerſum, quâ longè quâ latè diffuſos per celebrem, quam Antiſtites Pariſiis an. 1682. congregati his conceptam verbis ediderunt. *In Fidei quoque quæſtionibus Summi Pontificis judicium non eſſe irreformabile niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit.* Hæc illa eſt, Pontificiæ inerrantiæ detractor quiſquis es, famoſa declaratio, quam manifeſtandæ causâ Germanæ ampliſſimi ordinis circa Supremam R. Pontificis autoritatem ſententiæ centies inculcas, ſuperbiùs jactitas & ubique obtrudis. Eâ fretus, tantique nominis obtentu deliteſcens indeficientem R. Pontificis autoritatem ſecurus inſequeris; ad iſtam declarationem nos undique provocas, quâ genuina Francorum Epiſcoporum Doctrina dignoſcatur ac certò ſtabiliatur. Hâc declaratione ſemel laudatâ ac nobis objectatâ fidentiùs victoriam canis, & apud Illuſtriſſimos Galliarum Epiſcopos Pontificiam infallibilitatem, ut & apud te, rem eſſe conclamatam vociferaris. Hîc tandem exultas, lætaris, tripudias ac palmam obtinuiſſe tibi gratularis.

Verùm ut Prophetæ verbis utar, miſeri & infelices, *qui lætamini in nihilo!* umbris mendacibus delectamini, qui veritatem fallere neſciam amiſiſtis. Quamdiu vanis ſomniorum commentis paſcemini, rudique vulgo fucum facere contendetis? Quamdiu Eccleſiæ Gallicanæ nomine & autoritate abutemini, præfulgidumque ipſius ſplendorem obſcurare pergetis? Quamdiu Summè venerandum Gallorum

Antiſtitum ordinem denigrabitis, illumque bonis omnibus exoſum, peſſimis criminationibus reddere conabimini?

Ad celebrem iſtam declarationem ſeu ad tutiſſimum præjudicatæ ſuæ opinionis præſidium confugiunt Romanæ infallibilitatis oſores. Genuinam Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſententiam ad famoſæ iſtius declarationis amuſſim exigi & æſtimari volunt adverſantes Theologi, ſed enim cur non illud animadvertunt, vel quare diſſimulant quod neſciat nemo, eam nimirum declarationem iis conceptam & natam eſſe temporum nebulis, quibus offenſiones Romam inter & Galliam reciprocæ vividius erumpebant, iis rerum turbinibus, quibus ***Parens optimus, devotiſſimuſque filius repugnante animo***, ut ipſi dictitabant congregati Præſules, ***altercabantur*** (1) iis denique diſſidiorum procellis, quibus arctiſſimos Sedem Apoſtolicam inter & Francicum Imperium benevolentiæ & amoris nexus non divulſos quidem, ſed debilitatos, ſed relaxatos ***contra omnium expectationem perverſis quibuſdam hominum improborum artibus*** (2) ingemiſcebat orbis Catholicus; ii ſunt nubiloſiſſimi dies, quos ſine dolore Religio nunquam recogitet, quibus illa prodiit toties decantata declaratio, hæ fuerunt tempeſtates, quibus Religioſiſſimum Principem cum ſanctiſſimo Pontifice in illum ***benevolentiſſimo ac propenſiſſimo*** (3) committi doluit Eccleſia, quibus filii amantiſſimi ſeſe offenſos ac læſos fuiſſe ab optimo Parente rebantur, cuï tamen antiquiùs nihil erat quàm ut eorum commodis & immunitatibus inſerviret. Quæ cum ita ſint, quo jure, quâ æquitatis lege intimos Gallicanorum Epiſcoporum ſenſus ex iis expiſcaremur monumentis, quæ non niſi commotis & calentibus animis poſita ſunt; iis interim neglectis quæ tùm anteà, tùm deinceps & numero plura, & celebritate ſplendidiora, & autoritate majora prodierunt? Quæ per tumultum & rixas obiter effuſa ſunt, numquid non ea reſpui jubet amans æqui prudentia? Rectè nè an improbè de filii erga Patrem amore ac reverentiâ judicares, ſi poſthabitis innumeris, quæ ex ephæbis ad ultimum uſque vitæ Spiritum erga chariſſimum Parentem liber optimæ indolis edidiſſet, venerationis & obſervantiæ ſignificationibus, ob tranſitorium cujus honeſtiſſimæ familiæ vix immunes ſunt ac leve diſſidium, pronuntiares filium illum infenſos in Patrem animos geſtaſſe? Quis tibi non ſuccenſeret tàm iniquè pronuntianti? Mutatis nominibus de te fabula narratur adverſarius quiſquis es. Ex infinitis propèmodum Eccleſiæ Gallicanæ, quâ veteris, quâ recentioris erga Romanum Pontificem Amoris & obſequii teſtificationibus, quas temporibus ſerenis,

(1) *In Epiſt. 1. ad Innocentium XI. è conventu datâ menſis Februar. an.* 1682. refertur hæc Epiſtola ab Emin. Sfondrate in *Galliâ vindicatâ diſſert.* 1. §. VIII. Docum. 58.

(2) *Ibidem.*

(3) *Ibidem.*

pacatis, non commotis animis protulerunt Gallicani Præſules, Germanos illorum ſenſus agnoſcere recuſas, ſed ſpretis ac prætermiſſis hiſce omnibus teſtimoniis ad unum illud recurris factum, quod perturbatis animis ac ſimultatibus originem refert. Ecquis amabo; in illâ agendi ratione æquitas, quæ ſinceritas, qui veritatis amor? At enim adverſariorum Conſilia agnoſco; celebri illâ declaratione gloriantur, cujus obtentu privatas opiniones pugnare valeant, ſicque incommodam ſibi & contrariam Illuſtriſſimorum Galliæ Epiſcoporum, non minus quàm infallibilem & Supremam R. Pontificis autoritatem quovis pacto declinent.

Genuinam Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſententiam ad famoſæ iſtius declarationis amuſſim exigi & æſtimari decernunt adverſantes illi nobis Theologi, nos è contra aſſerimus nullam illiùs rationem hìc habendam eſſe, quod quidem à nobis dictum velim, non quòd ut affirmant nonnulli (1) *totum* quod in iis comitiis agitabatur *vindictæ & odio* datum fuerit. Abſit offenſionis verbum; abſit ut ea proferamus, quæ etiamſi vera & certa eſſent, quia tamen Gallicanis Præſulibus probroſa & contumelioſa, æterno ſepelienda ſilentio, quæ noſtra eſt erga illos obſervantia ac de iis concepta exiſtimatio, nunquam non duxerimus; non etiam quod minimè legitima fuerint illa comitia, in quibus talis declaratio fabricata eſt. Iſtud equidem multis de cauſis nec ita caducis rationibus ducti Gallorum quoque nonnulli ſub illa tempora contendebant; id in primis eviciſſe ſibi ſuadebat inter Gallos Doctores haud infimæ notæ ac literaturæ ſcriptor Antonius Charlas (2) jure an injuriâ judicent ii quibus per otium licet illius & aliorum momenta ad amuſſim expendere; talibus non moramur momentis, quibus ad cauſæ noſtræ defenſionem nullatenus indigemus, quam quidem ut evincamus non dubia, non utrimque agitata, non uſpiam controverſa proferemus, ſed omnibus probanda, ſed ejuranda nemini; teſtes videlicet dabimus ipſos declarationis Autores quorum verbis, ſi Fidem hâc in parte deroges, certè nemini credas.

(1) *Emin. Sfondrat. in* Galliâ vindicatâ *differt. 2. §. 1. in fine. V. etiam Charlas. de libertatibus Eccl. Gallic. lib. 3. cap. 13. Petit Didier de infallibilitate Papæ capite 14. &c.*

(2) *Tract. de libertatib. Eccl. Gallic. lib. 3. cap. 13.*

Quam amabo Fidem cum de retegendâ illorum Epiſcoporum mente agitur, quam certitudinem faciet declaratio, quam inconcuſſi metus, & quidem graves ab aliquot Præſulibus extorſerunt. Rem porrò ita ſe habuiſſe Innocentio XI. ingenuè confeſſi ſunt iidem Epiſcopi datâ ad Summum Pontificem Epiſtolâ menſe Febr. an. 1682. ſic loquiuntur: *Quam conſecrandi fecimus Apoſtolicæ Sedi Canonicæ obedientiæ profeſſionem, ea nos impellit quæ Pariſiis* JUSSU REGIO *congre-*

gatig eſſimus, ad Apoſtolatum veſtrum referamus, GRAVESQUE METUS *noſtros paternum in ſinum effundamus.* Graviſſimos revera fuiſſe illorum Epiſcoporum metus, & intellexit Innocentius XI. nec diſſimulavit, quin & ad eoſdem reſcribendo Sapienter omninò & opportunè animadvertebat, quòd *metu ſuaſore nunquam Sacerdotes Dei eſſe ſolent inarduâ & excelsâ pro Religione & Eccleſiaſticâ libertate, vel aggrediendo fortes, vel perficiendo conſtantes* (1). Inde eſt quod omni depoſito timore ſibi redditi Præſules prædictam, ut poſtea videbimus, declarationem eâ quâ par erat modeſtiâ reſciderunt. Jam verò quis diffiteatur quod jam præmonuimus, nempè ab iis quæ vis aut metus extorſit repetendos non eſſe ſinceros ac genuinos Autoris ſenſus? Quis, modo æquus rerum æſtimator, non videat propriam ac nativam Gallicanorum Antiſtitum Doctrinam ex iis quæ nullo acti metu, plenâ gaviſi libertate ſæpius profeſſi ſunt æſtimandam eſſe, potius quàm ab unâ declaratione, quæ non niſi graviſſimis timoribus ac minùs voluntariis affectibus conceſſa eſt? Quæ enim vi metuvè fiunt, debere *in irritum revocari* (2) *& carere robore firmitatis* (3) non ſemel ſanciunt jura Eccleſiaſtica. Deſinant igitur adverſarii talem, quam perpetuò urgent declarationem obtrudere, in quâ non alia vis, ſi qua eſt, quàmvis timoris, quæ ut illam extorquere potuit, ita irritare valeat.

(1) *Hæc Innocentii XI. Epiſtola legitur apud Emin. Sfondrat.* in Galliâ vindicatâ *differt.* 1. §. 8. *Docum.* 59.

(2) Cap. Abbas 2. *de hiſque vi, metu, &c.*

(3) Cap. ad audientiam *de hiſque vi, metu, &c.*

Genuinam Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſententiam ad famoſæ declarationis normam exigi & æſtimari volunt Romanæ infallibilitatis detractatores. Verùm quâ fronte iſtud pertendere poſſunt, ſi quâ manu declarationem illam ſubſcripſerunt illius autores, hâc eâdem ipſam multi obliteraverint, ſi culpam citius, ut ſic loquar, exceperit pœnitentia quàm illa admiſſa fuerit, ſi ad R. Pontificis pedes animo provoluti injurioſa Apoſtolicæ autoritati decreta ingenuè recantantes eò ſurrexerint glorioſiùs, quo minùs voluntariè prolapſi fuerant? Rem porrò ita feliciter ceſſiſſe tam certò conſtat, quàm perversè à Neotericis illis Eccleſiæ Gallicanæ obtrectatoribus reticetur. Teſtes hìc iterum dabimus omni exceptione majores, ipſos nempe Galliarum Epiſcopos ſancitæ declarationis haud paucos autores. Sic autem mentem ſuam aperiunt in illâ quam ad S. Pontificem Innocentium XII. conſcripſerunt Epiſtolâ: *cum in hâc tandem exultantis Eccleſiæ felicitate ingentes Chriſtiani omnes Paternæ Providentiæ ſanctitatis veſtræ fructus percipiant, facilemque in ſinum Clementiæ veſtræ aditum experiamur, nihil accidere moleſtius nobis potuit, quàm quod eo nunc loco res noſtræ ſint, ut aditus in gratiam*

ſanctitatis veſtræ nobis hactenus interclusus videatur. Cujuſquidem rei, cum eam fuiſſe rationem perceperimus, quòd nos Cleri Gallicani comitiis an. 1682. Pariſiis habitis interfuerimus: idcircò ad pedes Beatitudinis veſtræ provoluti profitemur & declaramus nos vehementer quidem & ſupra id quod dici poteſt, ex corde dolere de rebus geſtis in comitiis prædictis, quæ ſanctitati veſtræ ejuſque Prædeceſſoribus ſummoperè diſplicuerunt, ac proinde quidquid in eiſdem comitiis circa Eccleſiaſticam poteſtatem & Pontificiam autoritatem decretum cenſeri potuit, pro non decreto habemus & habendum eſſe declaramus (1).

Quid planiùs? Quid ab illis Epiſcopis ultra deſiderari potuerit? Declaraverant *irreformabile non eſſe in Fidei quæſtionibus Summi Pontificis judicium niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit.* Hæc declaratio Apoſtolicæ Sedi ſummoperè & jure merito diſplicuerat. Quid igitur illi Epiſcopi jam ſedati ſuique memores? *Ad pedes*, inquiunt: *Beatitudinis veſtræ provoluti*, quam graviter in veſtram autoritatem officii noſtri immemores deliquimus, tam liberè *profitemur* & apertè *declaramus nos vehementer quidem, & ſupra id quod dici poteſt* non verbo tenus, *ſed ex corde dolere de rebus geſtis in comitiis prædictis* an. 1682. *quæ ſanctitati veſtræ ejuſque Prædeceſſoribus* ſummopere nec immerito ſanè *diſplicuerunt*. Quapropter, ut pro injuriâ Apoſtolicæ Sedi à nobis illata legitimè ſatisfiat, tam inſolitum, tamque ab avitis obſervantiæ noſtræ ſenſibus alienum decretum *pro non decreto habemus*, & ne quis deinceps illius obtentu privatas ſuas opiniones confirmare ac munire auſit, pro non decreto illud *habendum eſſe declaramus*, inquiunt memorati Præſules quos rei geſtæ intimo doloris ſenſu pœnitebat.

(1) *Hanc Epiſtolam integram refert Emin. Sfrondatus in* Regali Sacerdotio *Lib. 4. §. 5. & ultimo num. 4.*

Quid igitur ſibi volunt inerrantiæ Pontificiæ adverſarii, quando ex hâc declaratione ſolemniter recantatâ intimos Gallicanorum Epiſcoporum ſenſus elici contendunt? Si Fides ipſis, ea declaratio Lydius eſt Lapis, quo Germanâ Francorum Præſulum ſententia certò dignoſcatur, at ſi ipſis contra Præſulibus credas, quæ in infauſtis illis an 1682. comitiis geſta ſunt, ita ſibi videntur avitæ Gallorum erga Summos Pontifices pietati minus conſentanea, ut de iis *vehementer & ex corde doleant.* Hoc decretum jactantiùs oſtentant adverſarii ac ſi publicam Eccleſiæ Gallicanæ Doctrinam complecteretur; illud idem præfati Antiſtites *pro non decreto* habent, & *habendum eſſe* declarant; ergo publicam omnium hominum Fidem immaniter ludificantur Neoterici Pontificiæ infallibilitatis impugnatores; Illuſtriſſimis ipſis Galliarum Epiſcopis diſertè contradicunt, totam, quanta eſt, Gallicanam

licanam Eccleſiam atrociter denigrant, ſeque ipſos omnibus ridendos præbent, eò turpius, quò ampliùs mentiuntur.

Genuinam Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſententiam ad famoſæ iſtius declarationis regulam expendi & æſtimari volunt Novelli Gallicanæ non minus quàm Romanæ Eccleſiæ criminatores. Verùm enim verò ecquos illa Autores, quos approbatores habuit? Annè omnes aut pleroſque Galliarum Epiſcopos? Ni res ita ſit immeritò prorsùs iſta ſanctio tanquam unanimis omnium Galliæ Præſulum ſententia proponitur, nec niſi per Summum nefas privata quorumdam Franciæ Antiſtitum culpa in ampliſſimum ordinem quantus eſt refunderetur. Atqui ex centum viginti & ampliùs Epiſcopis quos ſibi numerat Gallia, nemo neſcit ſolos triginta quatuor Epiſcopos illis Comitiis an. 1682. interfuiſſe. Adde non immeritò quæri poſſe an omnes illi Epiſcopi, quorum certè numerus habitâ ceterorum ratione minimus erat, prætenſæ declarationi conſenſerint ac ſubſcripſerint. Acta equidem illorum comitiorum manuſcripta legere haud nobis datum eſt, quò certi quidpiam ſtatuere poſſemus; at legimus ſanè encyclicam illiùs conventûs Epiſtolam ad Regni Archiepiſcopos & Epiſcopos, quæ typis extraneis excuſſa publicam lucem aſpexit initio operis cuï titulus: *Defenſio declarationis Cleri Gallicani, &c.* in hâc porrò Epiſtolâ vidimus illam declarationem ab Epiſcopis *communi* non vero *unanimi conſenſu* fuiſſe divulgatam, ſed eſto, decretum iſtud probaverint omnes illi Epiſcopi; ſupererat in totâ paſſim Galliâ Præſulum numerus longè Superior, in quo Gallicanæ Eccleſiæ nomen & autoritatem agnoſcendam eſſe nemo prudens diffitebitur. Valeant igitur qui genuinam Gallicanorum Epiſcoporum de Pontificiâ autoritate ſententiam ad famoſæ iſtius declarationis legem æſtimari ac dignoſci volunt; num enim ita ſecum agi volunt ipſi Galliarum Antiſtites? Profectò non ita ſentiunt Præſules illi qui citatæ toties declarationis conditores illam ad Summi Pontificis *pedes provoluti* revocarunt; non etiam reliqui Galliarum Epiſcopi qui decretum illud ſuis calculis ac ſuffragiis communirè nunquam voluerunt; & vero quânam Sapientiâ declarationem ſuapte naturâ caſſam & irritam ab aliquot duntaxat Epiſcopis infauſtâ temporum conditione extortam, ab iiſdem ſincera nec ſerâ pœnitentiâ & lacrymis dilutam exteri Gallicanæ Eccleſiæ Proceres approbaſſent? Nihil igitur mireris quòd illa declaratio ſimul cum aliis Cleri Gallicani actis ejuſdem Cleri autoritate ac nomine editis non compareat. Illam videlicet è ſuis faſtis exulem fecit ampliſſimus ordo, æternæque oblivio-

ni linquendam cautè omninò ac prudenter judicavit. Quianam vero? In promptu cauſa eſt, ſcilicet oſtendere voluit Eccleſia Gallicana illam declarationem ſibi minimè probari, nedum Germanam ejus ſententiam exprimat.

Atque hinc eſt quòd eruditi Galliarum Antiſtites in iis Paſtoralibus Documentis, aliiſque lucubrationibus, in quibus Supremam Apoſtolicæ Sedis ac Romani Pontificis autoritatem ſtabiliunt, & ex quibus de illâ autoritate quid teneant Illuſtriſſimi Antiſtites, quidve tenendum decernunt ſatis hactenus ſuperque probavimus, opinionem ſuam, quam omnium Catholicorum eſſe velint, declaratione illa nunquam dimetiantur aut communiant. Unde verò ſolidiſſima repetunt ſuæ Doctrinæ fundamenta? Ab iis omnibus quà veteris, quà recentis Eccleſiæ Gallicanæ teſtimoniis, quæ Nobiliſſimi Pontificiæ inerrantiæ vindices illiùs confirmandæ causâ deſcribunt ac commemorant. Laudant ubique Galliarum Epiſcopi celebrem illam Boſſuetii orationẽ iiſdem in comitiis habitam, quæ immotam & indeficientem Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicæ Sedis autoritatem ac Fidem diſertè adeo & efficaciter adſtruit, laudant luculentiſſima tot præcedentium Cleri Gallicani Conventuum monumenta, quorum ſpecimen in præfatione noſtrâ repræſentavimus. Laudant expreſſiſſimâ Irenæi, Hilarii, Proſperi, Bernardi aliorúmque veteris Galliæ luminum teſtimonia quæ Pontificiæ infallibilitati apertiſſimè ſuffragantur, eaque à contortis Neotericorum Novaturienſium interpretamentis vindicant, tantorum majorum filii non degeneres. At prætenſam declarationem ſeu neceſſarium Doctrinæ ſuæ præſidium nullibi laudant, imò verò haud inſcii permultos illâ abuti ad impetendam Romani Pontificis autoritatem obſcurandoſque genuinos Eccleſiæ Gallicanæ ſenſus, id ubique curant, ut duriorem iſtius decreti ſignificationem emolliant & ad illum inflectant ſenſum, qui Pontificiæ infallibilitati nihil noceat.

Hæc enim comitiorum an. 1682. verba, *non eſt irreformabile Summi Pontificis judicium, niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit*, ſic gallicè vertunt: *Un décret du Pape eſt irréformable quand il eſt reçu par le conſentement de l'Egliſe*, id eſt Latinè, *decretum Summi Pontificis eſt irreformabile quando ipſi acceſſit Eccleſiæ conſenſus.* Inter hanc utramque propoſitionem immenſum apparere diſcrimen nemo non percipit, in priori quippè Eccleſiæ conſenſus videtur eſſe conditio, ſine quâ Pontificium judicium non eſt irreformabile. Poſterior id tantum aſſerit, quod apud omnes indubium eſt, nempè Romani Pontificis decretum eſſe irreformabile quando illi conſentit Eccleſia, at vi ſuâ

non infert, abeunte illo Eccleſiæ conſenſu irreformabile non eſſe decretum Apoſtolicum. Jam vero poſteriorem illam ſignificationem famoſæ declarationi, attribuunt Illuſtriores Galliarum Epiſcopi; dubitas fortaſſe? At non dubitabis, cum expreſſiſſima quæ ſubjicimus illorum verba perlegeris. Conſule præſtantiſſimum illud Emin. Card. de Biſſy Paſtorale Documentum, quod non modo ceteri Galliarum Epiſcopi ſuis elogiis exornarunt, ſed etiam Rex Chriſtianiſſimus edicto Regio muniit. Inibi diſerta iſthæc verba invenies: *extraordinaria Cleri Gallicani comitia an.* 1682. *coacta declararunt decretum Papa eſſe irreformabile quando ipſi acceſſit Eccleſia conſenſus* (1) nihil ſupra: ecquid enim poſt teſtimonium graviſſimum & omni exceptione ſuperius à nobis alia deſiderares? Alia tamen dabimus non minus conſpicua; adi, ſi vacat, primam Senonenſis Archiepiſcopi Epiſtolam ad Epiſcopum Bononienſem in quâ fulgentiſſimum illud recentis Galliæ lumen agitatam declarationem ſic Benignè interpretatur: *Epiſcopi Gallicani*, inquit, *iis etiam temporibus quibus illos Sedis Apoſtolica decretis nimium tribuiſſe ſupponi non poteſt, ſemper dixerunt ejus decreta in quaſtionibus Fidei eſſe irreformabilia quando ipſis acceſſit Eccleſia conſenſus* (2) & iterum Emin. Card. de Biſſy, *Epiſcopi*, inquit, *conventus an.* 1682. *celebrati id unum dicere ſatis habuerunt, judicia nimirum RR. Pontificum eſſe irreformabilia, quando ipſis adjungitur conſenſus Eccleſia ſeu primorum Paſtorum qui illam Gubernant* (3).

Videre hìc eſt quâ prudentiâ Gallicani Antiſtites objectam declarationem in eum inclinent ſenſum, qui Pontificiæ infallibilitati nullatenus officiat, ut enim jam adnotavimus, qui aſſerit ſolemnia Romani Pontificis judicia irreformabilia eſſe quando ipſis accedit Eccleſiæ conſenſus, veritatem pronuntiat, quam omnes promiſcuè Catholici agnoſcere profitentur & verò debent. Aſt illud effatum minimè exprimit irreformabilia non fore R. Pontificis decreta ſi non accedat ipſis Eccleſiæ conſenſus. Res ſtatim in oculos inſilit eamque obſervatam opportunè voluit Gallia in reſponſione ad libellum me-

(1) *Docum Paſt. an.* 1722. pag. 39. L'Aſſemblée extraordinaire du Clergé de France tenue en 1682. a déclaré qu'un Décret du Pape eſt irréformable quand il eſt reçu par le conſentement de l'Egliſe.

(2) *Num.* 25. pag. 35. Les Evêques de France l'ont toujours dit dans ce tems même qu'on ne peut ſuppoſer qu'ils donnaſſent trop au Décret du S. Siége que *ſes Décrets ſur la Foi étoient irréformables dès qu'ils étoient ſuivi du conſentement de l'Egliſe.* (*ad marginem leguntur hac verba*) Aſſemblée du Clergé en 1682. prop. 4.

(3) *Docum Paſt. an.* 1722. pag. 119. Les Evêques de l'Aſſemblée de 1682. ſe ſont contentés de dire que les jugemens des Souverains Pontiſes étoient irréformables quand le conſentement de l'Egliſe, c'eſt-à-dire, des premiers Paſteurs qui la gouvernent s'y trouvent joints.

morialem miſſum à Cardinale *de la Tremoüille* an. 1707 (1).

Ex iis omnibus quæ ſtrictiori calamo hactenus, ac veluti velitando diſputata ſunt, jure concludimus Gallicanos Epiſcopos, qui aliunde tot luculentiſſima Supremæ ac infallibili Romanorum Pontificum autoritati dedêre teſtimonia, longiſſimè alienos eſſe ab illâ declaratione amplectendâ, quæ indeficientis & irreformabilis judicii privilegium tot aſſertum argumentis, tot documentis Paſtoralibus inculcatum Summis Pontificibus abjudicaret. En igitur quid agunt clamoſi illi novitatum buccinatores, dum famoſam illam declarationem tantis dicendi facibus jactitatam nobis objiciunt: dum ab illâ æſtimandam eſſe ſuſurrant Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſententiam, dum illam perpetuo tanquam inexpugnabile ſuæ opinionis propugnaculum ſuperbiùs oſtentant? Itanè ampliſſimo ordini turpiter imponerent, niſi eſſent quàm procaces Romanæ autoritatis adverſarii, tàm invidi Gallicani ſplendoris hoſtes? Anne Clerum Gallicanum tot optimis in Eccleſiam meritis nominatiſſimum, exoſum tamen ceteris orbis Catholici partibus & inviſum tot ſparſis rumoribus reddere conarentur, ſi ipſis cordi eſſent naturalis æquitas, Chriſtiana modeſtia, & in primis debita Doctiſſimis Præſulibus reverentia? Num ea refricarent toties & oſtentarent quæ æterno contumulanda eſſent ſilentio? Num culpam ab aliquot Epiſcopis admiſſam minùs voluntariam, ideoque excuſatione dignam, pœnitentiâ dilutam atque id-circò oblivioni linquendam, ad omnium tamen memoriam revocarent, imò & in integrum Epiſcoporum ordinem protervè refunderent? Numquid ſperant hoc fore operæ ſuæ pretium, ut Eccleſia Gallicana aliis odioſa & infenſa evadat? Si ſperant, proh! Quam nequiter, quam improbè ſperant; ſceleratum adeò Conſilium ipſis attribuere nolim. Malim aſſerere illos ad tales Anguſtias deſcendiſſe ut aliquod deſperatæ cauſæ præſidium ementitâ Cleri Gallicani autoritate adferre poſſent. Verum ne id quidem cordatis hominibus, quanto minus Chriſtianis Religio condonaverit; *ſi enim* Petri Aurelii verbis uti liceat, *quorumvis Fidelium delicta pallio charitatis obvelanda*,

(1) *Réponſe au Mémoire envoyé par Mr. le Cardinal de la Tremoüille, avec la dépêche du 7. May 1707.* cette propoſition, *les conſtitutions des Papes obligent toute l'Egliſe lorſqu'elles ſont acceptées par le Corps des Paſteurs* eſt bien différente de celle-cy. *Les Conſtitutions des Papes pour obliger l'Egliſe, doivent être acceptées par le Corps des Paſteurs.* Car la première eſt générale & affirmative, au lieu que l'autre eſt négative & excluſive, il eſt bien différent de dire que l'acceptation eſt neceſſaire pour obliger, ou de dire qu'après l'acceptation toute l'Egliſe eſt obligée. L'une dit une vérité certaine & inconteſtable, & l'autre propoſition exclut l'obligation de ſe ſoumettre avant l'acceptation, ce qui n'eſt point dans la propoſition des Evêques de France (de l'Aſſemblée de 1705.) *Hic libellus memorialis integer legitur in opere gallicè inſcripto Hiſtoire du Cas de conſcience &c. edit. 1711. Tom. 7. in-douze pag. 447. & ſuiv.*

nec ſine causâ graviore exponenda ſunt non ſolum ob charitatem in ipſos, ſed maximè ob Eccleſiæ honorem.... quanto carior eſſe debet Epiſcoporum Eccleſiæ ſponſorum & Patrum honor omnibus Eccleſiæ filiis omnique ſtudio quamvis illi minus digni eſſent propter Eccleſiæ honorem protegendus (1) nec proindè privatarum opinionum utilitati poſthabendus Hæreticos igitur alioſque hujus furfuris Ariſtarchos, non pios, non homines Chriſtianos, non filios Patrum ſuorum Amantiſſimos decet turpis illa malignitas, quæ Venerabilium Eccleſiæ Præſulum ſententiam ex iis exponere ſatagit, in quibus communem omnium hominum fragilitatem ad tempus experti ſunt. Verùm ſi projectam hominum illorum audaciam comprimere non valuit debita Patribus ſuis reverentia, nonne ſaltem cohibere debuiſſent vana Pſeudoreformatorum tripudia, publicique clamores, quibus expugnatum illâ declaratione Epiſcopatûs apicem, everſam funditùs viſibilis Eccleſiæ capitis autoritatem, Romanumque Pontificem à Gallicanis Epiſcopis in triumpho ductum inſolentiùs efferebant, licebatne viris qui Catholici eſſe & videri volunt, fæderatas cum heterodoxis manus conjugere & ad obſcurandam Gallicanæ Eccleſiæ gloriam communibus votis conſpirare? Nobis liceat erga meritiſſimos Antiſtites & Chariſſimam Eccleſiæ univerſæ, nobiliſſimamque portionem eſſe obſervantiores; abſit hoc à nobis, ut paucorum nævos in totum, quantus eſt, ampliſſimum Antiſtitum ordinem refundamus.

(1) *Vindic. adverſus ſpong.* pag. 360.

Quid nos igitur ad famoſam illam declarationem quam hic appellare ac diſcutere ſola nos cogit hominum inconſultorum temeritas, ſola vindicandæ contra illos veritatis, ac Gallicani ſplendoris ab illis obſcurati, à nobis reſtituendi voluntas impellit? Dicimus ab illâ declaratione depromendos non eſſe Germanos Gallicanorum Antiſtitum de Pontificiâ autoritate ſenſus? Ecquis enim neſciat quod jam obſervavimus, declarationem iſtam medios inter altercationum tumultus & animorum commotiones natam eſſe & conceptam; porrò quæ calentibus animis, quæ difficilibus, ac nubiloſis temporibus, quæ ardentibus diſputationum æſtibus enata ſunt, ea pro infectis habenda eſſe nemo prudens inficiabitur, uſu enim & experientiâ teſte multoties evenit, ut ea nobis graviori quopiam affectu commotis arrideant, quæ pacatioribus & tranquillis ſint poſtmodum improbanda. Hinc ſapienter non minùs quam verè Gregorius Pontifex maximus (2) *non quidquam agendum eſſe* monet *priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat, ac tempore commotionis juſtum illud putari*, non quod ſit faciendum, ſed *quod ſit*. Hinc etiam plurimi ex

(2) Cap. illa 11. *quæſt.* 3.

Præſulibus, qui prætenſæ declarationis conditores aut approbatores fuerant ad ſaniora deinceps reverſi, ſibique redditi ſincerâ pænitentiâ & expreſsâ revocatione deletam illam & æternâ oblivione ſepultam voluerunt, quam ab ipſis timoris affectiones animorumque diſſidiâ extorſerant. Hinc denique hodierni Galliarum Epiſcopi innumeris, invictiſque argumentis pàlàm facere omnibus voluerunt declarationem iſtam ſuæ Doctrinæ nequaquam eſſe conſentaneam. Et erunt qui ad illius normam æſtimandos eſſe genuinos ampliſſimi ordinis ſenſus planè & omninò contendant? At cogitent illi famoſum iſtud decretum tot titulis vitioſum ac nullum, hoc inſuper vitio laborare, quòd non ab omnibus aut pleriſque, ſed ab aliquot tantùm Eccleſiæ Gallicanæ Præſulibus latum & ſancitum fuerit, quod in totâ Galliâ typis domeſticis publicam lucem nunquam aſpexerit, &c.

Quid nos prætereà ad malè celebrem iſtam declarationem? Dicimus illam eo quo vidimus modo fabricatam nedum infringendæ R. Pontificis inerrantiæ inſervire poſſit; revocatam ut reapſe fuit & reſciſſam in novum cedere Pontificiæ infallibilitatis argumentum, adeò ut eadem hic Gregorii Magni, verba uſurpare liceat, *plus* nempe *nobis aliquorum incredulitatem ad Fidem, quam Fidem aliorum credentium profuiſſe* (1). Quis enim è veſtigiò non intelligit illos Antiſtites haud quaquam eſſe indeficienti Romanorum Pontificum Autoritati adverſos, qui quod nubilis temporibus, calentibus animis nec ita proindè ad res accuratè perpendendas idoneis decreverant, ſerenatis ſtudiorum procellis, recuperatâ animorum tranquillitate ac ſopitis diſſidiorum facibus palàm & apertè recantarunt, atque *pro non decreto habendum eſſe* liberi declaraverunt? Quæri igitur meritóque dubitari poteſt, an graviorem ſuâ culpâ non admodum voluntariâ injuriam Romanæ autoritati intulerint Gallicani Præſules; an verò nobilius ſuâ pœnitentiâ ſpontaneâ omninò & liberâ teſtimonium infallibili eidem autoritati perhibuerint.

(1) *Homil.* 26. *in Evangel.*

Quid nos rursùs ad jactatam toties illam declarationem? Nedum ex illâ anſam arripiamus vel Germanos ampliſſimi ordinis ſenſus obſcurandi, aut Gallicanos Epiſcopos proſcindendi, indè nos ipſos laudandi, magiſque ac magis omnium exiſtimationem & venerationem iiſdem conciliandi non parum argumenti capimus. Quàm enim modica illorum culpa fuit, ſi attendas circumſtantias temporum? Quàm è contra ingens illorum virtus emicuit in culpæ reparatione? Triumphavit tandem veritas nullo Epiſcoporum dedecore, quibus inſtar victoriæ fuit veritati aliquantulum neglectæ faſces tandem ſubmiſiſſe.

De illis dicendum quod de Sertorio Romanorum fortiſſimo ſcribit Plutarchus in vitâ : ***plus admirationis corrigendo accepta damna quàm adverſarios vincendo promeritum eſſe.*** Tunc ſiquidem omnibus & ubique innotuit perpetuum illud vigere in Galliis antiquæ Doctrinæ ſtudium, ut ſi quando à Regiâ majorum viâ deflexiſſe tantiſper aliquot Epiſcopos contingeret, culpam illi, vel errorem non agnoſcerent prius quàm debitâ ſatisfactione corrigerent. Errare humanum eſt & in errorem impegerunt Sanctiſſima ac Nobiliſſima ingenia, ut alios taceam, Cyprianus & Auguſtinus. At quantæ virtutis agnitum errorem revocare in iis potiſſimum, qui primas in Eccleſiâ Sedes occupant, quibus quàm difficile ſit palinodiam canere nemo neſciat? ***In errorem enim incidiſſe***, iterum Gregorius magnus ***naturæ fuit, diluiſſe virtutis*** (1) Ex hâc etiam declaratione occaſionem Sumimus laudandi ampliſſimum ordinem qui tot argumentis manifeſtaverit eam ſibi probatam nuſpiam fuiſſe; qui ferre noluit, ut ſibi imputarentur, quæ ſuam erga Sedem Apoſtolicam obſervantiam obſcurare poterant.

(1) Loco mox citato.

Hæc nos ad famoſam illam declarationem, quibus quidem omnibus ſatis oſtendiſſe credimus quàm malè urgeatur illa ad deformandam ampliſſimi Gallorum Antiſtitum ordinis de Pontificiâ inerrantiâ ſententiam, quibus etiam credimus ſatis nos feciſſe veritati ac ſtudio noſtro pro defendendâ Gallorum Antiſtitum gloriâ adverſus malevolos, qui eam iniquis criminationibus obſcurare vellent; attamen reſtat adhuc ut alterum noſtræ erga Gallicanos Epiſcopos dilectionis ac reverentiæ ſpecimen præbeamus. Non ignoramus quàm multi paucorum illorum Epiſcoporum culpam, qui præfatam edidêre declarationem exaggeraverint: quid ergo ſi nos culpam illam veridicâ expoſitione, non ſpernendis argumentis minuere Satageremus, ac oſtenderemus non tantum ab illis Epiſcopis Pontificiæ autoritati vulnus illatum, quantum multi credunt. Num vituperandi conatus noſtri? Enim verò licuerit malevolis Gallorum Antiſtitum criminatoribus admiſſam ab iis culpam ſpretis juſtitiæ & obſervantiæ legibus exaggerare? Nobis interim nefas erit culpam eamdem quantùm pati poteſt nixa veritati pietas imminuere? Nonne omnium Catholicorum intereſt Chariſſimæ Patrum ſuorum memoriæ quoad illæſis veritatis juribus fieri poteſt, conſulere? Ignorat quiſpiam quo veritatis ſtudio, quo Charitatis ardore Magnus ille Auguſtinus, Sanctiſſimi Martyris Cypriani erratum ab aliis immodicè amplificatum diminuere contenderit. Quid ni igitur Auguſtinum hic imitari poſſimus, præſertim verò ſi majora ſuppetant ad excuſandos

aliquâ ex parte Galliarum Epiſcopos momenta, quàm Hipponenſi Epiſcopo ad purgandam Cartaginenſis agendi rationem adfuerint? Ceterùm noſtrum illud erga Gallicanos Antiſtites ſtudium vitio nobis verti non poteſt, quin & ſimul vituperentur hodierni Galliarum Epiſcopi quos quidem, dum ad benigniorem ſenſum declarationem illam inflectere ſatagunt, in minuendâ Prædeceſſorum ſuorum culpâ nobis præiviſſe manifeſtum eſt. Tantis præeuntibus Epiſcopis in arenam ſecuri deſcendemus, & eò ſecuri magis, quod neminem offenſuri, rem omnibus Religionis ac veritatis amatoribus gratiſſimam facturos nos eſſe exiſtimemus. Denique metus quoſcumque noſtros, & omnia ſiqua tamen imminere nobis poſſint pericula, omninò ſuperat obſervantiſſimus noſter erga Gallicanos Præſules amor, quo impellente ac ſimul veritate conatibus noſtris adſpirante defendendæ eorum gloriæ & adverſus malevolorum molitiones vindicandæ ad ultimum vitæ Spiritum allaborabimus.

Id equidem Conſilii nunquam habuimus, ut nonnullos illos Galliarum Epiſcopos declarationis Autores omni culpâ vacaſſe propugnaremus. Tales vindicias, quibus nævum omnem ab iis propulſatum vellemus, ipſi ſi viverent Gallicani Præſules, generosè reſpuerent, abſit igitur ut illos deliquiſſe penitùs inficiemur, qui delictum ipſi ſuum glorioſiori diluerunt pœnitentiâ, quàm auſu nocentiori admiſerant. Fatemur itaque illos Epiſcopos declarationis conditores eam agendi & loquendi formam ſecutos fuiſſe, cujus nullum in anterioribus Eccleſiæ Gallicanæ conventibus exemplum, nullum in omnibus Sacræ vetuſtatis monumentis extabat veſtigium; ſcimus præterea illos hâc ſuâ declaratione haud levem feciſſe multis occaſionem Clerum Gallicanum novitatis inſimulandi, ipſumque palàm in hominum aliquot ora traducendi tanquam perfidum avitæ traditionis & paternæ erga Summos Pontifices obſervantiæ deſertorem. Denique agnoſcimus eos Epiſcopos nedum id temporis quidpiam proferre potuerint quod Pontificiæ autoritati officere videretur, debuiſſe potius expreſſiora venerationis ſuæ teſtimonia exhibere; idque tum maximè, cum cernerent Maximum Pontificem non ſuis ſuorúmque, ſed Francorum Præſulum gratiâ in aciem progreſſum, cum videlicet pro illorum defenſione ac immunitate tam ardenter tam generosè pugnabat Innocentius XI. *qui*, ut ipſimet grati & memores prædicabant, *jura quarumdam Eccleſiarum* (Galliæ) *ſarta tectaque eſſe volebat* (1).

Memor

(1) *Epiſtola 1a. Cœtus an. 1682 ad Innoc XI.* Nos quidem Beatiſſimè Pater gratias agi-

Memor igitur beneficiorum animus ab ipſis exigebat, ut nihil R. Pontifici inviſum, nihil odioſum proferrent, cernentibus præſertim & applaudentibus Hæreticis, quibus nullum gratius ſpectaculum exhiberi, nihilve opportunius accidere poterat, quàm ementitâ Gallicanæ Eccleſiæ autoritate ſupremam Apoſtolicæ Sedis autoritatem laceſſere. Fatendum igitur quod res eſt, nihilque infimæ aſſentationi concedendum, in iis omnibus non laudandos, non probandos minus providæ declarationis autores ultro agnoſcimus. Verùm quòd illi Epiſcopi tàm manifeſtos Pontificiæ inerrantiæ oſores, ut multi jactitant, ſe ſe exhibuerint; quòd avitam hâc in re traditionem iis in comitiis prorsùs abjecerint. Hoc equidem ad amplificandam illorum culpam affirmavêre plurimi, hoc idem nos illæsâ veritate affirmari non poſſe contendimus. Quo jure? Tuum eſto judicium, poſtea quam nonnulla quæ ſubjicimus momenta accuratè ponderaveris.

I. Declaraverunt igitur extraordinaria Cleri Gallicani an. 1682. comitia ***in Fidei quoque quæſtionibus Summi Pontificis judicium non eſſe irreformabile niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit***; en ipſiſſima famoſæ declarationis verba. Clariora ſunt, inquis, & expreſſiora, quàm ut illorum vel perſpicuitas obſcurari, vel energia molliori interpretatione infringi queat; verùm pace tuâ dixerim, nos nec tantam perſpicuitatem, nec vim tantam deprehendimus, ut aſſeramus Præſules illos inerrantiæ Pontificiæ hoſtes fuiſſe manifeſtos, aïunt quidem in rebus Fidei S. Pontificis judicium haud eſſe irreformabile, at quale judicium? An privatum & particulare? An ſolemne & publicum? Id verò non prorsùs explicant, quin & cautè reticent, diſtinctius utique locuturi, ſi apertos adeò & declaratos Romanæ infallibilitatis hoſtes ſe præbere voluiſſent. Neque enim ignorabant eo cardine totam, quanta eſt, volvi difficultatem, cum de Pontificiâ inerrantiâ controvertitur; ſi igitur unum iſtud ſuâ illâ declaratione ſtatuere voluerunt illius conditores, non omne videlicet Romani Pontificis circa Fidem judicium, tàm privatum quàm ſolemne, eſſe irreformabile; rectè illi quidem & verè; quanquam ob allatas rationes non omninò inculpatè egerint. Quod enim Romanus Pontifex in iis circa Fidem judiciis, quæ ut alter homo, ut privatus Doctor nullâ interpoſitâ ſuæ Sedis autoritate, nullâ injunctâ Fidelibus obediendi neceſſitate pronuntiat, errori ſit & emendationi obnoxius, vix ullus Catholicorum ac ne vix quidem diffitebitur, ſi verò publicâ ipsâ Romani Pontificis judicia

mus quas poſſumus maximas, quod jura quarumdarum (*Galliæ*) Eccleſiarum quæ nobis omnibus communia facit ipſa fraternitas, ſarta tectaque eſſe vultis.

reformationi obnoxia declarare voluerunt, quid ni ergo aſſerebant in Fidei quæſtionibus *ſolemne* Summi Pontificis judicium non eſſe irreformabile? Ita loquuntur omnes quotquot nitidè ac ſublatâ omni vocum ambiguitate Pontificiam inerrantiam laceſſere ac peſſumdare connituntur; à communi illâ noſtros apud adverſarios loquendi ratione abſtinent Gallicani Præſules, non igitur palàm adeò & apertè ſe ſe infallibilitatis Pontificiæ contrarios exhibere voluerunt. Eant igitur hodierni Gallicanorum Antiſtitum criminatores; famoſam illorum declarationem indeficienti Summorum Pontificum autoritati manifeſtè adverſam deprædicent; at frontem perfricent prius quam id oculatis & rerum gnaris ſuadeant.

II. Ab ipſis Gallis obſervatum jam fuit, & ex ipsâ declaratione patet, ſancitum quidem ab illis Epiſcopis fuiſſe, judicium R. Pontificis irreformabile non eſſe *niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit*; at cujuſnam Eccleſiæ conſenſum requirunt Epiſcopi? An univerſalis & Catholicæ, an Romanæ tantum & particularis? Nullatenùs definiunt; univerſalem eſſe dices, imò verò renuerunt conſtanter Epiſcopi in comitiis coacti addi vocem *univerſalis*, quanquam, ut loquitur Turnelius Regius in Sorbonâ Profeſſor (1). *Quamquam memoriâ proditum ſit Epiſcopum Tornacenſem tunc Illuſtr. Gilbertum de Choyſeuil du Pleſſis-Pralin id à Clero tunc poſtulaſſe, nec obtinuiſſe*, ſi uni Eccleſiæ univerſali Magnum inerrantiæ privilegium vindicare voluiſſent, ac R. Pontifici ſolemniter pronuntianti & ſuæ Eccleſiæ Fidem proponenti palàm abjudicare, non ſolùm non omiſiſſent addere vocem *univerſalis* Eccleſiæ, ſed certè vocem illam addere conſtanter non recuſaſſent res oculis ſubjicitur; Qui aliquid apertum & omnibus perſpicuum eſſe vult, profectò clariori quo poteſt modò illud exprimit, nec illud apertè recuſat ſignificare, quod aptum eſſe obſervatur ad tollendum omne dubium, atque ad rem perſpicuam efficiendam; præſertim ætate noſtrâ, quâ res numero, pondere, & menſurâ tàm ſedulò, tàm ſcrupuloſè trutinantur, ne ambigua pro certis, obſcura pro evidentibus à cordatis credantur, aut à fallacibus ſuppeditentur. Unde plures in Sacrâ Theologiâ atque in jure Canonico Doctores Pariſienſes in conſultatione publicâ toti Galliæ ſignificarunt declarationem cœtûs an. 1682. infallibilitati Sedis Romanæ ſeu Eccleſiæ Romæ conſtitutæ nil officere; declaratum ab eo conventu fuiſſe quidem *quod Papa non ſit infallibilis, non verò quod Eccleſia inter Romanæ Urbis Ambitum Conſtituta errori ſit obnoxia*; *imo* pergunt *Boſſuetius* cœtûs illius magna pars *palàm &*

(1) *De Eccleſ. tom. 2. queſt. 5. art. 3. pag. 165.*

conſtanter Eccleſiæ Romanæ indeficientiam defendit (1).

III. Et verò itane declarati & manifeſti Pontificiæ inerrantiæ hoſtes eſſe ac videri voluerunt illi Epiſcopi, quorum declaratio ſic ambigua & anceps Nobiliſſimis Galliarum Præſulibus habita fuit, ut illam ad eum inflexerint ſenſum, qui indeficienti Romanorum Pontificum autoritati nec hilum officiat? Quiſquis ita cogitas, diſce ab eruditiſſimis Præſulibus Meldenſi & Senonenſi quid ſuâ declaratione ſignificatum voluerint coacti an. 1682. Antiſtites, hoc unum videlicet; *judicia Romanorum Pontificum eſſe irreformabilia quando ipſis acceſſit Eccleſiæ conſenſus.* Ita præfatam declarationem exponunt fulgidiſſima duo Gallicanæ Eccleſiæ lumina, quorum verba recitavimus. Jam vero ſi ea eſt famoſæ declarationis ſignificatio rectaque intelligentia, quis Epiſcopos illius conditores ceu debellatores inerrantiæ Pontificiæ manifeſtos & apertos traducere meritò queat? Nempè enim ex eo quod Romana decreta tum irreformabilia ſint, cum ipſis Eccleſiæ conſenſus acceſſerit, indè ne clarè & perſpicuè Colligitur illa ante Eccleſiæ conſenſionem haud eſſe irreformabilia? Adeò diſſolutum eſt iſtud conſectarium, ne dum clarum ſit & perſpicuum, ut iſtud admittere neque ipſi Galli voluerint.

IV. Etenim ſcriptor apud illos recentior (2) qui teſte alio ejuſdem Gentis ſcriptore (3) percelebris Sorbonæ Doctor vulgò creditur, obſervat ab Epiſcopis an. 1682. Congregatis declaratum quidem fuiſſe irreformabilia non eſſe Rom. PP. judicia, niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit; verum *ab iiſdem Præſulibus minimè explicatum fuiſſe utrum illa conditio*, niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit, *neceſſaria foret*, *an libera*, ſeu *utrum Eccleſiæ liberum ſit R. Pontificis judicio*

(1) *Conſultation de pluſieurs Docteurs en Théologie & en Droit Canon ſur l'écrit intitulé*, Abus des Lettres Apoſtoliques affichées à Rome le 8. Septembre 1718. *donnée à Paris le* 1. *Octobre* 1718. pag. 19. Le Pape, dit-on, parle dans les ſuppoſitions de ſon infaillibilité. Quand nous l'accorderions, exigeroit-il pour cela, que nous la reconnuſſions? Regarderions-nous comme abuſives tant de lettres des Papes, de St. Leon, & de St. Agathon, de tant d'autres, des Conciles mêmes & des Evêques de France, où ſont employés pluſieurs paſſages ſoit de l'Ecriture, ſoit des Saints Docteurs, paſſages qui favoriſent l'infaillibilité. Celui dont ſe ſert le Pape & que l'on veut relever eſt emprunté de St. Bernard, il ſemble même exprimer plutôt l'infaillibilité du Siége de Rome, que l'infaillibilité perſonnelle du Pape; & les Evêques aſſemblés en 1682. déclarant que le Pape n'étoit pas infaillible; n'ont pas décidé que l'Egliſe de Rome pût tomber dans l'erreur au contraire Mr. Boſſuet a toujours ſoutenu hautement l'indéfaillibilité de l'Egliſe Romaine. Peut-on ſans injuſtice reprocher au Pape un ſentiment qu'un des plus grands Evêques de France n'a pas fait difficulté d'avancer dans un diſcours ſolemnel qui ſervit d'ouverture à la fameuſe Aſſemblée de 1682. ſentiment que tant d'autres Evêques & Docteurs François ont enſeignés.

(2) *Mémoire ſur la manière dont les Evêques doivent recevoir la Conſtitution* Unigenitus *edito an.* 1714. pag. 16. le Clergé de 1682. n'a point expliqué ſi cette condition, *niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit*, ou conſeutement eſt libre, ou néceſſaire &c.

(3) *Diſſertation ſur la Conſtitution* Unigenitus, *où l'on examine ſi une grande Egliſe comme celle de France eſt obligée d'accepter purement & ſimplement toutes les Conſtitutions Dogmatiques des Papes &c.* Hæc Diſſertatio Typis Furtivis edita an. 1714. continet 156. paginas in-12. *Vide hic page* 106.

làm ac publicè prædicarent ? Scilicet illum vocabant *optimum Parentem*, *Sanctiſſimum Pontificem* (1), *illius nomen maximâ pietatis ac Sanctitatis Laude omnibus Gentibus*, *ipſiſque Eccleſiæ hoſtibus clarum & venerandum* (2) *videmus*, inquiunt, *veſtram Beatitudinem ſingulari pietate & Religione Summâ loci autoritatem exequare* (3) *nobis ante oculos proponimus virtutes eximias quibus V. S. ornata eſt*, *ſeveritatem ſcilicet Inſtitutorum*, *Studium amplificandæ Eccleſiæ*, *conſtantem retinendæ veteris diſciplinæ ſententiam*, *quotidianam ſollicitudinem omnium Eccleſiarum*, *obfirmatam non acquieſcendi carni aut ſanguini voluntatem*, *non poſſumus non admirari*, *& Summam in honoribus gloriam*, *& parem in moribus diſciplinam* (4) & paulò poſt: *quique ſtatim veſtri nominis merita prædicare*, *ſibi quiſque polliceri capit fore ut Summo Pontifice Innocentio undecimo Eccleſia Provincias reciperet*, *quas Patrum noſtrorum memoriâ Hæreſis abſtulerat*, *& Fides Romana prolatis longè finibus amiſſam recuperaret poſſeſſionem*, *ea ſpes Orbis Chriſtiani fuit* (5) *illius vita omnibus virtutibus tanquam fauſtis ſideribus fulget* (6) *eum Pontificem impræſentiarum nobis providit Deus optimus*, *Maximus*, *quem ob eximias quibus abundè præditus eſt omnium Paſtoralium virtutum dotes*, *non modo Eccleſiæ Petram*, *ſed etiam tanquam Fidelium atque in omnibus exemplum bonorum operum debemus jure & meritò venerari*; ita congregati Præſules ad Epiſcopos regni ſcribentes (7), ut videas ubique eoſdem eſſe illorum de Innocentio XI. ſenſus, nilque aſſentationi, ſed totum veritati datum. Hunc Pontificem prædicant in *Ludovicum Magnum benevolentiſſimum* (8); teſtantur illum jura quarumdarum de quibus tunc temporis agebatur Galliæ Eccleſiarum ſarta tectaque velle, ac maximas idcircò ipſi gratias referunt. *Noſquidem* inquiunt, *Beatiſſime Pater*, *gratias agimus quas poſſumus maximas*, *quòd jura quarumdam Eccleſiarum quæ nobis omnibus communia facit ipſa fraternitas*, *ſarta tectaque eſſe vultis*(9). Hæc prædicabant Epiſcopi Gallicani in ipſo conventu; nunc autem facilè ne exiſtimabis eos voluiſſe tam altum tanto Pontifici tot virtutibus cumulatiſſimo, tam de Galliâ ipsâ bene merito, quem ſibi tanquam exemplum proponebant in omnibus imitandum, vulnus infligere, ut apertos Pontificiæ inerrantiæ hoſtes ſe præbere voluerint ? Maximè cum ipſimet teſtatum toti Galliæ faciant *antiquius nil ſibi fuiſſe* in eo conventu quàm *ut vel minimam cum totius Eccleſiæ capite diſſenſionis ſuſpicionem averterent* (10).

VI. Recogita etiam quàm acerbo doloris ſenſu conquerantur Epiſcopi congregati, non ſolum de Hæreticis, qui R. Pontificis po-

(1) *In laudatâ 1ª. conventus Epiſtola ad Innoc. XI. apud Sfondrat. pag. 342.*

(2) *Ibidem.*

(3) *In 2ª. Ep. ad Innoc. XI. ex eodem conventu dat. menſe Maio an. 1682. quam idem Emin. Sfondrate refert in Galliâ vindicatâ diſſert. 1ª. §. 8. Lecum. 60.*

(4) *Ibidem.*

(5) *Ibidem.*

(6) *Ibidem.*

(7) *Hæc Epiſt. la legitur apud defenſorem declarationis Cleri Gallicani an. 1682. initio operis.*

(8) *in laudatâ 1ª. Epiſtola ejuſdem cetus ad Innoc. XI.*

(9) *Ibidem.*

(10) *In Epiſtolâ ad Arch. & Epiſcop. Regni.*

Digitized by Google

teſtatem ſeu primatum tanquam invidioſam & gravem Regibus oſtentant, ſed etiam de his frivolis hominibus, qui Gallicanarum libertatum obtentu Primatum Petri ejuſque Succeſſorum, ac debitam ab omnibus Chriſtianis Sedi Apoſtolicæ obedientiam, ejuſque Majeſtatem minuere conantur. Ipſorum verba tibi ſubjicimus: *non deſunt qui Eccleſiæ Gallicanæ libertatum obtentu Primatum Beati Petri ejuſque Succeſſorum Romanorum Pontificum à Chriſto inſtitutum, iiſque debitam ab omnibus Chriſtianis obedientiam Sediſque Apoſtolicæ, in quâ Fides prædicatur & unitas ſervatur Eccleſiæ, reverendam omnibus gentibus Majeſtatem imminuere non vereantur. Hæretici quoque nihil prætermittunt, quo eam poteſtatem, quâ pax Eccleſiæ continetur invidioſam & gravem regibus & populis oſtentent, iiſque fraudibus ſimplices animas ab Eccleſiæ Matris Chriſtique adeò Communione diſſocient, quæ ut incommoda propulſemus nos, &c.* (1) Jam verò quæro à te rerum perito, quinam ſint qui è Catholicis Supremam R. Pontificis autoritatem, ac Sedis Apoſtolicæ Majeſtatem & debitam R. Pontifici obedientiam obtentu Gallicanæ Eccleſiæ libertatum minuere conentur? Num alii quàm, qui R. Pontificis ſupremam & infallibilem peſſumdare non ceſſant autoritatem? Nonne tota quæ inter Catholicos (ſi tamen de illo Doctrinæ capite controverſia eſſe aut dici poteſt, quod à pauciſſimis Catholicorum inficiatur, omnibus undique reclamantibus Epiſcopis, Eccleſiis ac Doctoribus) circa Romani Pontificis in rebus Fidei autoritatem agitatur diſputatio ad illud reducitur, utrum ea ſit irreformabilis necne? Nonne libertates Gallicanæ ubique obtenduntur ad Pontificiam inerrantiam elevandam? Quis id ignorat niſi hâc in re peregrinus prorsùs & hoſpes? Quid ergo ſi de his conquerantur Epiſcopi Gallicani, num apertos Pontificiæ inerrantiæ hoſtes ſe ſe declarare cupiebant.

(1) Initio famoſæ declarationis quæ legitur apud laudatum defenſorem declar. Cl. Gallic. &c.

VII. Cogita quàm ſæpè nata Bonifacium VIII. Pontificem Maximum inter, & Philippum pulchrum Francorum Regem diſſidia oſtentent aperti inerrantiæ Pontificiæ oſores, quantum iſti ex illis diſſidiis præjudicatæ ſuæ opinioni præſidium accerſere conentur ſpretâ ſemper R. Pontifici debitâ reverentiâ. Quid verò Gallicani Præſules in eo cætu adunati? Nedum ea diſſidia refricare, nedum aliquid ex illis lucri reportare velint, *infauſta* ea vocant, *lacrymis digna*, *in tenebras abeunda ac æterno ſepelienda ſilentio.* Si de Bonifacio octavo loqui volunt, *ea referre ſe velle* profitentur quæ *dignitatem pariter atque Clementiam Summæ Sedis decent*, quævè tanquam æquiſſima ad cauſæ Patrocinium adducunt; ipſum *Juris Conſultiſſimum* appellant,

&c. (1) Animo revolve quæ alibi diximus (2) eos eſſe Pontificiæ inerrantiæ manifeſtos debellatores, qui vel negant R. Pontificem illam eſſe petram ſuper quam Chriſtus Eccleſiam fundavit, vel hanc Doctrinam non admittunt, niſi exoticis interpretationibus involutam, qui pariter negant vel pari ſpiritu admittunt Eccleſiam fundatam eſſe ſuper Petri Cathedram; quid Congregati Præſules? Utrumque nec inficiantur, nec cavillationibus quas ſpernunt, eludunt, ſed palàm & ſimpliciter profitentur Innocentium XI. *eſſe illam Eccleſiæ Petram* (3) *ac ſuper Petri Cathedram fundatam eſſe Eccleſiam* (4). Vidiſti quam certo & evidenter ſequatur admiſſâ neceſſitate Sedi Apoſtolicæ adhærendi, Sedem Apoſtolicam à Fide non poſſe deficere, atque hinc eſt quod ità præfractè aperti Pontificiæ inerrantiæ oſores iſtam neceſſitatem inficiantur. Quid verò Gallicani Præſules in eo cætu congregati? Palàm & publicè declarant non ſolum in Sede Apoſtolicâ *Fidem prædicari*, *unitatem ſervari*, *pacem Eccleſiæ contineri* (5) ſed etiam ita Sedi Apoſtolicæ neceſſariò adhærendum, ut *qui Cathedram Petri deſerat, in Eccleſiâ jam non ſit* (6). Sunt ne iſthæc virorum verba, qui ſe ſe apertos Pontificiæ infallibilitatis hoſtes prodere voluerint?

(1) *In citati Epiſtolâ ad Innocen. XI.*
(2) *Lib. 1. cap. 1.*
(3) *In Epiſtolâ laud. ad Arch. & Epiſ. Regni.*
(4) *Ibidem.* Cathedram Petri ſuper quam fundata eſt Eccleſia.
(5) *Initio famoſæ declarationis.*

VIII. Vidiſti pariter quàm nitidè tradant aperti inerrantiæ Romanæ oſores Pontificia decreta Fideles obligandi per ſe vim non habere, & quid aliud dicere poſſent? Num decretis quæ errori ſunt obnoxia aſſentiri ſeu obedire tenerentur Fideles? Verùm Gallicani Præſules in cætu congregati, cenſemus, inquiunt, *Summorum Pontificum quoad Fidem decretis Fideles omnes eſſe obnoxios* (7) profitentur *Romanis Pontificibus debitam ab omnibus Chriſtianis obedientiam* (8) declarant *in Fidei quæſtionibus præcipuas Summi Pontificis eſſe partes* (9). Porrò itane cenſuiſſent ſi Romani Pontificis inerrantiam directâ fronte impugnare voluiſſent? Num R. Pontifex præcipuas partes in Fidei quæſtionibus haberet, cum ſolemniora illius decreta nec unum Epiſcopum obligandi vim haberent, cum majorem obediendi neceſſitatem non imponerent, quam cujuſlibet Epiſcopi judicium & Mandatum, quæ omnia certa ſunt ſi Pontificia decreta ſint errori obnoxia? Quid ergo? Dico iterum, noluerunt ſe Pontificiæ inerrantiæ apertos hoſtes exhibere.

(7) *Ibidem.*
(8) *Initio famoſæ declarationis.*
(9) *In hac ipſâ declaratione cap. 4.*

IX. Non utique ſpernenda quæ hactenus ad illud oſtendendum

(6) *In Epiſtolâ ad Arch. & Epiſcopos Regni.* Fidenter cum B. Cypriano pronuntiamus Chriſtum ut unitatem manifeſtaret unam Cathedram conſtituiſſe & unitatis originem ab uno incipientem, ſuâ autoritate, diſpoſuiſſe, eum, ſe qui Cathedram Petri deſerat, in Eccleſia non eſſe.

protulimus argumenta ; efficaciora deinceps ſuppeditabimus , quæ priuſquam diſcutias , illud diligenter obſervari velim : nempè illos Galliarum Epiſcopos declarationis conditores in primâ quam ad Innocentium XI. Scripſerunt Epiſtolâ ſolemniter fuiſſe profeſſos ſe *pro certo habere quod majores ſui ac antiqui Sedis Apoſtolicæ Antiſtites* circa Supremam Romanorum Pontificum autoritatem *docuerunt*. Quoſnam verò Galliarum Doctores , quos Apoſtolicæ Sedis Antiſtites velut ſententiæ ſuæ Magiſtros ac debitæ Romanis Conſtitutionibus obſervantiæ Archetypos , Duces imitari gloriantur ? Eos præ ceteris laudant ac magnificis cumulant elogiis , quibus nullos Illuſtriores autoritatis ſuæ vindices habuit Roma , quibus vix ullos inerrantiæ Romanæ Patronos ardentiores Gallia vetus protulit. Ex antiquis Galliarum Doctoribus , divum Bernardum potiſſimè ſeligunt , cujus Doctrinam ſuam faciunt ipſi , quemque ut ſplendidiſſimum inter cetera *non Gallicanæ tantum ſed univerſæ Eccleſiæ lumen , Canonum propugnatorem ac fortiſſimæ cujuſque ſententiæ graviſſimum autorem* (1) quam egregiis , tam vivis , tam genuinis depingunt coloribus : atqui Sanctiſſimum illum Eccleſiæ Doctorem acerrimum fuiſſe Romanæ inerrantiæ vindicem eruditus ignorat nemo. Ipſi non-diſſimulant adverſarii , res ipſa per ſe clamat. Unde enim inextricabiles illæ Neotericorum Pontificiæ infallibilitatis oſorum implicationes , cum de figendâ divi Bernardi hanc in rem ſententiâ & autoritate apud illos agitur ? Doctiſſimi viri teſtimonium illis objicis ? *Nonnulli reſpondent dimittendum hîc ſanctum Doctorem* , quippè *qui ſolus XII. ſeculo opinionem infallibilitatis Pontificiæ amplexus eſt* , *alii dicunt Romanæ quidem Sedis non verò Pontificis Romani infallibilitatem adducto teſtimonio confirmari* (2) alii nihil non moliuntur, quò autoritatem ſuis præjudiciis apertè contrariam exoticis , ac frivolis interpretationibus elevent , adeò potenter opprimit illos Bernardini teſtimonii pondus ineluctabile. Quàm diverſa congregatorum Epiſcoporum erga fulgidiſſimum Eccleſiæ Gallicanæ lumen agendi ratio. Omiſſis illis Hariolationibus & corruptelis toti Galliæ declarant ſe *in Romano Pontifice Petri Succeſſore* Summam *licet non ſolam* cum Beato Bernardo *à Deo Inſtitutam Apoſtolicam poteſtatem venerari*. Eandem igitur eſſe volunt ſuam de Pontificiâ autoritate cum divo Bernardo ſententiam

(1) *In 1â. Epiſtolâ ad Innocent. XI.*

(2) *Turnelius de Eccleſiâ Tom. 2. queſt. 5. art. 3. pag. 149.* Diſſimulandum non eſt hocce Bernardi teſtimonium inter cetera efficacius favere Bellarmino, quapropter nonnulli reſpondent dimittendum hîc S. Doctorem qui ſolus 12. ſeculo opinionem infallibilitatis Pontificiæ amplexus eſt. Alii dicunt Romanæ quidem Sedis non verò Pontificis Romani infallibilitatem adducto textu confirmari,... alii ſic diſtinguunt &c.

ſententiam, quam omnibus perſpectam publico illo teſtimonio reliquerunt. Jam vero ignorabantne ipſi quod in omnium ore verſatur; nimirum ita SUMMAM Romanæ Cathedræ autoritatem à ſancto Doctore prædicari, ut *in Sede Apoſtolicâ* ipſiſſima Bernardi verba recito: NON POSSIT FIDES SENTIRE DEFECTUM (1); virtute ſcilicet, ut ipſe explicat, divini iſtius oraculi: ***Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua?*** Quonam autem animi candore palàm teſtificarentur Galliarum Antiſtites ſe cum B. Bernardo Summam venerari R. Pontificis autoritatem, ſi famosâ ſuâ declaratione Romanam inerrantiam, cuï ita perſpicuè Bernardus ſuffragatur, apertè illi peſſumdare voluiſſent? Divo Bernardo duos alios Eccleſiæ Gallicanæ Proceres adjungunt ſuâ erga Rom. Pontifices obſervantiâ, ſuoque in defendendis Sedis Apoſtolicæ juribus ſtudio maximè conſpicuos, Goffridum ſcilicet Vindocinenſem & Yvonem Carnutenſem Epiſcopos, quos & ***Sanctiſſimos*** appellant ***ac graviſſimos Eccleſiæ Gallicanæ Præſules*** quorum ***ſcripta ſint immortalia*** (2). Quam autem ob cauſam tot inter Gallos ſcriptores pietate & Doctrinâ ſpectatiſſimos, duos illos Antiſtites ſelegerint, ibidem aſſignant congregati Epiſcopi, quia nempe de Apoſtolicâ Sede quàm optimè ſemper meriti ſunt, pro aſſerendâ ejus autoritate multa perpeſſi, & non tantùm ut probabiles Magiſtri, ſed etiam ut præcipui ſingularéſque filii à Summis Pontificibus ſemper habiti fuerunt (3). En illi ***Majores ſui***, quorum de Apoſtolicâ autoritate ſententiam ſe ***pro certo*** habere profitentur Epiſcopi declarationis Autores; ergo Vindocinenſis Epiſcopi Doctrinam amplexi ***pro certo habent eodem ſpiritu quo dictante & lex prima per Moyſen data eſt, & per Chriſtum ſecunda, ſanctam Sedem Apoſtolicam Canones dediſſe, & ipſo inſpirante expoſuiſſe.*** Credunt ***illum qui Apoſtolicæ Sedi in Canonum expoſitione contrarium ſentit, non ſapere, quicumque ille eſt, ſed deſipere; non cultorem vel expoſitorem divinæ legis, ſed inſidiatorem & oppreſſorem agnoſci*** (4). Ergo Yvonis Carnutenſis ſententiam ſecuti ***pro certo*** habent ***Apoſtolicæ Sedis judi-***

(2) *In Epiſtolâ* 1. *ad Innoc. XI.*

(1) *S. Bernardus Epiſt.* 90. *ad Innoc. S. P.* Oportet ad veſtrum Apoſtolatum, *alloquitur Innoc. II. Pontificem Maximum*, referri pericula quæque & ſcandala emergentia in regno Dei; ea potiſſimum quæ de Fide contingunt... Dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna Fidei, ubi Fides non poſſit ſentire defectum. Hæc quippe hujus prærogativa Sedis. Cuï enim alteri aliquando dictum eſt: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat Fides tua.

(3) *Ibid.* Hos (*Goffridum Vindocin.* & *Yvonem Carnut.*) In medium afferre & ad veſtram ſanctitatem allegare juvat, quos pro Eccleſiaſticâ libertate atque Apoſtolicâ autoritate multa perpeſſos ſancti veſtri deceſſores non tantùm ut probabiles Magiſtros, ſed ut præcipuos ſingularéſque filios ſemper habuerint.

(4) *Goffridus Vindocin. Epiſt.* 30. Eodem ſpiritu quo dictante & lex prima per Moyſen data eſt & per Chriſtum ſecunda S. Apoſtolica Sedes canones dedit & ipſo inſpirante expoſuit, ſi quis igitur Apoſtolicæ Sedi in Canonum expoſitione contrarium ſentit, non ſapit, quicumque eſt ille, ſed deſipit, non cultor vel expoſitor divinæ legis, ſed inſidiator & oppreſſor indubitanter agnoſcitur.

Digitized by Google

ciis & Conſtitutionibus obviare, *idem eſſe* ac *Hæreticæ pravitatis notam incurrere* (1). Jam autem quibus hæc placita certa ſunt & indubitata, ſine dici poſſunt manifeſti & declarati inerrantiæ Pontificiæ debellatores? Numquidnam infallibilem Apoſtolicæ Sedis autoritatem propalàm impugnare voluerunt illi Præſules, quibus perſuaſum erat Canones & legem divinam à Sede Apoſtolicâ eodem afflante & aſſiſtente Spiritu exponi, quo lex tùm Moſaica, tùm Evangelica edita eſt? Anne verò ſupremæ Romanarum Conſtitutionum autoritati manifeſtè refragati ſunt illi Antiſtites, qui cum Carnutenſi Præſule exiſtimabant Hæreticum illum eſſe quiſquis ſolemnibus Sedis Apoſtolicæ judiciis reluctatur? Viderint adverſarii noſtri.

Non ſolùm autem Congregati Galliarum Antiſtites declarant velle ſe ſuorum ex Galliâ Majorum veſtigiis inſiſtere; ſed etiam ex conſtanti antiquorum Sedis Apoſtolicæ Antiſtitum Doctrinâ dignoſci quanta ſit Romanæ Cathedræ autoritas; atque ut nihil dicam de S. Leone, de Gelaſio, de Alexandro III. &c. quos honorificè appellant & quorum clariſſima pro infallibili Romanorum Pontificum autoritate teſtimonia tot ſcriptis voluminibus ſuppeditant Catholici Doctores, *prodeat*, inquiunt, Gallicani Antiſtites, *prodeat ſanè vir Maximus non minus in Sacris literis, quàm in Canonum diſciplinâ verſatus Innocentius III.* Declarant igitur ſe *pro certo habere*, quòd Maximus ille Pontifex de Romanæ Sedis autoritate *docuit*: ergo illius Doctrinam profeſſi credunt *Fidem Apoſtolicæ Sedis* vi divinarum Chriſti promiſſionum *in nullâ unquam turbatione defeciſſe*, *ſed integram ſemper & illibatam permanſiſſe* ut inconcuſſum perſiſteret privilegium Petro ejúſque Succeſſoribus his verbis conceſſum: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua* (2). Ergo cum eodem Pontifice ſentiunt legitimos *Petri Succeſſores à Fide Catholicâ nullo unquam tempore deviaturos* (3). Itáne porrò ſentiunt ac loquuntur declarati Romanæ infallibilitatis adverſatores.

X. Satis haud habuerunt coacti Pariſiis Galliarum Antiſtites præcipuos infallibilitatis Romanæ defenſores laudibus cumulaſſe, eorumque Doctrinam ſolemniter adoptaſſe. Non ignorabant veterum illorum Eccleſiæ Doctorum teſtimonia à recentioribus inerrantiæ Pontificiæ

(1) *Yvo. Carnut Epiſt.* 8. Apoſtolicæ ſedis judiciis & conſtitutionibus obviare eſt hereticæ pravitatis notam incurrere.

(2) *Innoc. 3. ſerm. 2. de conſcer.* R. P. Rogavit Chriſtus pro Petro his verbis: *Ego rogavi pro te, Petre ut non deficiat Fides tua*; ideò Fides Apoſtolicæ ſedis in nullâ unquam turbatione defecit ſed integra ſemper & illibata permanſit ut Petri privilegium perſiſteret inconcuſſum.

(3) *Idem Epiſt.* 209. *ad Patriarch. C. P.* pro Petro Dominus ſe oraſſe profitetur ex hoc innuens manifeſtè quod ſucceſſores ipſius à Fide Catholicâ nullo unquam tempore deviarent.

oſoribus multis eludi & obſcurari cavillationibus, ac frivolâ illâ præſertim diſtinctione, quam Sedem Apoſtolicam inter & Summum Pontificem de Fide ſolemniter pronunriantem heri excogitavit novaturiens diſputandi Prurigo; ita ut conceſſum à Chriſto inerrantiæ privilegium in Sedem ipſam refundatur, & ad occupantes illam Romanos Pontifices nullatenus pertineat. Hoc recentiori cavillo luculentiſſima venerandæ antiquitatis monumenta, quibus opprimuntur, eludere ſatagunt heſterni Pontificiæ infallibilitatis detractatores. Omiſſo tam inani ſuffragio Gallicani Præſules, quam in Sede Apoſtolicâ cum divo Bernardo aliiſque ſuis Majoribus autoritatem agnoſcunt, hanc eandem in Summis Pontificibus cum totâ vetuſtate venerantur. Ità palàm & apertè profeſſi ſunt in ſecundâ quam ad Innocentium XI. ſcripſerunt Epiſtolâ: *quantum olim*, inquiunt, *à Majoribus noſtris Sedi Apoſtolicæ delatum eſt, tantum nos qui honoris Sacerdotalis Succeſſores patriique animi hæredes ſumus* VESTRÆ SANCTITATI *debere ſolemniter profitemur*. Scilicet apprimè ſciebant veteres Eccleſiæ Doctores parem in Sede Apoſtolicâ, eamque occupantibus Romanis Pontificibus de Fide ſolemniter pronuntiantibus autoritatem fuiſſe veneratos. Haud latebat eos Innocentium III. ut de ceteris ſileam, ſpeciale iſtud indeficientis Fidei privilegium quod Sedi Apoſtolicæ aſſerebat, Romanis etiam Pontificibus ex eodem Chriſti Oraculo promiſcuè vindicaſſe. Mirum proindè nemini videatur quod illi Præſules Majorum ſuorum Doctrinam, uti profitentur, amplexi, quantum Apoſtolicæ Sedi à veteribus delatum eſt, tantum ipſi Innocentio XI. à ſe deferri pronuntiaverint.

Nunc autem adverſarios interrogare liceat, utrum illi Epiſcopi qui hæc omnia declarant, qui favorabilem adeò inerrantiæ Pontificiæ Doctrinam admittere profitentur, apertos ſe ſe & declaratos illius hoſtes exhibere voluerint, ſuam ipſi agendi rationem cum Gallicanorum Antiſtitum agendi ratione conferant, nempè moleſtè ferrunt recentes illi autoritatis Pontificiæ debellatores importunam Bernardi aliorúmque autoritatem ſibi objici; dum congregati Præſules eoſdem illos habere Doctrinæ ſuæ Magiſtros gloriantur. Luculenta Bernardi ceterorúmque teſtimonia apud adverſarios non prodeunt, niſi vel cum injurioſâ honoris præfatione repudianda, vel ridiculis interpretationibus eludenda, dum Galliarum Epiſcopi Majorum ſuorum veſtigiis inſiſtere amant, & cavillationes ad obſcurandam illorum Doctrinam excogitatas exſufflant. Tandem ne plura, Bernardi & aliorum ſententiam vel durè puréque deſerunt adverſarii, vel miſerè

& enormiter deformant, dum Franci Præſules ſolemniter declarant *ſe pro certo habere quod Majores ſui ac antiqui Sedis Apoſtolicæ antiſtites docuerant.* (1)

(1) *In toties laudatis ii. Epiſtola ad Innoc. XI.*

XI. Ultimum noſtræ erga Francos antiſtites venerationis argumentum quod quidem mox allatis maximam lucem, vimque novam afferat, eruimus ex elegantiſſimâ oratione, quam præloquii ad inſtar in famoſis illis an. 1682. comitiis habuit Jacobus Benignus Boſſuetius unus ex illis Epiſcopis & inter illos maximè conſpicuus. Quanto cum applauſu à ceteris Præſulibus exceptâ, quàm honorificis munita calculis illa fuerit oratio, neminem latere arbitramur, ſuis ipſi verbis publicè declararunt Galliarum Epiſcopi. *Hanc*, inquiunt, *noſtræ concordiæ & ad tuendam Eccleſiæ unitatem conſpirationis ideam tam piè, tam doctè, tam facundè in omnium noſtrûm animis præformavit Illuſtriſſimus Orator qui primus quaſi noſtrorum comitiorum os aperuit, ut indè noſtri Conventûs feliciſſimum exitum ominati ſint univerſi.* (2) Jam vidimus quid ad tuendam Eccleſiæ unitatem, tam piè, tam doctè, tam facundè quaſi comitiorum illorum os & interpres protulerit Meldenſis Epiſcopus. Diſſertiſſima illius verba in totius operis noſtri decurſu multoties recitavimus; Doctiſſimâ illâ oratione indeficientem Apoſtolicæ Sedis authoritatem diſertè confirmari ex ipsâ Gallicanorum Præſulum doctrinâ & conſenſione demonſtravimus. Quin & in ſtabiliendâ Eccleſiæ Romanæ inerrantiâ non modicam orationis partem inſumpſit Illuſtriſſimus Orator. Hanc Conſule nè rem toties refricatam iterum agere videamus, dum interim pauca ſed expreſſiſſima, ſed egregia referimus. *Æterna hac Cathedra* in quâ *Petrus ſemper docebit*, uti antea dixerat Meldenſium Antiſtes, *Romæ ſtabilita & firmata fuit. Hæc eſt Eccleſia Romana quæ à Petro ipſiuſque Succeſſoribus edocta Hæreſim non agnoſcit. Hæc Eccleſia Romana ſemper eſt Virgo. Fides Romana ſemper eſt Fides Eccleſiæ, ſemper creditur quod creditum eſt. Eadem vox ubique inſonat & Petrus manet in ſuis Succeſſoribus Fidelium fundamentum. Id Chriſtus dixit: cælum & terra potius quàm ejus verba tranſibunt* (3).

(2) *In laud. Epiſtola ad Archiep. & Epiſcop. Regni.*

Hæc Epiſcopus Meldenſis, cujus ore locutos fuiſſe ceteros comitiorum Antiſtites ipſi teſtati ſunt. Hæc Boſſuetius in elegantiſſimo comitiorum prologo, quem ut Fideliſſimum ſuæ ſententiæ interpre-

(3) *Pag. 17.* Ainſi fut établie & fixée à Rome la Chaire éternelle, c'eſt cette Egliſe Romaine qui enſeignée par S. Pierre & ſes Succeſſeurs ne connoit point d'héreſie... Ainſi l'Egliſe Romaine eſt toujours Vierge, la Foi Romaine eſt toujours la Foi de l'Egliſe. On croit toujours ce qu'on a cru, la même voix retentit par-tout, & Pierre demeure dans ſes Succeſſeurs le fondement des Fidèles; c'eſt Jeſus-Chriſt qui l'a dit, & le Ciel & la Terre paſſeront plutôt que ſa Parole.

Digitized by Google

tem effuſis ipſi laudibus celebrarunt congregati Præſules. Hæc denique Gallus & Gallicani cum ipſo Proceres de Sede Apoſtolicâ, deque Romanis Pontificibus tam ſplendida, tam magnifica, ut ſplendidiora & honorificentiora vix Italus, vix Hiſpanus, vix alius quilibet ac ne vix quidem prædicare queat. Iis quippe Boſſuetii verbis quàm perſpicuè aſſeritur, quàm firmiter ſtabilitur indeficiens, & Suprema Romanæ Sedis autoritas. Unquam ne errabit, an errare aliquando poteſt illa Eccleſia *quæque Petro, ipſius à Succeſſoribus edocta Hæreſim non agnoſcit* ? Num adulterinam Doctrinam admittet, aut ſpuria Dogmata funditare valet illa Sedes quæ *ſemper*, id eſt in quolibet temporum diſcrimine, *eſt* permanetque *Virgo* ? Anne Catholicam Fidem deſeret unquam ac Hæreticam impietatem ſancire poteſt illa Cathedra, *cujus Fides ſemper erit Fides Eccleſiæ* ? An denique temporum uſpiam adverſa Fidei moribúſve ſolemnia decreta condituri ſunt ac vulgare poſſunt illi, in quibus *Petrus*, cujus Fides eſt indeficiens, atteſtante Chriſto *manet Fidelium Fundamentum* ? Concute fundamentum, everte, totum quod ſuperſtat ædificium corruat ac prolabatur neceſſe eſt. Jam vero Epiſcopi qui certiſſima illa Boſſuetii effata probant & rata habent, qui Illuſtriſſimo oratori tanquam Fideliſſimo ſenſuum ſuorum interpreti applaudunt ac publica prodigunt elogia, qui palàm declarant Meldenſem Epiſcopum primum veluti comitiorum os ſuo illo præloquio aperuiſſe; illinè, quæſo, manifeſtos ſe ſe & conjuratos inerrantiæ Romanæ hoſtes demonſtrare voluerunt ?

Haud me latet equidem juxta nonnullos Gallicanæ æque ac Romanæ Eccleſiæ detrectatores meditatas illas Sedis Apoſtolicæ laudes ſubdolæ aſſentationi ac ſimulatis erga curiam Romanam obſequiis eſſe aſſignandas. Nempè ſi Hariolis Fides, à præclaris illis, ſed plenis fuci elogiis exorſi ſunt congregati Præſules ut favorabilem famoſæ declarationis condendæ viam ſternerent, Chirurgorum ſolertiam æmulati, qui incidendam corporis partem illiniunt oleo, quo doloris temperent acerbitatem. Proh ! Quam diſſimilia ſentiunt illi etiam inter Gallos, quorum & major eſt autoritas, fama illuſtrior, amantior æqui ac veri animus. Famoſam, ut vidimus, declarationem in benigniorem ſenſum interpretari conantur, ſimul & agnoſcunt prælaudatâ Boſſuetii oratione infallibilem Apoſtolicæ Sedis autoritatem expreſsè contineri, eaque ad Vindicandum Romanæ Cathedræ indeficientis judicii privilegium non ſemel utuntur. Ita inter ceteros Illuſtr. de Fenelon Cameracenſium Archi-Præſul (1) ita pariter Emin. Card. de Biſſy

(1) *Mand. & Docum. Paſtor.* 19. *Junii* 1714. *in collectione mandator.* pag. 484.

Meldenſium Antiſtes (1) ita Illuſtr. de Languet Senonenſium Archiepiſcopus (2) ita Illuſtr. de S. Albin Cameracenſium alter Archi-Præſul (3) ita denique Illuſtr. de Belſunce Maſſilienſis Antiſtes (4), &c. Porrò num frivolis adverſariorum de intimâ Boſſuetii ac comitiorum mente conjectationibus, an laudatis Doctiſſimorum Galliæ antiſtitum teſtimoniis fides potior habenda? Judicet æquus ac ſincerus rerum æſtimator.

(1) *Docum. Paſtor. contra appellat. &c. an.* 1728. pag. 14.
(2) *Monito* 2. *num.* 24.
(3) *Mand. & Docum. Paſtor. contra conſultat. advocator. &c. an* 1730. pag. 9.
(4) *Docum Paſtor. de libertatibus Ecleſ. Gallic. an.* 1733. pag. 30. & *paſſim in operis decurſu.*

Atque præcipua hæc ſunt momenta quæ ad minuendam paucorum illorum Galliæ præſulum ſancitæ declarationis Authorum culpam ſat efficacia nobis ac ponderoſa videntur. Hæc attentis animis, & ab omni partium ſtudio liberis perpendant, qui paucos illos Galliarum Præſules velut apertos Pontificiæ autoritatis ac inerrantiæ debellatores cum dedecore traducunt; nulli dubitamus quin emendatâ priori ſententiâ meliorem concipiant de Gallicanis illis Præſulibus opinionem. Quidquid ſit, confidimus planè noſtros illos conatus tùm ad inflectenda famoſæ declarationis verba, tum ad autores illius in communem avitæ ac patritiæ Doctrinæ viam reducendos à cordatis hominibus erga Franciam benè affectis laudandos eſſe, magis quam crudum pronunciatum Turnelii leviter aſſerentis illam declarationem *longè difficilius* poſſe cum veteribus & innumeris traditionis avitæ momentis conciliari (5).

Ceterum iſthæc omnia quæ fuſiori forſan calamo proſequimur, dicta eſſe velimus & à nobis prolata, non quaſi neceſſaria ſint ad cauſæ noſtræ defenſionem, quæ ex aliundè dictis firmiſſima exiſtit, ſed ut Gallicano magis ac magis ſplendori opitulante ſemper veritate, quæ noſtra eſt erga omnes ampliſſimi ordinis Proceres exiſtimatio ac reverentia, conſuleremus. Si res ex voto ceſſerint, demonſtravimus nullum ex famosâ ac toties ventilatâ declaratione infallibili Romanorum PP. de fide ſolemniter pronuntiantium autoritati detrimentum, nullum certiſſimæ Gallicanorum Epiſcoporum circa Pontificiam inerrantiam doctrinæ diſpendium inferri. Vidimus illam declarationem nubiloſis temporibus, calentibus animis natam, à plurimis deinceps ſuis autoribus ſerenatâ tempeſtate ac ſincerâ pœnitentiâ recantatam, à paucis duntaxat Epiſcopis habitâ ceterorum ratione ſancitam, nunquam ab aliis approbatam, nunquam Gallicis typis excuſam, nullibi inter publica Cleri Gallicani acta ejus autoritate relatam, nullibi præterquam in privatis biblio-

(5) *De Eccl. tom.* 2. *queſt. V. art.* 3°. p. 134. Non diſſimulandum difficile eſſe in tantâ teſtimoniorum molle quæ Bellarminus Launoius & alii congerunt non recognoſcere Apoſtolicæ Sedis ſeu Romanæ Eccleſiæ certam & infallibilem autoritatem; at longè difficilius eſt ea conciliare cum declaratione Cleri Gallicani an. 1682.

techarum Forulis ac pulveribus conſiſtentem. Vidimus eamdem declarationem verbis expreſſam ambiguis, à ſuis conditoribus de induſtria nec explicatam, nec illuſtratam, à doctiſſimis Galliarum Præſulibus in benigniorem ſenſum inflexam, à ſolis Gallicanæ æquè ac Romanæ Eccleſiæ adverſariis potiſſimum ventilatam ac ſuperbius jactatam, ex ſinceris Gallorum religionis amantium votis æternâ oblivione tumulandam. Vidimus denique Epiſcopos prætenſæ declarationis conditores numero paucos, metu aliiſque affectibus commotos multa etiam in variis illorum comitiorum inſtrumentis ſubminiſtraſſe, quibus eorum culpa minui & aliquatenus excuſari queat, quibus inter denſas temporum illorum procellas genuina eorum ſententia quaſi in nocte ſubluſtri proſpici valeat, quibus præcipua præclúdantur recentium inerrantiæ Pontificiæ oſorum effugia, quibus demum ſua vindicetur Apoſtolicæ Sedi autoritas & conceſſum à Chriſto indeficientis Fidei Petro ejuſque ſucceſſoribus privilegium. Quis ad plenam Cleri Gallicani defenſionem, tutiſſimumque aſſertationis noſtræ præſidium plura deſideret?

Unicus ſupereſt ſcrupulus, qui multorum è Galliâ & extra Galliam virorum animos movere ac lancinare videatur; Regium videlicet diploma nubilis illis temporibus editum, quo firmatur famoſa illa comitiorum an. 1682. declaratio, Galliſque injungitur ut eam ſequantur &c. quo factum eſt, ut nonnulli & inter ceteros Turnelius (1) eam declarationem ***regiâ authoritate munitam vim Legis habere*** apud Gallos pronuntiaverit. At quantum à Regio erga Sedem Apoſtolicam animo pietatis & obſervantiæ pleniſſimo abludant illi, luculenter oſtendemus, ſi Deus voluerit, cum de ſingulari Ludovici Magni Chriſtianiſſimi ac Religioſiſſimi Principis erga Sedem Apoſtolicam veneratione & devotione diſſertabimus. Interim ac per tranſennam obſervare juvet Ludovicum XIV. palàm deinceps & apertè declaraſſe ſuam voluntatem eſſe, ut illud edictum quo famoſam declarationem munierat, ***effectu careret***, ***&c.*** Seque ita ſtatuere ***ut ſua erga R. Pontificem obſervantia ſpecimen orbi univerſo præberet*** (2)

(1) *Tract. de attribut.* tom. 1. *quaſt.* 4. pag. 180. *edit. Pariſ. an.* 1725.

(2) Verba Epiſtolæ Ludovici Magni ad Innocentium XII. PP. idiomate Gallico concepta, *& parce que je tache de lui témoigner mon reſpect filial par les preuves les plus fortes dont je ſuis capable, je ſuis bien aiſe de faire ſçavoir à V. S. que j'ai donné les ordres néceſſaires, afin que les affaires contenues dans mon Edit du 2. de Mars 1682. concernant la déclaration faite par le Clergé du Royaume (à quoi les conjonctures d'alors m'avoient obligé) n'ayent point de ſuite. Et comme je ſouhaite non-ſeulement que votre S. ſoit informée de mes ſentimens, mais auſſi que tout le monde ſache par un témoignage public, la vénération que j'ai pour ſes grandes & ſaintes qualités* &c. Hanc Regis Epiſtolam refert Emin. Sfondrate in *regali Sacerdotio* ad calcem.

CAPUT IV.

Germanas Eccleſiæ Gallicanæ libertates jure meritoque tuentur Galliarum Antiſtites; indèque nedum obſcuratur, illuſtrior contrà & ſirmior efficitur illorum de Pontificiâ infallibilitate ſententia.

EA eſt hodie Gallicanarum libertatum fortuna, ut bene multos apud Catholicos peſſime audiant. Suſpectæ adeo, & inviſæ plurimis evaſerunt, ut vel nudum illarum nomen ſuſtinere vix poſſint, nec paucos paſſim reperias ſcriptores, qui calamo tàm hoſtili, tamque mordaci ſtylo eas impugnant ac ſuggillant, ut illis ſtantibus everſa eſſe diceres primaria Chriſtianæ Religionis fundamina; & porro, quod dolendum magis, nonnunquam accidit, ut inuſta Gallicanis libertatibus cenſura ad gentem ipſam, Clerumque Gallicum redundet. Quaſi vero Galli, dum avitos mores, patriaſque libertates tuentur & conſervant, tantum perpetrarent ſcelus, ut bonorum omnium propterea odio propalam exponi meruerint. Sanè, quæcumque ſit ſcriptorum illorum, cæterorumque malè ſuſpicacium ſententia, ſi non Gallos potiùs quàm eorum immunitates averſantur, quod credere nolim, eas ſaltem probe nuſquam noverunt, ideòque Francos homines immeritò vexant ac exagitant, quòd eaſdem iſti ſummâ curâ defendant & violari nullo modo patiantur. Ecquid enim mali eſt, ſi inclyta Gallorum natio ſuas libertates, ſeu quod idem eſt, ſuas immunitates, ſuas conſuetudines, ſua jura ſol licitè tueatur? Non ne & cæteræ Catholicæ Nationes ſuos pariter uſus, mores, privilegia defendunt? Ità certè, & laudabiliter quidem, ſuas nempe Germania, (1) ſuas Belgium (2) ſuas Hiſpania (3) ſuas Luſitania, atque ut de Italiâ noſtrâ, *Obedientiæ* ut vocant, *Regione* loquar, ſuas Neapolitani, ſuas Siculi, ſuas Veneti, ſuas Mediolanenſes, ſuas Pedemontani ſab audique libertates maximo ſtudio conſervant, & pari eum Gallis zelo illas à nullo impunè violari ſinunt. Ergò ne patrias

(1) *Vide gravamina Nationis Germanicæ quæ leguntur in* faſciculo rerum expetendarũ Ortuini gratii.

(2) *Vide jus Belgarum circa Pontificiarum Bullarum receptionem* Stochmans.

(3) *Vide Cabrera in Hiſtor. Philippi II. Hiſpan. Regis. lib. 9. cap. 22. Joann. Garſiam de nobilit. Gloſſa I. num. 27. Cevallos tom. 4. practicarum quæſtionum, titulo: de cognitione per vim violentiæ. Pereira de manu Regiâ part. 2. cap. 65. & alios ejuſd. Nationis Canoniſtas.*

trias defendere conſuetudines licebit aliis, Gallis non licebit? Quod alii meritò facient, Gallis in crimen vocabitur? Gallica gens Religione, potentiâ, amplitudine vix ulli ſecunda pejoris erit quam ceteræ gentes conditionis? Quo jure Germani, Hiſpani, Itali, aliique omnes libere fruuntur, eodem Gallos expoliari placebit? Ubi urbanitas? Ubi æquitas, ubi ſincerus veritatis amor?

Eſſet fortaſſè quòd meritò reprehenderetur avitum illud erga genuinas ſuas immunitates ſtudium gentibus omnibus commune, ſi illud vetuiſſet aut reprobaſſet Eccleſia. Verum è contra nihil frequentiùs, nihil in totâ antiquitate ſolemniùs commendatum. Etenim quàm ſæpè in Conciliis OEcumenicis, aliiſque Nationum omnium Synodis, quàm frequenter à Summis Pontificibus, & Sanctis Patribus inculcatum ac declaratum eſt non univerſales tantum, ſed peculiares etiam Eccleſiarum Leges ac conſuetudines accuratè ſervandas eſſe, nec non & ſtudioſè cuſtodiendas? Expreſſiſſima ſunt hanc in rem Synodi Nicænæ (1), Epheſinæ (2), Calcedonenſis (3), ut innumera taceam Sti. Leonis (4), Gregorii Magni (5), Nicolai I. (6), Leonis IX. (7), & aliorum Eccleſiæ Doctorum Baſilii (8), Hieronymi (9), Ambroſii (10), Auguſtini (11), & cœterorum (12) quæ paſſim laudantur teſtimonia, notiora profectò, quàm ut hîc à nobis exſcribantur. Tantùm abeſt igitur, ut voluerit Sacra Antiquitas particulares Eccleſias legitimo libertates & conſuetudines ſuas ſervandi jure ſpoliari ut è contra immotum illud ac ubique ſtabilitum eſſe decreverit, & patrios mores ſedulò obſervandos ſæpiſſimè commonuerit. Ut enim aiebat Gregorius Magnus, *ſicut noſtra defendimus* (13), *ità ſingulis quibuſcumque Eccleſiis jura ſervamus. Abſit* igitur (14) *hoc à me ut Statuta majorum Conſacerdotibus meis in quâlibet Eccleſiâ infringam, quia mihi injuriam facio, ſi Fratrum meorum jura perturbo.* Quid ergo peccant Galli, dum tanto autoritatis pondere firmata Eccleſiæ ſuæ jura ſtudioſè defendunt? An ideò culpandi ac divexandi? Non ne laudandi potius & imitandi? An non ipſis gratulandum quod avitos mores tot Conciliis, tot Summis Pontificibus, tot Eccleſiæ Patribus edocti Religioſè ſervent, quod ni facerent, ſuo deeſſe Officio haud ità malè viderentur?

Verùm, inquies, Gallicanas inter libertates plurimi recenſentur, & quidem immanes abuſus, veræ Eccleſiæ libertati non minùs, quam ſanctiori diſciplinæ infenſiſſimi. Multa in earum catalogum relata ſunt opinionum commenta, quæ jura libertatis Eccleſiaſticæ lædant, ſedis Apoſtolicæ dignitatem deprimant, Romanorum Pontificum au-

(1) *Concil. Nicen. can.* 6. & 7°.
(2) *Epheſin. can.* 8.
(3) *Calcedon. actione XV. cap.* 1.
(4) *Leo Epiſt.* 52.
(5) *Greg. Mag. lib.* 2. *Epiſt.* 37. *ad nat. ſalo. lib.* 1. *Epiſt.* 75. *ad Epiſc. numid.*
(6) *Nicolaus* 1. *C. ſcit ſancta* 3. *diſt.* 12.
(7) *Leo IX. cap. ſcit. diſt.* 17.
(8) *S. Baſil. Epiſt.* 182 & 297.
(9) *S. Hieron. Epiſt.* 52. *alias* 28.
(10) *S. Ambroſ. apud Aug. Epiſt.* 54. *alias* 118.
(11) *S. Aug. Epiſt.* 86. *ad caſul.*
(12) *Vide Decretum Gatiani diſt. XI. vide & defenſorem declar. Cler. Gallicani part.* 2. *lib. XI. cap. XII.*
(13) *Lib. II. par.* 1. *Epiſt.* 39. *ad Dom. Cartagin.*
(14) *Lib.* 2. *Epiſt.* 37. *ad Nat. Salo.*

Digitized by Google

toritatem imminuant , Epiſcoporum ipſorum poteſtatem ſeculari juriſdictioni malè ſubjiciant. Illas corruptelas deleat ſpongia , abdicet Gallia , ac tùm demùm inmunitates ſuas Religiosè tueatur.

En virorum illorum qui Gallicanas libertates exoſas habent querimonia frequentior , ad quam fuſius expungendam ſingula libertatum illarum capita expendenda forent , ut à recentioribus antiqua , Germana à ſpuriis , vèra à falſis , ſi qua ſunt , ſecernerentur. Nobis haud animus eſt tàm prolixo , tàmque operoſo labori incumbere ; quippe cuï adoriundo ac profligando vix unum aut alterum ſufficeret volumen. Sat erit impræſentiarum ea generatim ſolummodo preſſimque obſervaviſſe , quæ importunæ huic ac minùs æquæ expoſtulationi locum deinceps omnem præcludere valeant.

Dicis itaque Germanas inter Galliarum immunitates multos numerari enormes abuſus , qui veram perimunt univerſæ haud.ſecùs ac Gallicanæ Eccleſiæ libertatem. Eſto id quidem. Sed quæro viciſſim quânam apud Gallos autoritate factum illud fuerit ? Qui nam illi ſint ſcriptores , qui exoticos hujusmodi abuſus Gallicanis libertatibus inſeruerunt ? Anonymi nempe & obſcuri quidam autores in libellis vel extra Galliam excuſis , vel in Galliâ , ſed typis furtivis citra ullam Doctorum approbationem , abſque Regiâ facultate fabricatis. Itèm complures Queſnellianæ factionis aſſeclæ toties Gallicanis ab Epiſcopis proſcripti , toties à Chriſtianiſſimis Regibus repreſſi ac exilio non nunquam mulctati. Viri denique obſcuri ut plurimùm nominis , obſcurioris Doctrinæ , nullius Fidei , nullius autoritatis. Tales Gallia non ſequitur Magiſtros ; ab iis dignoſcendas eſſe Germanas illius libertates non putamus , non putabit æquus quilibet rerum æſtimator ; neque verò ſine atroci injuriâ ea Gallis omnibus ſenſa adtribuerentur , quæ blaterones iſti perperam illis affingere non verentur.

Scimus equidem de libertatibus etiam Gallicanis ſcripſiſſe Autores non uſquè adeò ſpernendos , Petrum videlicet & Franciſcum Pithæum , Puteanum , Jacobum Capellum , Natalem Brulartium , Joannem Tilletum , Claudium Fauchetium , Antonium Hotmanum , Guidonem Coquillæum , Jacobum Leſchaſſerium , Benignum Milletotium , quorum tractatus omnes complectitur unum *in folio* Volumen Pariſiis Editum anno 1639. ſub hoc titulo : *Traité des Droits & libertés de l'Egliſe Gallicane* ſtudio & opera D. Puteani. Scimus pariter ab illis ſcriptoribus varios Gallicanis juribus abuſus accenſeri. At novimus etiam non omnia virorum illorum Placita Galliæ ipſi adſcribi poſſe , quippe quæ ab illis probandis nunquam alieniſſima

Digitized by Google

non extitit. Vix enim prodiit in lucem iſtud opus, cùm adversùs illud inſurrexerunt Gallicani Præſules qui tum temporis: anno ſcilicet 1639. curâ Emin. Card. Richelœi Pariſios Convenerant. Legeſis inter cetera illorum comitiorum monumenta Epiſtolam ad Reliquos Galliæ Epiſcopos encyclicam (1), in quâ de præfato opere ſic habetur: *In hâc almâ Regni ſede paucis abhinc diebus, nullo palàm autore, nullâ publicâ edendi facultate typis mandata ſunt duo volumina vulgari idiomate, quorum uni titulus eſt.* Traité des Droits & libertés de l'Egliſe Gallicane, 1639. *alteri vero*: preuve dès libertés de l'Egliſe Gallicane, 1639. *quæ haud dubio furtivo curſu, non ad veſtras modò Diœceſes, ſed ad ceteras etiam Nationes deſtinantur graſſatura. Non enim Hæreſeos & Schiſmatis ac talium operum promotor & artifex dæmon hujuſmodi faces accendit niſi ut ſpargat*, &c. tum Paulò poſt hæc ſequuntur: *Inter falſas & Hæreticas quas deteſtamur Eccleſiæ Gallicanæ adſcriptas ſervitutes potiùs quàm libertates, vera quædam & Religioſiſſimi Regis noſtri jura & Gallicanæ Eccleſiæ privilegia.* (Autor) *expoſuit.* En quo vultu à Gallicanis Epiſcopis exceptum eſt illud collectaneorum volumen; nec fortunatiorem acceſſum apud Chriſtianiſſimum Regem habuit. E prelo vix exierat, cùm ſolemni Sanctioris conſiſtorii decreto publico commercio ipſi interditum eſt, ut obſervatum voluerunt Petrus de Marca (2), Thomaſſinus (3), Antonius Charlas (4), D. Langlet du Frenois (5), Turnelius (6), Petrus Collet Turnelii continuator (7), aliique paſſim Galliæ ſcriptores. Præterea vero neſcit nemò quot viri ex ipsâ Galliâ peritiſſimi in memoratos ac malè conſultos Gallicanarum libertatum ſarcinatores, & quàm vividè calamum acuerint. Conſule præ ceteris Illuſt. Petrum de Marca (8), Antonium Charlas Canonicum Pamienſem (9). Jam verò quis ab illis ſcriproribus Germanas Galliarum libertates edoceri & addiſcere voluerit, quorum placita permulta ut *Falſas & Hæreticas*, ut plurimum *Eccleſiæ Gallicanæ ſervitutes potiùs quàm libertates*, Gallicani Epiſcopi, Chriſtianiſſimi Reges, Gallici ſcriptores eruditiſſimi, Gallia ipſa univerſa *deteſtata* eſt?

Majorem certè nec viros apud prudentes autoritatem faceſcere queunt illa ejuſdem generis placita, quæ Carolus Fevretus, aliique admodùm pauci forenſium quàm Eccleſiaſticarum rerum peritiores cauſidici ſub libertatum Gallicanarum nomine venditarunt. Ecquis enim ignoret hæc Germanos apud Gallos haberi veluti totidem commenta ab hominibus novarum rerum cupidis ad Eccleſiaſticam juriſdictionem poſiciæ autoritati mancipandam recens excogitata, genuinis Galliarum im-

(1) *Refertur in 2. Volum. actorum Clers Gallicani veteris editionis.*

(2) *De marca de concord. Sacerd. lib. 1. cap. 1. num. 2.*

(3) *Diſert. 18. num. CXIV.*

(4) *Tract. de libert. Eccl. Gallic. lib. 1. cap. 1. num. 5.*

(5) *In præfactione Hiſtorica quam præmiſit eruditus ſcriptor commentario puteani ſuper libert. Gallican. quod ejuſdem Langletii cura denuò ditum eſt 2. vol. in-4. Paris 1715.*

(6) *De Eccleſiâ tom. 2. p. 172.*

(7) *Tract. de Legibus. cap. 5. art. 2. ſect. 5. pag. 348.*

(8) *Dec oncord. &c. prolegum. pag. 12.*

(9) *Tractat de libert. Gallic. in toto paſſim opere.*

Digitized by Google

munitatibus æquè ac Sacratiſſimis Eccleſiæ juribus adverſa, publicâ nuſquam autoritate communita, nunquam à Gallicanis Epiſcopis approbata, omnibus Gallis exoſa maximè & ſæpius promeritò proſcripta? Conſule, quiſquis iſthæc ignorares, innumera propemodum Regis Chriſtianiſſimi diplomata ubique vulgata paſſim & apud Gallos notiſſima. Videas inibi quanto Religionis ardore cavet piiſſimus Princeps nè arbitraria illa cauſidicorum aliquot placita tùm in judiciis ferendis, tùm alibi ad executionem redigantur. Nec minori pietatis ſtudio adversùs commentitias illas *ſervitutes potiùs quàm libertates* inſurrexerunt Religioſiſſimi Galliarum Epiſcopi, quod ipſe quidem non diffitetur acerrimus famoſæ declarationis defenſor (1). Et verò quàm ſæpè ampliſſimus Gallicanorum Antiſtitum ordo Regiam autoritatem adversùs inconſultos illos Eccleſiaſticæ libertatis everſores imploravit (2)? Quot ſcriptis operibus infrunitam illorum audaciam compreſſit, Molimina prævertit, machinamenta exſufflavit! Omnium manibus teruntur innumera illa Gallicanorum Epiſcoporum documenta vel mandata Paſtoralia, ex quibus nonnulla deinceps teſtimonia hanc in rem proferemus.

At enim quid hîc Chriſtianiſſimos Reges, Illuſtriſſimos Galliarum Epiſcopos appellamus? Vèl ipſos inter ejuſdem Gentis Theologos, juris utriuſque peritos, cauſidicos, &c. Si factioſos quoſdam & pacis turbatores excipias, vix unum ac ne vix quidem unum aut alterum inveneris, qui præfatis Advocatorum nonnullorum placitis & Galliæ pſeudolibertatibus ſubſcribat. Quin & Fleuriacus ipſe quem hîc nemo ſuſpectum habeat, de recentioribus ejusmodi corruptelis acerbiſſimè conqueritur, vèl in eo ſermone (3) in quo de libertatibus Gallicanis ex profeſſo diſputat.

(3) *Nono ſermone ad Hiſt. Eccleſ. Edit. Pariſ. ann.* 1733. pag. 76. & *ſeqq.*

Ab iſtis igitur privatorum hominum placitis, quæ numquam probavit, numquam adoptavit, abnuit ſemper, & conſtanter reſpuit Gallia, genuinæ ipſius & Patriæ ſecernantur libertates, ut ab omnibus veri & æqui amatoribus ſecerni debent, tùm evaneſcent penitùs & ab hominum conſpectu procul diſcedent inmanes abuſus illi, qui Gallicæ genti inſcitè prorsùs aut malevolè exprobari ſolent. Suæ Charæ ſunt Gallis, nobis & venerationi ſunt illæ libertates, non quas

(1) *Parte 2â. lib. XI. cap.* 20. Quaſi metuendum ſit ne Antiſtites Gallicani omnia Fevreti, Puteani omnia ab Anteceſſoribus rejecta toties probaſſe videantur, &c.

(2) *Conſule præ ceteris codicem ab Epiſc. Gallicanis Regi oblatum poſt Generalia Regni comitia habita anno* 1615. *ubi ſic loquuntur:* Au lieu de maintenir les juſtes libertés de l'Egliſe Gallicane, & en tirer l'ornement & protection pour votre état, que vos Prédeceſſeurs ont mérité par leur piété & armes. Vos Juges les ont tellement obſcurcies, que ce qui devroit ſervir de protection, ſe tourne en oppreſſion de l'Egliſe.

neſciat Gallia, vel tanquam ſpurias repudiet; ſed quas illa agnoſcat & velut patrias conſtanter tueatur. Tales porrò exiſtunt illæ, quas Summo laudabilique ſtudio defendunt Illuſtriſſimi Galliarum Præſules, Chriſtianiſſimi Reges, ac Franci undique Doctrinæ probatioris & melioris notæ ſcriptores. Veridicos illos & Doctiſſimos Galliarum immunitatum interpretes, non verò inconſultos quoſdam earum corruptores conſulat quiſquis apud exteros accuratam illarum notitiam habere deſiderat, nullus dubito, quin ab incautis illis, quæ non numquam audiuntur quærimoniis conſultior deinceps abſtineat, & æquiùs de Gallis, deque ipſorum libertatibus ſentiat ac loquatur. Has enim genuinas inter libertates nihil deprehendo quod quempiam Religionis ac pacis amantem offendere queat.

Cæterum etiamſi in iis non nihil forſitan delicatioribus occurreret, quod antiquiori diſciplinæ non ità conſonum videretur, quòd que habitâ temporum ratione, ac incommodi majoris evitandi gratiâ toleraret Eccleſia Gallicana, non idcircò accuſanda illa, multo minùs vituperanda foret. Quot enim aliarum in orbe Catholico Gentium conſuetudines, quæ, ſi naſutiùs diſtringantur, mali non nihil, aut minùs laude digni habere videantur? Quidquid ſit, frequentes hâc de re querelas ſæpe parturit impotentior zelotypiæ impetus, non amor veteris diſciplinæ quam Gallia, quoad fieri licet, venerari uſque & amplecti gloriatur; & adeò quidem, ut nihil in ſuis libertatibus ſibi charius eſſe profiteatur, & antiquiùs, quàm receptos Univerſalis Eccleſiæ canones & antiquæ diſciplinæ monumenta conſtanter obſervare. Quod ſi quando in Galliis contingat (& ubinam terrarum non contingit pluries?) ut ab vetuſtis illis diſciplinæ ſanctionibus tantulùm recedatur, tum, ut egregiè advertit Maſſilienſis Antiſtes (1), *vel ipſi Patres Canonum conditores* paucos *illos Galliarum uſus procul dubio introduxiſſent iiſdem de cauſis quibus innituntur.*

Verùm tamen ipſum fortaſsè Fleuriacum nobis oppones, qui de Gallicanis libertatibus ex profeſſo diſputans, *bonâ Fide*, ut ipſe ait (2), *confitetur* varios *Galliæ uſus cum rectâ ratione nequaquam poſſe conciliari.* Quaſi verò ità pronuntianti Fleuriaco ſtatim acquieſcere oporteat, ac omnia ipſius effata velut certiſſima totidem veritatis

(1) Les Pères qui ont formé les anciens Canons auroient introduits ſans peine ces uſages de France pour les raiſons, ſur leſquelles ils ſont fondés. *Maſſilienſ. Epiſc. Doc. Paſtor. de libert. Gallic.* pag. 83.

(2) A tout cela je ne vois dautre réponſe, ſi non de convenir de bonne foi que nous n'agiſſons pas conſéquemment, & qu'en ces matières comme en toutes les autres l'uſage ne s'accorde pas toujours avec la droite raiſon. 9e. *Diſcours ſur les libertés de l'Egl. Gallic.* pag. 90.

Digitized by Google

Oracula ab omnibus habenda ſint. Abſit equidem, ut prolixæ exiſtimationi, quam veros apud eruditos vir celebris obtinet, quidquam detractum velimus; ſed abſit etiam, ut virum quamtumlibet maximum, hominem tamen, ab humanis infirmitatibus, quas & Nobiliſſima quæque nonnunquam experiuntur ingenia, ità immunem fuiſſe putemus, ut nihil ipſi exiderit, quod emendari indigeat. Abſit ut erga Fleuriacum ſimus indulgentiores, quàm illi è Gallis, qui plus veritati quam aſſentationi concedendum exiſtimant. Nonnè vèl ipſe Fleuriaci in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ continuator, maximus licet ipſius laudator, admiratorque à primo ſuæ continuationis limine ipſum deſerit, ac contrariam in re graviſſimâ Sententiam amplectitur? Conſule Fleuriacum; Urbani VI. ad Summum Pontificatum electio liberè penitùs à Cardinalibus facta fuit. Conſule Fleuriaci continuatorem; ad electionem illam coacti & inviti proceſſerunt Cardinales (1): Illi duntaxat uſus Galliæ adſcribantur, quos Chriſtianiſſimi Reges & Galliarum Epiſcopi approbaverunt, non quos Eccleſiaſtica ſimul & Regia poteſtas proſcripſerit, tunc iterum dico, penitus evaneſcent uſus illi *rectæ rationi* non minùs quàm Religioni repugnantes. Nimium profectò ſibi tribuit, qui viris prudentibus ſeſe perſuaſurum exiſtimat tales Chriſtianiſſimis Regibus, taleſque eruditis Galliæ Præſulibus conſuetudines probari quæ *cum rectâ ratione Conciliari non poſſint*. Abſurdos illos & malè coherentes uſus, ſi quos univerſa Gallia approbaſſe videatur aſſignent Gallicanarum libertatum detractatores, & peſſimè de illis judicatum fuiſſe firmiſſimis evincere momentis haud ita fuerit operoſum. Quidquid id eſt, non miramur ſi Gallicas inter conſuetudines uſus abnormes recenſuerit Fleuriacus, Galloſque *conſequenter ad ſua principia non agere* pronuntiaverit (2). Æquiora de ſuis Conterraneis proferre non poterat, qui pro genuinis Eccleſiæ Gallicanæ libertatibus ea jactaverit placita, quæ nuſquam Gallicana Eccleſia adoptarit, ut ex dicendis planiſſimè conſtabit; interim num iſta Fleuriaci pronunciata Gallicæ Genti valde honorifica ſint, nec ne; judex ille eſto, qui omnia æquis lancibus accuratè perpenderit.

(2) *In ſerm. 9. loco ſupra citat.*

Urgent denique viri haud ità mali quidem, ſed rem ipſam quam verſamus, malè ſatis edocti. Aiunt Gallicanas libertates Pontificiæ autoritati, inconcuſſis Sedis Apoſtolicæ juribus ac privilegiis noxias

(1) *Vide Fleuri. Hiſt. Eccleſ. tomo* 20. *lib.* CVIII. *num.* XLVI, *& ſeqq. Vide ipſius continuatorem tom,* 21. Diſcours préliminaire ſervant à d'introduction à l'Hiſtoire Eccleſiaſtique du 15. ſiécle. *pag.* 3. *& ſeqq.*

plurimùm & infeſtas eſſe, eoque vèl uno nomine ab omnibus Catholicis improbandas ac reſpuendas. At verò unde nam id illis conſtat? Utinam, reponunt, minimè conſtaret. Verùm enim verò quem hodie lateat, iſtud à Gallis paſſim ſcriptoribus ceu primarium fundamentum ſuis libertatibus conſtitui, quòd nempe Romanus Pontifex ſupremam & infallibilem in Fidei cauſis non potiatur autoritatem, quòdque ſolemnia ipſius circa Fidem aut mores judicia in generali Concilio reformari & recudi poſſint, ac proinde à Romano Pontifice Solemniter pronuntiante valeat ad Synodum œcumenicam iiſdem in cauſis appellatio?

Quem iſthæc omnia lateant, inquiris? Nos certè latet omninò, & nobiſcum certiſſimè plurimos. Quid ergo? Itanè ſentiunt Galli undique ſcriptores? Numquid non Galli ſunt Petrus Pithæus, Jacobus Capellus, Antonius Hotmanus, Guido Coquillæus, Jacobus Leſchaſſerius, aliique plures ejus generis viri? Sunt utique, & quidem hâc in re minimè ſuſpecti, ut pote qui ſtrenuiſſimi videri velint Gallicanarum libertatum propugnatores. Atqui tamen ex iis omnibus nemo unquam eaſdem inter libertates, aut primaria illarum fundamenta illud recenſuit, quòd Concilium ſit Romano Pontifice ſuperius. (1) Quod Concilii major ſit quàm Romani Pontificis autoritas, quòd Romanus Pontifex in-

(1) Ceterum qui Rom. Pontificem Concilio Generali ſubeſſe dicerent non illico cenſendi forent Pontificiæ infallibilitatis hoſtes, cum varii ſint caſus in quibus Rom. Pontifex Concilio ſubjiciatur, licèt in condendis Dogmaticis Decretis ſit infallibilis; ut paſſim agnoſcunt Pontificæ inerrantiæ Patroni. 1°. Si Papa fieret Hæreticus, non quidem definiendo ac Eccleſiam univerſalem docendo, quod contingere non poteſt, in quo Romanum Pontificem infallibilem eſſe creditur, ſed perſonalem aliquam opinionem Legi divinæ vel naturali contrariam privatim atque aliorum Doctorum inſtar propugnando. (Obſerves tamen velim nec unum è tot Rom. Pontificibus qui Petri Sedem occuparunt hactenus Deo providente in hæreſim incidiſſe, ob quam Concilii Congregatione ad illum deponendum opus fuerit, ut inde quid impoſterum futurum ſit facile conjicere, ac meritò ſperare poſſis). 2°. Cum Papa eſt dubius, nec conſtat ex pluribus electis quis eorum legitimus ſit. 3°. Si Pontifex invalidè ſit electus, quod pluribus modis evenire poteſt. In his inquam caſibus Pontificem Concilio ſubjacere & Concilii judicio ſubdi prælucente Concilii Conſtantienſis autoritate norunt & fatentur quotquot R. Pontificem in definiendis Fidei controverſiis infallibilem eſſe docent. Præterea certum eſt & in confeſſu apud inerrantiæ Pontificiæ vindices Pontificem Concilio ſubeſſe eo ſenſu, quod Pontifex decretis tam Fidei quàm morum a Concilio aliquo legitimo Pontificiâ autoritate munito editis ſtare teneatur. Ecquis neget Benedictum XIV. decretis Fidei in Nicenâ, Calcedonenſi & Epheſinâ Synodo, ut de aliis taceam promulgatis obligari? Tandem eo etiam ſenſu Concilium Pontifice ſuperius dici poteſt, quod judicia à Rom. Pontifice unâ cum Epiſcopis in Concilio Generali congregatis prolata majorem apud Catholicos autoritatem obtineant, quam decreta à ſolo Pontifice extra Concilium promulgata, tùm quià hæc errori obnoxia nonnulli contendunt Catholici, non item illa de quorum infallibili autoritate nemo Catholicorum dubitat; tùm quia Concilii Generalis infallibilitas Fidei dogma eſt à Catholicis omnibus neceſſario credendum, non item Rom. Pontificis inerrantia. Ex quibus omnibus patet illum Pontificiæ infallibilitati contrarium illico putandum non eſſe qui Pontificem Concilio ſubeſſe, ſeu Concilium Pontifice ſuperius aſſereret; ſed ulteriùs inquirendum eſſe quâ mente, quo ſenſu id contendat; utrùm nimirum id propugnet juxta varios quos retulimus ſenſus, an vero eâ mente, eo Conſilio ut dogmatica R. Pontificum decreta ulteriori Concilii judicio ſubdantur, à quo reformari poſſint & ad quod valeat ab illis appellatio. Si id ultimum contendit, Pontificiam infallibilitatem impetit abſque dubio. Si autem primum unicè velit & intelligat, Pontificiæ infallibilitati nil detrahit, nilque profert quod ſtudioſiores inerrantiæ Pontificiæ vindices non admittant, tradant ac pro certo teneant.

Digitized by Google

fallibilem non habeat in dirimendis Fidei controverſiis autoritatem. Dubitas? At non dubitabis, cùm expreſſa legeris illorum omnium teſtimonia, quæ ad noſtram hanc aſſertionem comprobandam à Thomaſſino latiſſimè referuntur (1).

(1) *Differt.* 18. *in Synod. Rom. à num.* CIII. *ad num.* CIX.

Nunquid non Galli ſunt Joannes Pontas Eccleſiæ Pariſienſis pro pœnitentiarius, Ludovicus Habertus Sorbonicus Doctor, Petrus Collet eruditus è Congregatione Miſſionis preſbiter Turnelii continuator, aliique præſtantiſſimi è Galliâ Theologi vel Canoniſtæ? Atqui nec illi tamen ad Gallicanas libertates revocant, quòd Synodus œcumenica ſit Romano Pontifice ſuperior, quòd Romanus Pontifex in ſolemnibus circa Fidem definitionibus errare, & Hæreticam Doctrinam proponere queat. Quæris à Joanne Pontas in quo conſiſtant Gallicanæ libertates? Reſpondet (2) illas *In eo tantùm conſiſtere ut impediatur ne Romani Pontifices aliquid aggrediantur in regno contra tenorem antiquorum Canonum niſi de conſenſu Regis & populi*; quæ quidem accurata ſint, nec ne; nihil tamen ſupremæ & infallibili Romanorum Pontificum circa Fidem & mores autoritati officiunt. Quæris ab erudito Turnelii continuatore quid ſint Gallicanæ libertates? Reſpondet (3) *eas definiri, jus conſtanter ſequendi receptos univerſalis Eccleſiæ Canones, & antiquas regni conſuetudines, quidquid de novo in contrarium decernatur*, quâ quidem in definitione Pontificiæ infallibilitatis vola quidem aut veſtigium eſt. Quin & graviſſimus Theologus addit (4) *falli eos & turpiter aberrare* qui *libertates Gallicanas reponunt vel in poteſtate faciendi quod libuerit, vel in Summâ à R. Pontifice independentiâ, quaſi Sedis Apoſtolicæ nomen nihil aliud ſit quàm magni nominis umbra. Imò verò exigit jus antiquum, cui ob libertates noſtras inſiſtimus, ut Papam habeamus pro Paſtore omnium primo, pro Eccleſiarum omnium capite pro rectore univerſali qui nempe in omnes Eccleſias, ſingulosque ipſarum Paſtores juriſdictionem habet, ſecundum Evangelii & traditionis leges exercendam.* Porrò qui ità de libertatibus Gallicanis deque Romano Pontifice loquitur, ille ne judicandus eſt Pontificiam fallibilitatem Gallicanas inter libertates tanquam primarium earumdem fundamentum retuliſſe?

(3) *Tract. de legibus cap.* v. *ſect.* v. *pag.* 347. & *ſeqq. nov. edit. Pariſ.*

(4) *Idem. ibid.* p. 348.

Quæris tandem à Ludovico Haberto quid ſibi velint, quò ſe extendant uſque Galliarum libertates? Haud aliud reſpondebit Pariſienſis Theologus quàm quod ex aliis jam retulimus. Non ille, ſicut nec

(2) Leſquelles (*les libertés de l'Egliſe Gallicane*) ne conſiſtent qu'a empêcher que les Papes n'entreprennent rien dans le Royaume au préjudice de la diſpoſition des anciens Canons, ſi ce n'eſt du conſentement du Roi & du Peuple. *Dictionnaire de Cas de Conſcience. Tom.* 2. *edit. Pariſ. an.* 1715. *V. Penſion.* Cas 10.

ceteri

ceteri, Gallicanis libertatibus aut fallibilitatem Pontificiam, aut ab ſolemnibus R. Pontificis definitionibus circa Fidem latis ad generale Concilium tanquam ad Tribunal Pontifice ſuperius appellationem annumerat, ſed cautè admodùm & modeſtè tradit ad Gallicanas libertates pertinere quòd *Summus Pontifex* (1) *non poſſit pro libito* antiquos univerſalis Eccleſiæ Canones *ſolvere*, juxta illud Zozimi Summi Pontificis: *contra ſtatuta Patrum condere aliquid, vel mutare nec hujus quidem Sedis Apoſtolicæ poteſt autoritas* (2); & illud Martini I: *Canones Eccleſiaſticos ſolvere non poſſumus, qui defenſores & cuſtodes Canonum ſumus* (3) quibus quidem effatis verius nihil ac æquius; neque porrò aliud unquam docuerunt præſtantiores Pontificiæ inerrantiæ defenſores (4). Abſit enim ut ea Romano Pontifici adtribuatur autoritas quæ foret *in deſtructionem*, non *in ædificationem*; poteſtas nimirum Canones ſpiritu Dei afflante conditos ac totius mundi reverentiâ conſecratos, necnon & rectas laudabileſque Gallorum conſuetudines *pro libito* ſolvendi, mutandi, ac infringendi.

Numquid denique non Galli ſunt & quidem inter alios ſpectatiſſimi, Duvallius, Contenſonius, Thomaſſinus, Antonius Charlas, Mathæus Petit Didier, Jacobus Hyacinthus Serri, totque alii, qui, ut alibi demonſtrabitur, poſtremis hiſce temporibus ſupremam & infallibilem Romani Pontificis autoritatem viriliter aſſeruerunt? Num illi porrò exiſtimabant non niſi labefactatâ Romani Pontificis inerrantiâ integras ſtare poſſe Gallicanæ Eccleſiæ libertates? An verò Pontificiam inerrantiam non niſi Summo libertatum earumdem diſpendio propugnare potuerunt? Neutiquam certè, ait eruditus è Galliâ ſcriptor, idemque Gentis ſuæ libertatum aſſertor ſtrenuiſſimus (5): *conſpicuos*, ipſius verba recito, *in Galliâ habemus Theologos qui de Romani Pontificis autoritate cum Italis & Hiſpanis idem ſentiunt, quique pro libertatum noſtrarum defenſione ſtudioſiſſimi eſſe propterea non deſinunt.* Quinam autem illi ſunt è Galliâ Theologi, qui Romanæ inerrantiæ ſimul & Gallicanarum libertatum ſtudioſiſſimi exiſtunt aſſertores? Viri præ ceteris *egregii & Doctrinâ Clari* (6) quos inter eminet *Andreas Duvallius* (7), Doctor Sorbonæ & Profeſſor, *vir moderatiſſimus*... Theologus *pietate conſpicuus, qui licèt ſtrenuus*

(1) *Lud. Haber. tract. de legib. cap.* XI. *pag.* 413. *edit. Pariſ. anno* 1709.

(2) *Canon. contra* XXV. *q.* 1.

(3) *Epiſt.* 9.

(4) *V. Anton. Charlas de libert. Eccleſ. Gall. lib.* 2. *cap.* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. *&c. V. Thomaſſ. in differt.* 18. *in Synod. Rom.* 1.

(6) *Defenſor famoſæ decl. Thomaſſinum appellat. virum egregium & Doctrinâ clarum Part.* 2. *lib.* XI. *cap.* 9.

(5) Nous avons en France d'illuſtres Théologiens, qui ont ſur l'autorité du Pape les mêmes ſentimens que les Italiens & les Eſpagnols, & qui ne laiſſent pas malgré céla, d'être zélés pour la défenſe de nos libertés. *D. Langlet du Freſnois præfat, &c. pag.* XXX.

(7) André Duval, Docteur & Profeſſeur de Sorbonne, homme très-modéré, a été un de ceux qui ont écrit en faveur de l'autorité du Pape avec plus de retenue. Ce pieux Théologien, zélé défenſeur de l'infaillibilité, n'en étoit pas pour cela moins attaché à nos maximes & à nos libertés. *D. Langlet du Freſnois præfat. &c. pag.* XXXVII.

Digitized by Google

fuerit infallibilitatis Pontificiæ vindex, nihilominus tamen placitis & libertatibus Gallicanis *addictiſſimus erat.* Tales haud ità pridem habebant Galliæ, tales & etiamnum habent plurimos & libertatum ſuarum & Pontificiæ inerrantiæ defenſores ſtrenuiſſimos. Falſum igitur & per quam falſum eſt, quod mox objiciebatur, Gallos nempe ſcriptores illud potiſſima inter libertatum ſuarum fundamina referre, quòd Romanus Pontifex irreformabili, ſupremâ & indeficienti autoritate non polleat.

Et certè nemo vèl inter candidatos Theologos neſcit quæſtionem illam: an Summus Pontifex ſit infallibilis, rem eſſe, quæ non meram ſpectet diſciplinam, quæ non arbitrarias locorum conſuetudines, non varios Eccleſiarum mores conditione ſuâ imitetur. Jam verò quoti Galliarum ſcriptores expreſsè declarant Gallicanas libertates in meris diſciplinæ capitibus conſiſtere? Eas aliud eſſe nihil, quàm jus amplexandi antiquos Eccleſiæ Canones, ac receptiſſimos in Galliâ mores, vetuſtaſque conſuetudines conſtanter retinendi? Innumeri ſunt qui apud Gallos ità ſentiunt eruditi, ex quibus unum audire non pigeat Oratorii Gallicani Preſbyterum qui ſuos etiam apud adverſarios Summæ eruditionis laudem obtinuit (1) Ludovicum dico Thomaſſinum cujus hæc eſt ſententia (2): *libertas Gallicana, quanta quanta eſt, non in Fidei, ſed in diſciplinæ campis liberioribus ſpatiatur; id nomen ipſum clamat. Libertas enim in diſciplinæ & conſuetudinum varietate quâdam infinitâ jactatur. Fides una neceſſariò ſuique ſimilis & ſemper exiſtit. Gallicana autem quæ libertas eſt, eadem non eſt ceterarum Chriſtianarum Gentium; at fides una omnium eſt: unus* enim *Dominus*, una Fides. *Itaque quò ceteras Chriſtianæ Eccleſiæ partes ſuperamus, id nequaquam ad Fidei negotium pertinet.... ſi omnia excutiantur de libertatibus Gallicanis exarata monumenta, id certò comperietur, nuſquam de fide certatum, nuſquam de Fidei dogmate litem motam eſſe Pontifici, quoties pro libertate Gallicanâ concerta pugna eſt. Nunquam à Pontificiâ Fidei definitione vel à Sorbonicis, vel ab Univerſitate Pariſienſi, vel ab Eccleſiâ Gallicanâ, vel à Parlamenti curiâ ad Concilium appellatum eſt; & antequam hæ provocationes uſurparentur, quandiu Solo diſſenſu Gallia ſuas tuebatur conſuetudines, nuſquam Pontificis & Romanæ Sedis Fidei vel definitioni diſſenſu qualicumque ſuo reluctata eſt.*

(1) *Vide defenſ. Eccl. Cl. Gall. loco ſupra citato.*

(2) *Diſſert. 18. in Synod. Romanam. num. CX.*

Quærere jam liceat num illi apud Gallos Theologi, qui ſic cum Thomaſſino ſentiunt ac loquuntur, & ii, ut jam monuimus, propè innumeri ſunt, ad Gallicanas libertates pertinere putent, ut ſu-

prema & infallibilis Romano Pontifici abjudicetur autoritas? Quis ità eſſe aſſeruerit? Quaſi verò illa Pontificiæ fallibilitatis, aut infallibilitatis opinio quædam eſſet propria cuïpiam Eccleſiæ praxis, merum diſciplinæ caput, nuda nationis alicujus conſuetudo: quaſi verò admiſſâ ſemel Romani Pontificis inerrantiâ non amplius Galliæ liberum foret Germanas ſuas immunitates, ac peculiares ſuæ diſciplinæ uſus tueri & conſtanter obſervare, quidquid in contrarium decerneretur. Certè gens Gallica, ut & ceteræ omnes Catholici orbis nationes, agnoſcit & profitetur infallibilem eſſe ac Summam œcumenicæ Synodi, autoritatem. Num ideò exiſtimat libertates ſuas ab generali Synodo abrogari vel infringi poſſe? Nunquid putat ab aliquâ ejuſmodi Synodo cogi ſe poſſe ad ſuas illas libertates conſuetudineſque vel omninò deſerendas, vel ſaltèm immutandas? Non putat utique, ut patet vel ex ipſo Concilii Tridentini exemplo cujus ſtatuta ad diſciplinam ſpectantia non omnia obſervat. Stant igitur apud Gallos Germanæ illorum libertates ſtante etiam infallibili Conciliorum generalium autoritate; quare igitur, quove fato cum iiſdem non conſiſteret inerrantia Pontificia? Ecquod, amabo Gallicis uſibus conſuetudinibuſque detrimentum inſerret indeficiens Summi Pontificis autoritas, quod non pariter inferre poſſet ſupremum & infallibile Concilii generalis judicium. Fallunt igitur, vel turpiter ipſi falluntur, qui Pontificiam inerrantiam ſeu genuinis Galliarum libertatibus adverſam, vel genuinas Galliarum libertates tanquam inerrantiæ Pontificiæ inimicas comminiſcuntur. Longè aliter ſentiebant, & hodieque ſentiunt *conſpicui illi è Galliâ Theologi* apud quos, ut ſcitè obſervat ſcriptor inter Gallos nobiliſſimus (1), & infallibilis Romanorum Pontificum autoritas & certiſſima Gallicanarum libertatum incolumitas concordiſſimè ſimul & tutiſſimè conveniunt.

His quid addam alios Franciæ ſcriptores qui Illuſtriſſimum de Marca ſecuti propugnant *præcipuum* libertatum ſuarum *fundamentum* eſſe, *ut principatus Apoſtolicæ Sedis ſuum locum ſemper obtineat* (2), *ut ſuprema ſit Romani Pontificis autoritas* (3), numquid & illi eo potiſſimùm fundamento niti Gallicanas libertates exiſtimant, ut reformabilis ſit & Concilio ſubdita Romani Pontificis autoritas? Non puto. Et illi tamen nec pauci ſunt, qui celebrem hanc Petri de Marca ſententiam amplexati fuerint, cùm D. Langlet du Freſnois, non ſecus ac ipſe Illuſtr. de Marca pronuntiet *Hanc eſſe Gallorum omnium ſententiam* (4).

(1) *De Langlet de Freſnois citat. Præf.* pag. XXX.

(2) *De Marca lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 2.

(3) *Id. prolegom.* pag. 5.

(4) *D. Langlet du Freſnois Præf.* pag. XXIX.

Digitized by Google

Hæc omnia certiſſima ſunt, & lectorum oculis ſubjiciuntur, inquies; verùm nunquid indè concludendum eſt virum in Galliâ extitiſſe neminem, qui non niſi depreſſâ Sedis Apoſtolicæ dignitate, & impugnatâ infallibili Romanorum Pontificum autoritate Gallicanas libertates tueri poſſe docuerit? Minimè quidem; abſit ut illud credere ipſi, vel aliis perſuadere velimus, quòd à veritate, menteque noſtrâ alieniſſimum eſt. Nullâ tam craſſâ adulatione, aut aſſentatione indiget Gallia, ut ſe ſe in propugnandis libertatibus ſuis innoxiam ac modeſtiſſimam eſſe comprobet. Fatemur itáque & ultrò agnoſcimus è Gallis etiam fuiſſe nonnullos, qui nunc tandem novum & à ſeculis inauditum Gallicanis immunitatibus fundamentum ſubſtruere machinati ſunt Atque illi ſunt, pauci nimirum aliorum comparatione, Novatores qui poſtremis hiſce temporibus infauſtum Pontificiæ autoritati bellum indixerunt, ut labanti deploratæque cauſæ quolibet modo ſucurrerent. Scilicet ut cauſam Apoſtolicis judiciis finitam ad incudem revocarent, ſpargere cœperunt non alio Gallicanas libertates fundamento niti, quàm quod nec ſuprema ſit, nec irreformabilis Summi Pontificis autoritas, quòd à Dogmaticis etiam ipſius definitionibus ad Concilium fas ſit provocare; proindeque vel deſerendas eſſe ſacras & avitas Regni Gallici libertates, vel denegandam Romanis Pontificibus indeficientem autoritatem, ut potè quâ ſemel admiſſâ Gallicæ immunitates, concuſſo nimirum earumdem fundamento, ruant & peſſum-eant neceſſe eſt. Sic homines turbulenti, novarum opinionum Architecti, Schiſmatumque molitores Sacra Gallicanæ Eccleſiæ jura cum divinis Sedis Apoſtolicæ privilegiis committere, ſic Sacerdotium inter & imperium diſcordiæ faces accendere, ſic diſcipuli ſupra Magiſtros, Gerſonium dico, & alios Gerſonii Commillitones, qui Pontificiæ inerrantiæ Gallicanas libertates opponere nec inter ſomniandum cogitarunt, quos idcircò ipſos, ſi valeat diſcipulorum hallucinatio, perinde ac veteres Gallos ad unum omnes Gallicæ libertatis ignaros adeò & imperitos fuiſſe oporteat, ut neque primarium illius fundamentum agnoverint.

Nonnullos igitur hujus furfuris homines in Galliis extitiſſe, aut etiamnum extare non diffitemur, quorum ex altiſſimis clamoribus & ſparſis hinc inde libellis enata fortaſſe exteras apud nationes gravis illa, quam refutamus in Gallicanas libertates expoſtulatio. Sed enim quâ æquitate privata paucorum culpa, opinioque in ceteros omnes Galliarum ſcriptores refunditur? Quo jure Gallis omnibus viris novella adſcribuntur commenta, à quibus ipſi, ſi perpaucos excipias, om-

nes quàm maximè abhorreant ? Anne enim Gallia ſola filios maternæ pietatis degeneres habuerit ? Nonne & tales perſæpè Italia, Hiſpania, aliæque Chriſtianæ Regiones doluerunt ? Gallis itaque univerſis exprobari jam deſinatur, quod paucorum nullâ autoritate fultorum vitium extitit, nec deinceps audiatur talem eſſe Gallicanarum libertatum indolem, quæ cum ſupremâ R. Pontificis & infallibili autoritate conſiſtere ac ſociari nequeat. improvida prorſus, ne dicam iniqua eſt ejuſmodi criminatio. opinionem illam admiſit nunquam, nunquam admittere cogitavit Theologorum Gallorum pars maxima. Quodſi viri apud Francos admodum pauci ità ſentire viſi ſunt, in illos quinam, amabò, omnium primi (quod hîc addere juvat) calamum acuerunt ? Illos quinam validioribus & victricibus armis debellare ac profligare geſtierunt ? An Italus, an Hiſpanus, an Germanus ? Potentiſſimè illi quidem & eruditè Novaturienſes iſtos homines impugnarunt ; at vexillum primi erexerunt, claſſicum inflarunt, arma prehenſarunt nobiliſſimi Galliarum ſcriptores, qui hanc invidiam germanis Eccleſiæ ſuæ ac Regni libertatibus impunè conflari minimè paſſi ſunt.

Enim verò quo non ſtudio, quâ non ſcriptorum ubertate in novos illos ac prorsùs infidos Gallicanæ libertatis interpretes inſurrexêre Ludovicus Thomaſſinus, de Gallicanâ & univerſali Eccleſiâ tam bene meritus (1), Antonius Charlas Canonicus Pamienſis in profundâ & accuratâ Gallicanæ libertatis notitiâ nulli ſecundus (2), D. Langlet du Freſnois tanti apud Gallos nominis, tamæ inter ceteros eruditionis Autor (3) ? Quo non momentorum pondere, quâ non argumentorum vi clariſſimi illi è Galliâ ſcriptores, ut alios mittam bene multos, palàm omnibus fecerunt quàm imperitè, quàm infideliter, quam iniquè Pontificia fallibilitas ceu primarium ſtabiliretur Gallicanæ libertatis fundamentum ? Haud ignorabant videlicet viri perſpicaces veris Galliæ libertatibus infenſiorem eſſe neminem, quàm qui tam caducum, tam labile, tam ruinoſum ipſis fundamentum malignè aut ignoranter ſubſtruit, quive ſuadere nititur ſtare illas & defendi non poſſe, niſi Catholicorum ferè omnium Doctrina peſſum eat.

(1) Differt. 18. in Synod. Rom. à n. CIII. uſque ad finem.

(2) In toto tract. de libert. Gallican.

(3) In laudatâ Præfatione Hiſtoricâ.

Ceterum non hîc incerta vel dubia, qualia ſæpè adverſarii in cauſæ ſuæ præſidium obtendere ſolent, ipſi ventitamus. Quæ laudavimus Lud. Thomaſſini & Antonii Charlas opera notiſſima, vèl ipſi habent exteri, apud quos non rara exſtant librorum illorum exemplaria, quæ conſulere poſſunt. Non ità fortaſſe notum apud illos D. Langletii

Digitized by Google

opus; ac nec minoris idcircò ponderis haberi debet, utpotè quod iis omnibus munitum eſt præſidiis, quibus illa ſola apud Gallos muniri ſolent opera, quæ Gallicanis moribus adverſum nihil contineant. Proſtat Pariſiis editum anno 1715. Typis *Joannis Muſier*, ſub auſpiciis excellentiſſimi viri D. Voiſin Magni Franciæ Cancellarii, cui dicatum legitur. Prodiit in lucem Regis decoratum privilegio, Regiique Cenſoris D. Capon, celeberrimi Galliarum Juriſconſulti calculis approbatum, ut in ipſâ operis fronte videre eſt. Neminem porrò latet, quàm viri illi à Rege Chriſtianiſſimo præpoſiti alieni ſint ab concedendâ facultate Typis Pariſinis ea opera mandandi, quæ non eſſent Regni ac Eccleſiæ Gallicanæ placitis apprimè conſentanea. In eorum autem gratiam quibus comparandi aut conſulendi iſtius operis copia non eſſet, ad calcem hujus libri ea deſcripſimus quæ huc

(1) pag. 191. faciunt, fideliſſimè extracta (1)

Ex his omnibus colligere eſt veluti duplicem eſſe Gallos apud ſcriptores libertates ſuas tuendi rationem. Pauci ex ipſis, iique ut plurimùm Apoſtolicis Conſtitutionibus ab universâ Eccleſiâ acceptatis indociles, quò erroribus ſuis opitularentur, Gallicanas libertates tanquam Pontificiæ infallibilitati infeſtas denigrarunt, deformaruntque. Reliqui omnes, aliud omninò tenentes impactam Gallicanis libertatibus calumniam diluere curant, calumniatores ipſos datâ operâ & latiſſimo calamo perſtringunt; iique & multitudine infinito plures, & eruditione impendiò Superiores, & autoritate multò præſtantiores exiſtunt; & tamen ea conflatur Galliæ invidia, ut ejus ſcriptores Pontificiam fallibilitatem ad Gallicanas libertates revocaſſe indiſcriminatim accuſentur, eóque nomine ceteris nationibus exoſi Galli, exoſæ Galliarum libertates evadant: oh! miſeram temporum conditionem!

Ceterum circa paucos illos Galliarum ſcriptores qui obnoxiam errori Summi Pontificis autoritatem ad Gallicanas libertates revocari voluerunt, & iſtud quoque obſervandum duximus, quòd ſcilicet nihil aliud contendere aliquando videantur, quàm quòd R. Pontifex ut privata perſona, ut Doctor particularis, errori obnoxius apud Gallos habeatur. Fleuriaci exemplum adducimus, qui, cùm à Galliarum placitis alienum pronuntiet Romanum Pontificem eſſe infalli-

(2) 9e. *Diſcours ſur les libert. Gall.* pag. 6. bilem (2), idem tamen poſtea teſtatur ***eam eſſe ſuam perindè ac ceterorum Gallorum fiduciam*** (3), ***fore nuſquam at Deo permittente er-***

(3) Nous eſpérons que Dieu ne permettra jamais à l'erreur, de prévaloir dans le faint Siége de Rome, comme il eſt arrivé dans les autres Siéges Apoſtoliques d'Alexandrie, d'An-

ror prævaleat in ſanctâ Romanâ Sede, ſicuti contigit in aliis Apoſtolicis ſedibus, Alexandrinâ, Antiochenâ, Hieroſolymitanâ. Quo verò nixi fundamento ità confidunt Galli? Quia, pergit Fleuriacus, *Jeſus Chriſtus dixit*: ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat Fides tua, &c. Hæc profectò Gallorum ſpes non pium eſt duntaxat votum, non incerta quædam fiducia, ſed firmiſſima fides, ſed immota expectatio, ut pote divinis pollicitationibus innixa, ac inconcuſſo Chriſti oraculo confirmata *ego rogavi pro te* &c. Quid ergo ſibi vult Fleuriacus, quando contendit Summi Pontificis judicia apud Gallos infallibilia non haberi? Certè vel pugnantia loquitur, vel aliud pronuntiat nihil, quàm privata Romani Pontificis judicia, ea videlicet, quæ non adhibitâ ſuæ Sedis autoritate, inconſultâ ejuſdem fide ferre poteſt, errori eſſe obnoxia. Si enim Romanus Pontifex ſolemni decreto fidem Eccleſiæ ſuæ proponat fidelibus amplectendam, iſtud decretum infallibilîs juxta Fleuriacum autoritatis apud Gallos haberi debet, quia Romana Petri Sedes cujus fidem proponit Pontificia conſtitutio errori ſuccumbere nequit juxta perpetuum iſtud Chriſti oraculum; *ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua* &c. ex quo inconcuſſam fidei firmitatem Romanæ Sedi attribuunt Galli. Atque hæc paucis contracta ac punctim veluti delineata, ſi immenſa prope modum argumenti amplitudo cogitetur, ſatís tamen ſupérque eſſe confidimus, ut intelligant exteri omnes Gallicanas libertates, quales à pleriſque Galliarum ſcriptoribus permittente, & approbante Franciâ explicari ſolent, Supremæ & infallibili Romanorum Pontificum autoritati infeſtas nequaquam eſſe; improvidam proinde, nulloque nixam eſſe fundamento querimoniam illam, quæ Germanis Galliarum libertatibus vitium iſtud, alioſque immanes abuſus exprobrat.

Verùm eſto & illud quoque; privati Galliarum ſcriptores vel omnes, aut pleríque Gallicanas immunitates Romanis Juribus opponant, eaſdem Pontificiæ inerrantiæ adverſas deprædicent. Quid tum? Ergóne ſtatim credendum erit hanc revêra ipſam eſſe genuinarum Franciæ libertatum conditionem? Ergò ne juſta exinde & legitima naſcetur illas vituperandi ac laceſſendi ratio? Nequaquam, & rursùs nequaquam. Quianam verò? Quia non ab his, vel illis Galliæ ſcriptoribus, ſed à Gallicanis Præſulibus, ſed à Chriſtianiſſimis Regibus addiſcendas eſſe contendimus Germanas tùm Eccleſiæ, tùm imperii Gallicani libertates. Aliis neglectis ac poſthabitis, horum teſtimo-

tioche, de Jeruſalem, parce que Jeſus-Chriſt a dit: *J'ai prié pour toi, Pierre, afin que ta foi ne manque pas. Id. ibid.* pag. 33. & 34.

niis adquieſcendum eſſe pronunciamus, qui præ ceteris regni & Eccleſiæ Gallicanæ jura noſſe debeant, qui eorumdem jurium cuſtodes, defenſores, interpretes exiſtunt. Unde ſi de Gallicanis libertatibus, quod tamen falſum eſt; aliter privati Galliæ ſcriptores multi licet, aliter unà cum Chriſtianiſſimis Regibus Epiſcopi ſentirent; nulli cordato dubium eſſe poteſt, quin tota Gallicanis Præſulibus & Regibus Chriſtianiſſimis, nulla foret privatis hominibus habenda fides. Atqui Præſules Gallicani (hoc idem de Chriſtianiſſimis Regibus alibi, Deo dante, demonſtrabitur) non modò adſerunt Germanas Galliarum libertates infallibili & Supremæ R. R. Pontificum autoritati non repugnare, verùm & ſuffragari penitùs faveréque paſſim & apertè declarant.

Hoc ultimum jam demonſtrandum aggredimur, ut omnis deinceps præcidatur ſuggillandæ Galliarum Eccleſiæ locus. Hæc una eſt in toto noſtro opere laborum noſtrorum meta, hic vigiliarum ſcopus. Fatendum tamen nihil extranearum gentium animos in gentem Eccleſiamque Gallicanam ità commoviſſe, ut Galliarum libertates, quæ exterorum oculis atrioribus quibúſque coloribus depingebantur tanquam Sacris Eccleſiæ Romanæ Juribus, diviniſque Sedis Apoſtolicæ privilegiis infeſtæ prorsùs & contrariæ. Tam odioſas de Gallicis uſibus opiniones evertiſſe aut leve fuerit operæ noſtræ pretium. Succreſcet & alia hujus diſceptationis utilitas non minima. Videlicet Gallicanos Epiſcopos veluti ſtrenuiſſimos inerrantiæ Pontificiæ vindices huc uſque exhibuimus. Verùm reponerent forſitan exteri falſis illis contra Gallicanas immunitates opinionibus occupati; qui fieri poteſt, ut iidem illi Præſules tanto ſtudio indeficientem Romani Pontificis autoritatem propugnent, qui non minori zelo libertates Pontificiæ infallibilitati penitùs adverſas tueri cernantur? Ænigma ſolvi difficile, quod quidem qui aperiat ædipodem quærimus. Non aliâ tutiori viâ diſſolvi poteſt, quàm ſi oſtendatur genuinas Franciæ libertates inerrantiæ Pontificiæ nedum adverſentur, favere è contrâ & planiſſimè patrocinari, quòd ut præſtemus.

§. I.

§ I.

Germanæ Eccleſiæ Gallicanæ libertates juxtà teſtatiſſimam Illuſtr. Galliæ Præſulum Doctrinam Pontificiæ infallibilitati non modò non adverſantur, ſed & maximè ſuffragantur.

IIs argumentorum momentis noſtram hanc aſſertionem comprobandam adorimur, quorum vim nullum declinare artificium, quorum evidentiam nulla obſcurare caligo, quorum perſpicuitatem nulla fraus oblimare valeat; ſed priuſquàm ad rem ipſam propiùs accedamus, obſervatu digna res illa nobis viſa eſt, quòd ex omnibus Galliarum Epiſcopis, qui de libertatibus ſuis quâ datâ occaſione Sermonem inſtituerunt, nullus unquam Gallica illa jura Pontificiæ inerrantiæ adverſa eſſe pronunciaverit. Quàm frequens, quàm multiplex eruditis Præſulibus enata fuerit de immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ differendi occaſio, nemo eſt qui ignoret; nulla ferè celebrarunt comitia, nulla propemodum Documenta vel Mandata Paſtoralia ediderunt, in quibus non aliquid de Gallicanis libertatibus immiſcuerint. Quin & ex ipſis nonnulli prolixos de eodem argumento tractatus elucubrati ſunt. Suum ubique teſtantur pro genuinis Galliarum immunitatibus defendendis ſtudium; ſollicitam ubique in eiſdem conſervandis diligentiam, Summam & in aperiendâ illarum naturâ, detegendiſque fundaminibus accurationem oſtendunt. Nihil denique prætermiſſum volunt, quò illas vel à malevolorum dicteriis vindicent, vel ab adverſariorum impreſſionibus ſartas tectaſque defendant. At ipſorum tamen nec ullus quem ſciam (ſi paucos admodum Conſtitutioni *Unigenitus* aliquandiu indociles demas, qui & ipſi penè omnes ſcripta luctuoſo illo & procelloſo tempore ſuis ſub nominibus vulgata revocarunt) nullus unquam protulit, nullus unquam ſignificavit Germanas Eccleſiæ Gallicanæ libertates id exigere, ut Romano Pontifici de moribus aut fide ſolemniter pronuncianti infallibilis abjudicetur autoritas. Nullus unquam ad Gallicanas libertates, nedum ad primaria illarum fundamenta, revocavit, aut revocandum ſubindicavit, quòd ſolemnia Romani Pontificis de Religionis dogmatibus, aut regulis morum judicia errorem propinare poſſint, indigeantve aliquando ab Eccleſiâ reformari (1). Nullum apud Illuſtriſſimos Antiſtites fictitiæ hujus Gallicanas libertates inter & Pontificiam iner-

(1) *Siquid hic in re difficultatis habet cetus anni 1682.*

ex dictis ubi de famosâ illius declaratione diſſolutum manet.

rantiam conflictationis vel leve veſtigium. Commentitium iſtud diſſidium tàm à Gallorum Epiſcoporum ſcriptis ac documentis alienum manet, quàm frequenter ab adverſariis obtruſum & refricatum eſt.

Jam verò ſi Germanæ illæ, quas Franci Præſules propugnant gentis ſuæ libertates ſupremæ & indeficienti Romanorum Pontificum autoritati adverſæ ex ipſorum ſententiâ & infeſtæ forent, nunquam ne iſtud indicaſſent, an perpetuò occulere debuiſſent aut etiam potuiſſent? Nonne communem omnium mentem aliquis ſaltem datâ occaſione quæ frequenter occurrebat, aperuiſſet? Et quorum igitur aliorum quàm Gallicanorum Præſulum majoris intererat ſuarum Eccleſiarum jura patefacere, ſuarum libertatum fundamenta detegere, ſuarum opinionum capita revelare?

Et certè nec mira cuipiam videri debet illa Gallicanorum Antiſtitum agendi ratio, quæ tamen inſulſitatis & abſurditatis plena eſt; quod cogitare horret animus, ſi eâ exiſtant mente, ut cum ſuis libertatibus conciliari nequeat Pontificia infallibilitas. Etenim quo pacto rem ita eſſe declaraſſent illi Præſules, apud quos Gallicanæ immunitates in ſolis conſiſtunt diſciplinæ capitibus? An enim voluiſſent Pontificiam infallibilitatem in judiciis ſolemnibus de Religione latis rem eſſe quæ ad meram diſciplinam, ad peculiares Eccleſiarum conſuetudines revocanda ſit? Minimè profectò. Quæſtiones ejuſmodi non ex diversâ gentium praxi, non ex ſingularibus Chriſtianorum populorum moribus, ſed ex verbo Dei ac revelatione decidendas eſſe, nedum ignorent eruditi Epiſcopi, nec tyrunculum latet, atqui tamen declarant iidem Gallicanas libertates perinde ac ſpeciales aliarum Eccleſiarum immunitates in libero legum ſuarum uſu, in ſolis diſciplinæ capitibus ſita eſſe. Audiatur inter ceteros Illuſt. de Belſunce Maſſilienſis Antiſtes qui explicandæ ac enucleandæ illarum naturæ totus incumbit: *Certiſſima Regula eſt*, inquit (1), *Eccleſiarum libertatem in libero legum ſuarum uſu conſiſtere .... liberum hunc legum ſuarum uſum ſemper conſervavit Eccleſia Gallicana. At quanam ſunt iſta leges?* Quænam ſunt proinde Gallicanarum libertatum capita & funda-

(1) C'eſt une régle très-certaine, la liberté des Egliſes conſiſte dans l'uſage libre de leur loix .... L'Egliſe Gallicane s'eſt toujours conſervée libre dans l'uſage de ſes loix? Mais quelles ſont ſes loix? Nous n'en avons point de particuliéres touchant la foi & les mœurs. L'Orient, l'Occident, l'Univers entier doivent être uniformes en ces deux chefs; parce que la foi eſt eſſentiellement une, & que les principes des bonnes mœurs ſont par-tout les mêmes. C'eſt dans la diſcipline ſeule que ſe remarque cette variété qui fait une des beautés de la ſainte Epouſe de Jeſus-Chriſt. L'Egliſe d'Orient a de tous tems obſervé une diſcipline différente de celle de l'Egliſe d'Occident. Et dans l'une & dans l'autre les Egliſes de différentes Nations ont toujours eu un droit inconteſtable de retenir les loix qu'elles avoient reçues, & de conſerver par là leur libertés. *Epiſc. Maſſ. in Docum. Paſt de. libert. Eccl. Gallic.* pag. 60.

Digitized by Google

menta ? *Peculiares in iis quæ fidem aut mores ſpectant nos leges non habemus, Oriens, occidens, orbis univerſus in iis duobus capitibus idem omninò ſentire debet, quia fides eſſentialiter una eſt, eademque ſunt gentium ubique morum principia.* In quo igitur conſiſtunt illæ libertates, quibus à cæteris nationibus diſcriminatur gens Gallica ? *In ſolâ diſciplinâ conſpicitur illa varietas, quæ Chriſti domini ſponſæ inter ornamenta reputatur. Orientalis Eccleſia ab omni ævo aliam, & aliam Eccleſia Occidentalis diſciplinam habuerunt; & particulares utriuſque Eccleſiæ inconcuſſum ſemper jus habuerunt receptas leges retinendi, ſicque ſuas libertates conſervandi.* Maſſilienſi Epiſcopo hâc in parte præluſerat acerrimus alter Gallicæ libertatis aſſertor, eruditiſſimus de Marca (1) Archi-Epiſcopus Pariſienſis quondam nominatus, quorum ſententiæ; nec vel unum noverim qui fuerit refragatus.

Porrò evidentiſſimum eſt (ut jam vidimus & res ipſa per ſe loquitur) nullam eſſe vèl tenuiſſimam inter hæc duo diſſidiorum umbram, quòd nimirum Romanus Pontifex ſupremâ & indificiente in dirimendis fidei controverſiis autoritate polleat, & tamen unicuique Eccleſiæ tàm Gallicanæ, quàm alteri cuilibet jus competat avitas ac receptas diſciplinæ leges retinendi, eáſque fideliter, ut decet, obſervandi. Quare enim huic juri plus officeret ipſa Romani Pontificis, quàm œcumenicæ Synodi infallibilis circa fidem ac mores Autoritas ?

Præterea verò ſi eâ forent ſententiâ Gallicani Antiſtites, ut & gentis ſuæ libertas & S. Pontificis inerrantia ſociari invicem & ſimul admitti nequeant, in eos procul dubio inſurrexiſſent, qui vel ipſis cernentibus infallibilem Romani Pontificis autoritatem palàm & apertè vindicarunt Galliarum Scriptores, nec non Pontificiam inerrantiam & Gallicanas libertates tutas invicem & incolumes exiſtere poſſe tradiderunt. Nullam attamen de illis Scriptoribus celeberrimis querimoniam ab Epiſcopis Gallicanis editam invenimus, nulla legere eſt illorum ſcripta, in quibus vel Pontificiæ infallibilitatis aſſertores reprehenderint, vel inerrantiæ Pontificiæ ſimul & Gallicæ libertatis conciliatores emendaverint; imò verò ſæpius de illis conqueſti ſunt hominibus qui ſub ſpecioſo Gallicanarum immunitatum obtentu divina Sedis Apoſtolicæ jura attentare conabantur. Diſertiſſima ſunt eam in rem vèl ipſorum anni 1682. comitiorum verba, *nec deſunt*, inquiunt congregati Præſules (2), *qui earum* Galliæ libertatum *obtentu primatum B. Petri ejuſque ſucceſſorum Romanorum Pontificum à Chriſto inſtitutum, uſque debitam ab omnibus chriſtianis obedientiam, Sediſque Apoſtolicæ in quâ* FIDES PRÆDICATUR ET UNITAS SERVATUR *Eccleſiæ reverendam om-*

(1) *Petrus de Marca in toto paſſim opere de concordia Imp. & Sacerd. &c.*

(2) *Hæc conventûs an. 1682. verba legeſis (ſi Manuſcripta exemplaria non ſuppetunt) initio defenſ. decl. Cleri Gallicani.*

nibus gentibus majeſtatem imminuere non vereantur.

Eandem hanc querelam renovavit Maſſilienſis Epiſcopus : *qui Germanas*, inquit (1), *Eccleſiæ Gallicanæ libertates apprimè noverit, non eos procul dubio imitabitur, qui ſub illarum defendendarum ſpecie Petri primatum ipſi, ejuſque Succeſſoribus à Chriſto conceſſum, nec non & obedientiam illis ab omnibus Chriſtianis debitam infirmant. Quique ſacram Apoſtolicæ Sedis majeſtatem in quâ ſervatur Eccleſiæ unitas & fides prædicatur, imminuunt. Quin e contrà ille reverentiam à nobis Sanctiſſimo Patri exhiberi ſolitam ſeu pratioſam ſpectabit Gallicanorum Præſulum hereditatem. Hoc ipſum eſt ſolidum gloriæ noſtræ caput, quod & fidem noſtram* INVICTAM, *& autoritatem noſtram* INFALLIBILEM *reddit.*

Quàm iſthæc magnifica, quàm Sedi Apoſtolicæ Romaniſque Pontificibus glorioſa ! Omnimoda, qualem hactenus decretis Pontificiis Gallicani Præſules exhibuerunt obedientia Chariſſima eſt quam filiis ſuis majores ſimul cum libertatibus Gallicis ſemper tranſmiſerunt, hereditas ; Solidiorem Epiſcopatûs ſui gloriam in eâ etiam-num reponunt obedientiâ, quippe quæ & fidem illorum invictam*, & infallibilem reddit autoritatem. Gallicanis libertatibus injuriam facit, pervertit illas & adulterat, quiſquis ità eſſe non agnoſcit. Et erunt qui libertates easdem Pontificiæ inerrantiæ contrarias eſſe definire audeant ? Audeant, quantum voluerint. Hi ſunt utique, nec alii eſſe poſſunt, quos hîc perſtringit, Maſſilienſis Antiſtes cui præluſerat Petrus de Marca Paris. Archi-Præſul nitidè declarans, *eos Galliæ rebus non proſpicere, ut par eſt, qui pro Gallicanæ libertatis fundamento conſtituunt, quod concilium œcumenicum ſuperius ſit Romano Pontifice.* (2) Ita Gallicani Epiſcopi de iis è Galliâ viris conqueſti ſunt, qui Pontificiam autoritatem cum Gallicis immunitatibus commitere aliquandò viſi ſunt, dùm intereà nè tenuem adversùs alios edidere querelam, qui vel Pontificiam inerrantiam ſimul, & Gallicanam libertatem pari ſtudio proſecuti ſunt, vel utramque ſimul conſiſtere poſſe propugnaverunt. Similes aliorum Epiſcoporum de neotericis illis conqueſtiones non referimus. Iſtud aſſerere auſim inter eos vix quempiam, ac ne vix quidem inveni-

(2) *De concord. Sacerd. & Imp. lib. 3. cap. 7. num. 1.*

(1) Si on connoît les libertés de l'Egliſe Gallicane, on n'aura garde d'imiter, ceux qui ſous prétexte de les défendre, affoibliſſent la primauté donnée par Jeſus-Chriſt à ſaint Pierre, & aux ſouverains Pontifes ſes Succeſſeurs, & l'obéïſſance qui leur eſt dûë par tous les Chrétiens, & qui diminuent la Majeſté du Siége Apoſtolique par lequel l'unité de l'Egliſe ſe conſerve, & dans lequel la Foi eſt annoncée. On regardera la ſoumiſſion que nous avons accoûtumé de rendre au S. Pere, comme l'héritage des Evêques de France. C'eſt le point ſolide de notre gloire, qui rend notre foi invincible, & notre autorité infallible. *Epiſc. Maſſ. Document. Paſt. de libert. Galiic.* pag. 133.

ri poſſe de Gallicanis juribus differentem, cui non horrori & vituperationi fuerint illorum virorum conamina, qui Gallicas libertates in Pontificiam autoritatem intorquere meditati ſunt.

Nempe haud ignota erant eruditis Antiſtitibus perverſa virorum illorum conſilia. Ecquid enim aliud volebant novaturienſes illi, dum ex Gallicanis libertatibus Pontificiam autoritatem laceſſebant, niſi ut labefactatâ Pontificis inerrantiâ jus illud ab Apoſtolicis decretis ad generalia concilia provocandi omnibus ſeculis inauditum ſtabilirent, ac Gallicis ceteris juribus accenſerent? Callidas molitiones ſenſerunt ſimul & horruerunt Galliarum Epiſcopi. Heſternas illas à dogmaticis RR. Pontificum decretis ad concilium generale provocationes, nedum Gallicis juribus annumerent, velut hæreticorum proprias, Catholicæ pietatis inimicas, debitæ Apoſtolicis judiciis obedientiæ ac venerationi contrarias proſcribunt, rejiciuntque. Expreſſa eam in rem jam alibi (1) retulimus Gallorum Antiſtitum teſtimonia, ex quibus didicimus appellationem à Pontificiâ fidei definitione eſſe viam ab hæreticis primùm inventam, ab eiſdem ſæpius frequentatam, ab Eccleſiâ ſemper deteſtationi habitam, atque ab omnibus Catholicis *ſemper* reprobandam. Qui ità ſentiunt, ac loquuntur Epiſcopi, procul utique abſunt, ut ſub Gallicæ libertatis prætextu, peſſum-datâ R. Pontificis inerrantiâ ab ſolemnibus ejus circa fidem ac mores judiciis ad tribunal œcumenicæ Synodi provocari licitum exiſtiment.

(1) *Lib.* 2. *cap.* 6.

Ecquâ ratione ità exiſtimarent illi Præſules, juxta quos Germanæ Galliarum immunitates, nedum impediant, quominus integra reddatur Pontificiis deciſionibus obedientia, id exigunt potiſſimùm ut jugiter Gallia & inviolatè Sedi Apoſtolicæ tanquam communi unitatis ac fidei Catholicæ centro adhæreat? *Neſcit*, inquiebat olim Henricus Spondanus Pamienſis Epiſcopus (2), quem *eruditiſſimum* jure merito nuncupavit Petrus de Marca (3), *neſcit Eccleſia Gallicana libertates quæ malum operantur. Neſcit jura quæ illam à Romanæ Matris firmiſſimâ connexione & filiali obedientiâ divellant.*

(2) *Hiſt. Eccleſ. ad an.* 1639.
(3) *De concord. Sacerd. & Imp. lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 1.

Eo ferè tenore (Roſmenſis Epiſcopi verbis utor (4) locuti ſunt plures Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi Galliæ non minùs fideles Regno, quam devotiſſimi erga Cathedram Petri & ſtudioſiſſimi veritatis Catholicæ defenſores in his formalibus memoriali ſuo die decimâ tertiâ Martii, 1717. inſertis: *ſed inviolatè Sedi Apoſtolicæ* (5) *colli-*

(4) Veritas Catholica circa Conſtitut. *Unigen.* compendio demonſtrata à S. Mathiâ Epiſc. Roſmenſi Suffraganeo & Vicario generali Trevirenſi. §. XIV. *prodiit an.* 1718. *& legitur ad calcem illius tomi qui monita Epiſcopi Sueſſionenſis complectitur.*

(5) Mais inviolablement attachés à la Chaire Apoſtolique par des liens que Jeſus-Chriſt lui-

gati iis vinculis quæ Chriſtus ipſe nexuit, abſque ullo immunitatum noſtrarum uſuumque diſpendio &c. Authentico nimirum hocce teſtimonio conteſtati ſe Cathedræ Apoſtolicæ, centro unitatis inviolabiliter conjungi, neque per hoc vinculum ab æternâ veritate formatum, quicquam immunitatibus Eccleſiæ Gallicanæ vel uſibus derogari. Quin & ſæpius declaraverunt malle ſe uſibus Gallicanis, ſi neceſſarium fuerit, aliquando derogare, quàm judicium Sedis Apoſtolicæ dogmaticum non eâ quâ par eſt reverentiâ recipere. Obſervabat olim (1) Eminentiſſimus Cardinalis Noallius amplum ſtatui debere diſcrimen inter judicia Apoſtolica, quæ circa fidem feruntur, & Pontificias ſanctiones quæ meram diſciplinam ſpectant. In iſtis quidem habendam eſſe rationem conſuetudinum, quæ in Galliis pro libertatum ſuarum conditione obtinent; in aliis verò, quæ fidem omnibus communem ſanciunt, ſpectandam potiſſimum eſſe doctrinæ ſubſtantiam, eámque formæ præponderare debere, licet forma ipſa Gallicis uſibus minus aptè conſentiat. ***Quo ad ſubſtantiam***, inquit eruditus Cardinalis (2)... ***non poſſunt*** Epiſcopi, ***quin*** dogmaticum ***Sedis Apoſtolicæ judicium cum veneratione & obedientiâ ſuſcipiant.... Quo ad formam verò defectus formalitatum*** cum Gallicanis moribus non ita congruentium, ***impedire non debent, quominus breve Pontificium recipiatur***, cum ſcilicet judicium circa doctrinam Fidei latum à Pontifice complectitur. Ità loquebatur Eminent. Cardinalis occaſione Pontificæ conſtitutionis contra librum cui titulus: *les maximes des Saints &c.* Quod quidem Rom. Pontificis Innocentii XII. judicium quantâ cum veneratione & obedientiâ à Gallicanis Epiſcopis acceptatum fuerit, non ſemel obſervatum à nobis hactenus fuit.

(1) *In Conventu Pariſienſi die 13a. Martii an. 1699. vid. Mem. Cleri Gall. tom. 1. pag. 429. &c.*

Nihil igitur ab immunitatibus Gallicanis verendum habent dogmatica R. Pontificum judicia; nullum igitur Supremæ & infallibili circa fidem illorum autoritati detrimentum adfert Germana Eccleſiæ Gallicanæ libertas. Non igitur eo nititur ipſa fundamento quòd Pontificiæ definitiones ab œcumenicâ Synodo emendari aut reprobari valeant, quippe quas, non obſtantibus Eccleſiæ ſuæ juribus, ***cum veneratione & obedientiâ*** ipſimet Epiſcopi recipere teneantur. Hactenus Gallicani Antiſtites, qui & ulterius progrediuntur. Etenim non ſolum teſtantur Gallicas immunitates indeficienti & Supremæ R. Pontificis autoritati nihil officere, ſed & cum eâ perfectiſſimè ſociari diſtinctiùs aſſeverant.

même a formés, ſans rien dérober à nos immunités & à nos uſages, &c.

(2) Pour le fond.... ils (*les Evêques*) ne peuvent qu'accepter avec reſpect & ſoumiſſion le jugement du ſaint Siége.... à l'égard de la forme, les défauts de formalités ne doivent point empêcher de recevoir le Bref, &c. *ibid.*

Digitized by Google

Infinitus ſim, ſi omnia illa referre velim Gallorum Epiſcoporum teſtimonia, in quibus aſſerunt id nequaquam exigere Gallicanas libertates ut fallibilis aut Concilio generali ſubdita habeatur Romani Pontificis autoritas. Unum inter ceteros audire juvat omnium eruditorum judicio, ut Thomaſſini Verba loquar (1), nulli ſecundum & in hoc argumento nulli non ante habendum, Illuſtriſſ. videlicet Petrum de Marca Archiepiſcopum Toloſanum: *Confutatur*, inquit (2), *Communis opinio quæ docet præcipuam libertatum Regulam hanc eſſe, ut Concilium œcumenicum Superius Romano Pontifice dicatur. Quamvis hæc ſit Scholæ Gallicanæ Sententia*, (quo ſenſu hæc opinio dicatur Gallicanæ Scholæ Sententia deinceps, ubi de Theologis Gallis, declarabitur) *non eſt una ex libertatibus Gallicanis. In foro perinde eſt, ſi ſummus Pontifex* ÆQUO VEL SUPERIORI JURE *cum Conciliis utatur.* Ità eruditus Præſul in Synopſi capitis; & mox ipſo capite: *Solet* inquit, *à pleriſque pragmaticis hoc ferè præcipuum conſtitui libertatis Gallicanæ Theorema, Concilium œcumenicum ſuperius eſſe Summo Pontifice; unde ſequatur nihil à ſedis Apoſtolicæ Præſulibus tentari poſſe quod Synodorum Generalium definitionibus adverſetur &c... Attamen ſi cum bonâ Magiſtrorum veniâ id quod ſentio liberè profiteri liceat: exiſtimo* LIBERTATES ECCLESIÆ GALLICANÆ HOC AXIOMATE NON OMNINÒ NITI. *Qui Romani Pontificis odium in has libertates concitant, id præcipuè urgent eas aliâ ratione conſtare non poſſe, quam Apoſtolicæ Sedis dignitate in eo maximè imminutâ, quod Pontifex Concilii Generalis autoritati ſubjiciatur. Attamen hæc Sententia &c. in foro apud nos non diſceptatur; qui libertates perinde tuemur, ſi de Concilii Generalis novis decretis ac ſi de Romani Pontificis conſtitutionibus agatur; quin etiam receptos mores & conſuetudines Eccleſiæ Gallicanæ noſtro uſui commodas adeò retinemus, ut etſi canone Concilii Generalis deſtituamur, quo illæ firmatæ ſint, tamen ab iis nobis diſcedendum eſſe non cenſeamus.* Ex quibus tandem omnibus ſic concludit eruditus Gallicæ libertatis aſſertor: *Quare non eſt quod hæreamus in ea regulâ quæ Romanis ſtomacum movet, & quæ rebus noſtris non proſpicit, ut par eſt. Fruatur ſummus* PONTIFEX AUT ÆQUO JURE CUM CONCILIIS GENERALIBUS AUT SUPERIORI; *illud unum* IN FORO *expenditur* &c. Hæc Petrus de Marca *celeberimus ille Epiſcopus* (3), *tum ſuâ eruditone tum ſuo ſtu-*

(1) *Diſſert.* 18. *in Synod. Rom. num.* CIII.

(2) *In Synopſi cap.* VII. *lib.* 3. *de concord. Sacerd. & Imp. ſeu de libert. Gallican.*

(3) M. de Marca, cet Evêque ſi célébre par ſon érudition & par ſon zèle pour la gloire de l'Egliſe de France, dont il fût un des principaux ornemens. *Epiſc. Maſſilienſ. in Decum. Paſt. de libert. Gallic.* pag. 66.

dio ad promovendam Eccleſiæ Gallicanæ gloriam , cujus & ipſe maximum extitit ornamentum. Hæc Doctiſſimus Præſul ad demonſtrandam Gallicæ libertatis cum Pontificiâ autoritate concordiam magnifica adeo & aperta , ex quibus facilè intelligas ſartam tectamquè manere Galliarum libertatem *fruatur* licet *Summus Pontifex aut æquo jure*, ac proinde infallibili autoritate *cum Generalibus Conciliis , aut* etiam *Superiori*, ideoquè autoritate Conciliis Generalibus minimè ſubditâ. Hæc denique *Eruditiſſimus Antiſtes* (1) . . . *Cujus autoritas omnibus utique Gallis veneranda homines etiam ſuis opinionibus anteoccupatos commovere debet.*

Haud alia eſt ceterorum Galliæ Antiſtitum Sententia , quorum ſicut nullus Petri de Marca Doctrinam improbavit , ità ex ipſis non pauci relata ipſius verba paſſim exſcribunt in ſuis operibus ac ſua faciunt : nec minori ſtudio hodiernos novatores inſectantur alioſquè malè conſultos homines , qui graviſſimos Epiſcopos tanquam Galliæ libertatis everſores protervè traducebant , eò quod Supremam ac erroris neſciam propugnarent Apoſtolicæ Sedis autoritatem. *Hæc criminatio*, inquiebat Senonenſis Archiepiſcopus (2) , *quâ everſæ Gallicæ libertatis rei poſtulamur , jam aliud eſt nihil , quàm vaga exprobratio ab Eccleſiæ hoſtibus in eos omnes conjecta, quos omnibus exoſos reddere volunt, quàmque fallaciter obtendunt ut præcipitem vulgi credulitatem commoveant. Noſtræ* etenim *libertates , ſi modò rectè intelligantur* , addit eruditus Præſul (3) Cardi. de Biſſi , *cum divinis Cathedræ S. Petri prærogativis optimè conveniunt.* Concinunt cum Senonenſi Archi-Præſule & Emin°. Card. Biſſy. Nivernenſis (4) & Graſſenſis Antiſtites (5), quorum teſtimonia in rem noſtram expreſſiſſima locis indicatis haud difficulter legere queas. Videas ibidem alibique paſſim Doctiſſimos Galliarum Epiſcopos pro ſacris Romæ juribus non minùs ſtrenuè , quàm pro Germanis Galliæ libertatibus acriter decertantes , Summam Pontificia inter & Gallica jura conſentionem invictè demonſtrantes. Quonam autem argumentorum genere ? Eo nimirum cujus autoritati , ac ponderi ſuccumbere vel ipſis adverſariis omninò neceſſe ſit. Utuntur videlicet exemplo magni illius Melden-

(4) *Mand. Paſt. 7a. Septem. an.* 1718. pag. 5.

(5) *Mand. Paſt.* 21. *Octob.* 1718. p. 3.

(1) M. de Marca , ce Sçavant Prélat. . . . ſon autorité certainnement reſpectable aux François, nedoit-elle pas faire impreſſion juſques ſur les eſprits prévénus ? *Emin. de Biſſy Docum. Paſt. an.* 1725. pag. 73.

(2) Le reproche de renverſer les libertés Gallicanes, n'eſt plus aujourd'hui qu'un reproche vague que les ennemis de l'Egliſe employent contre ceux qu'ils veulent rendre odieux , & un prétexte trompeur dont ils ſe ſervent pour allarmer la crédulité du commun des hommes. *Archiep. Senon. Epiſtol. ad Ducem Aurelian. Regni tunc moderator. die* 24. *Junii* 1719. pag. 7.

(3) Nos libertés bien étenduës s'accordent parfaitement avec les divines prérogatives de la Chaire de S. Pierre. *Mand. Paſt. die* 12. *Septemb.* 1718. pag. 11.

ſium

Digitized by Google

ſium Epiſcopi, cujus Doctrinam admittere, cujus autoritatem venerari ſe gloriantur adverſarii. Boſſuetium dico, qui, licet divinam Fidei indeficientis prærogativam Romanæ Sedi vindicaverit, nihilominus tamen ab omnibus Gallis ſuſpicitur tanquam accerrimus Patriæ libertatis aſſertor.

Audiatur inter ceteros Illuſtriſſimus D. de la Fare, Laudunenſis Antiſtes: *Præconiis*, inquit, (1) *quæ de Boſſuetio celebrantur, nos quidem libentiſſimè ſubſcribimus. At verò cùm non niſi ejus exemplum ſecuti de Romana Eccleſiæ autoritate verba fecerimus, cum & ipſe Boſſuetius Hormiſdæ formularium & S. Bernardi teſtimonium allegaverit, ut probaret veritatem in Petri Cathedrâ nunquam eſſe defecturam, quæſtioneſque Fidem ſpectantes potiſſimùm ab hac Sede definiendas eſſe, in quâ* ERROR PRÆVALERE NON POTEST; *quare nomen noſtrum defertur, dum interim Boſſuetio permittitur ſuâ omni gloriâ pacificè frui? Num eadem elocutiones erunt in nobis noſtris adverſæ libertatibus, in ipſo autem ſapientioris ac purioris pro iiſdem libertatibus ſtudii argumentum?* Habemus hìc Antiſtitem ſpectatiſſimum de quibuſdam parum conſultis hominibus acerbiſſimè conquerentem, à quibus læſæ Gallicæ libertatis reus poſtulabatur, quia Hormiſdæ & S. Bernardi haud ſecùs ac aliorum Eccleſiæ Doctorum autoritate fultus aſſeruerat *errorem in Sede Apoſtolicâ prævalere non poſſe*, ideóque Apoſtolico potiſſimum judicio definiendas eſſe motas circa Fidem quæſtiones. Quid porrò tam gravi criminationi reſpondet eruditus Præſul? Innoxiam eſſe Doctrinam ſuam ac Gallicis libertatibus minimè contrariam, ut pote quam & ipſe tradiderit Boſſuetius Patriarum libertatum ſtudioſiſſimus, atque vèl hoc ipſo eaſdem erga libertates ſtudio omnes apud Gallos maximè commendabilis, adverſariis ſuis *pondus & pondus* exprobrat, apud quos eadem ſententia in Laudunenſi Præſule vitioſa eſt & Gallicæ libertati adverſa, quæ in Meldenſi ſapientioris habetur ac purioris pro eâdem libertate ſtudii argumentum.

Hâc eâdem methodo cum Laudunenſi Antiſtite utitur Cameracen-

(1) *Docum. Paſtor.* Contre les réquiſitoires de M. Gilbert, Avocat Général, &c. *pag.* 9. Nous ſouſcrivons de tout notre cœur aux louanges qu'on donne à M. Boſſuet, mais puiſque c'eſt d'après lui que nous avons parlé ſur l'autorité de l'Egliſe Romaine, & que même ce Prélat cite le Formulaire d'Hormiſdas & le paſſage de S.Bernard, pour prouver que la vérité ne défaudra jamais dans la Chaire de Pierre, & que les queſtions touchant la foi, doivent principalement être décidées par ce Siége, où l'erreur ne peut prévaloir. Pourquoi nous dénonce-t-on, tandis qu'on le laiſſe en paix jouir de toute ſa gloire? Les mêmes expreſſions ſeront-elles dans nous contraires à nos libertés, & dans lui la preuve du zéle le plus ſage & le plus pur pour ces mêmes libertés?

ſis Archi-Præſul D. de S. Albin, ut evincat Gallicanis juribus nihil officere ſententiam quæ Fidei indeficientis privilegium Sedi Apoſtolicæ vindicat. *Octoginta quinque Galliarum Antiſtites*, inquit (1), *in ſuâ ad Innocentium X. Epiſtolâ declarant Petri Fidem nunquam deficientem id meritò poſtulare, ut juxta ſolemnem & perpetuum Eccleſiæ morem majores cauſæ ad Sedem Apoſtolicam referantur. En locus qui decem cauſidicis ſtomachum movit, quique ipſis dicendi cauſa fuit hâc Gallorum Antiſtitum Epiſtolâ impugnatum fuiſſe vel ſaltèm mirum in modum obſcuratum fundamentale Eccleſiæ Gallicanæ principium. Boſſuetius hunc eumdem locum ipſe refert & quidem integrum, nec objectatam libertatum quas ipſe defendit Gallicanarum læſionem in eo reperit. Imò verò propugnat hujuſmodi locutiones nobis immeritò opponi, qui confitemur Fidem Petri in Sede Apoſtolicâ minimè defecturam; atque ejus rei gratiâ Fidei cauſas ad eam eſſe referendas. Hæc ergo*, concludit *Boſſuetius, ex communi traditione deſumpta nobis objici nulla ratio ſinit. En igitur*, proſequitur Cameracenſis, *en Fratres Chariſſimi ipſiſſimæ elocutiones, quæ juxta decem cauſidicos fundamentale Eccleſiæ Gallicanæ libertatum principium evertunt, nullatenus tamen juxta ſtudioſiorem ac perſpicaciorem earumdem Patronum* [*Boſſuetium*] *ipſis officiunt*. Quânam de causâ antiquæ illæ & Gallicanos apud Epiſcopos uſitatiſſimæ loquendi rationes Gallicanas libertates labefactare illis cauſidicis videbantur, haud ægrè intelligi poteſt. Nempè quiſquis Fidem Petri in Sede Apoſtolicâ illibatè ſemper manſuram, nullo tempore deſerendam, omnibus ſeculis indeficientem agnoſcit; ideóque motas circa fidem quæſtiones ad Sedem Apoſtolicam referendas, ipſius autoritate finiendas profitetur, idem ille vel nihil aſſerit, vel infallibilem adſtruit Sedis Apoſtolicæ ſive Romani Pontificis ex Cathedrâ pronuntiantis autoritatem. Jam verò decem iſti cauſarum Forenſium Patroni Gallicanas libertates labefactatâ R. Pontificis inerrantiâ velut primario fundamento ſuperſtruebant. Mirum igitur non eſt, ſi Gallica-

(1) *Mand. Paſt. damnante tria ſcripta, &c. edito an.* 1739. pag. 24. Les 85. Evêques de France dans la lettre à Innocent X. diſent, *que la foi de Pierre, qui ne défaut jamais, demande à juſte titre, que ſuivant la coûtume ſolemnelle & perpétuelle de l'Egliſe, les cauſes majeures ſoient rapportées au ſiége Apoſtolique.* Voilà l'endroit qui a ſcandaliſé les Avocats, & qui leur a fait dire, que par cette lettre *le principe fondamental de l'Egliſe Gallicane étoit contredit en tout, au moins étrangement obſcurci.* M. Boſſuet le rapporte tout entier ce même texte, & n'y trouve ni l'anéantiſſement, ni l'étrange obſcurciſſement des libertés, dont il entreprend la défenſe, il ſoutient au contraire qu'on a grand tort de nous oppoſer de pareilles expreſſions, puiſque nous confeſſons que la foi de Pierre ne défaudra jamais dans le Siége Apoſtolique, & que c'eſt pour cela que les cauſes de la foi doivent lui être rapportées. Il eſt donc contre la raiſon, conclu-t-il, de nous objecter des textes pris de la commune tradition. Les voilà donc, M. T. C. F. ces mêmes expreſſions, qui ſelon les 10. Avocats, contrediſent *le principe fondamental des libertés de l'Egliſe Gallicane.* Et qui, ſelon le plus zèlé, comme le plus éclairé defenſeur de ces mêmes libertés, n'y donnent pas la moindre atteinte.

Digitized by Google

nos Antiſtites Gallicis libertatibus adverſos ex tripode ſuo pronuntient. Pronuntiantibus nihil reponunt Doctiſſimi Præſules, niſi Doctrinam illam Germanis Galliarum juribus nequaquam officere, quam à primis Patribus tranſmiſſam uſque tenuit Gallia, quam & ipſe ſtrenuiſſimus avitæ libertatis aſſertor Boſſuetius conſtanter propugnavit. Conqueſti ſunt iidem Cauſidici Gallicanas libertates in Bullâ Canoniſationis S. Vincentii à Paulo ideo læſas fuiſſe, quòd in eâ legeretur Fidem in Apoſtolicâ Petri Sede ***non poſſe ſentire defectum***, ac propterea Fidei cauſas ad illius Tribunal eſſe referendas. Conquerentibus repoſuit Cameracenſis Antiſtes (1) ***hujuſmodi elocutiones, quæ Gallicas Juriſconſultorum iſtorum aures offendunt, placitis Gallicanis nullatenus adverſari;*** quod iterum probat ex Boſſuetio ***qui eandem præcisè Doctrinam tradit.***

Tandem ut alia mittam Gallorum Antiſtitum hujuſcemodi teſtimonia, unicum addere juvat ex Emin. Card. de Mailly Remenſium Archiepiſcopo deprومptum. ***Pariſienſis Univerſitas***, inquit (2), ***Regni Doctrinam ac libertates defendere debet. Nunquid verò Galliæ Doctrina ab univerſalis Eccleſiæ Doctrinâ diſcrepat? Si nomine Regni Doctrinæ eas intelligunt*** Pariſienſes illi Theologi quos refellit Emin. Card. ***opiniones, quæ potiſſimùm in Galliâ propugnantur, nonne unus è Doctioribus ſeculi proximè elapſi Præſulibus*** (Boſſuetius) ***qui majori ſtudio Gallicanæ Eccleſiæ Doctrinam & libertates propugnavit, nonne idem profeſſus eſt Romanam Fidem ipſam fore ſemper Eccleſiæ Fidem, Petrum in ſuis ſucceſſoribus manere Fidelium fundamentum, antiqua Galliarum Concilia oſtendere, quòd in rebus ad Fidem vel diſciplinam pertinentibus Sanctiſſimi Prædeceſſores noſtri Romanam Eccleſiam ſemper inſpicerent, ipſiuſque traditionibus ducerentur.***

Ex apertiſſimis illis Gallicanorum Epiſcoporum teſtimoniis clarè perſpicis quo ſtudio, quantâ conſtantiâ toti Galliæ teſtatiſſimum eſſe voluerint ampliſſimi Præſules nihil omnino Gallicanis libertatibus rectè intellectis officere ſupremam & erroris neſciam Apoſtolicæ Se-

(1) Ces expreſſions qui choquent les oreilles Françoiſes de ces Juriſconſultes, ne ſont point du tout contraires aux maximes qu'on ſuit en France. M. Boſſuet enſeigne préciſément la même choſe. *Ibid.* pag. 25.

(2) *Docum. Paſtor.* 4. *Januar. an.* 1717. pag. 22. L'Univerſité de Paris eſt chargée de défendre la Doctrine du Royaume & ſes libertés; mais la Doctrine de France n'eſt-elle pas celle de l'Egliſe? Et a qui appartient-il plus eſſentiellement qu'aux Evêques de la défendre? Si par la Doctrine du Royaume ils entendent les ſentimens qu'on y enſeigne particulierement, un des plus ſçavans Evêques des ſiécles paſſés, qui a ſoutenu avec plus d'ardeur ces mêmes ſentimens, & les libertés de l'Egliſe Gallicane, n'a-t'il pas reconnu en même-tems que *la foi Romaine eſt toujours la foi de l'Egliſe, que Pierre demeure dans ſes Succeſſeurs le fondement des Fidèles, & que les anciens Conciles de France font voir que dans les matières qui concernent la foi & la diſcipline, nos Saints Prédéceſſeurs regardoient toujours l'Egliſe Romaine, & ſe gouvernoient par ſes traditions?*

dis autoritatem. Vides quo animi vigore, quo ſtyli pondere ſcriptores illos compeſcere ac refellere geſtiunt, qui jura Gallicana cum divinis Romanorum Pontificum Privilegiis committere non verentur, everſaſque altius clamitant Galliæ libertates, ſi infallibile agnoſcatur Sedis Apoſtolicæ judicium. Intelligis denique quàm validum ad pro pulſandam iſtam novatorum calumniam, quam efficax Gallos apud Præſules habeatur illud, quod ubique depromunt ex Boſſuetii autoritate & Doctrinâ argumentum; & certè non immeritò habetur. Cum enim Boſſuetius Francorum omnium judicio tàm ſtudioſus, tam fervidus Germanæ Galliarum libertatis quàm qui maxime, defenſor extiterit, & ipſe tamen divinum indeficientis Fidei privilegium Apoſtolicæ Sedi vindicaverit, quis audacter effutiat genuinas Galliæ libertates Romanæ infallibilitati prorſus eſſe contrarias?

Verùm & ulteriùs progrediuntur eruditi Francorum Epiſcopi, non modò certiſſimum omnibus & teſtatiſſimum fieri volunt patrias ſuas immunitates Romanæ ac Pontificiæ inerrantiæ nullatenus reluctari, declarant præterea & manifeſtius oſtendunt illas Pontificiæ autoritati adeò eſſe favorabiles, ut ad aſſerendum Romano Pontifici, firmandumque ſupremæ autoritatis gradum maximè conducant. Etenim dum hinc quidam Pontificiæ Majeſtatis invidi ſcriptores illud pro Gallicæ libertatis fundamento conſtituunt, quod nequaquam ſuprema ſit, ſed reformabilis & Concilio ſubdita R. Pontificis autoritas; illi meritiſſimi Franciæ Præſules ſupremam ejuſdem Pontificis, autoritatem, ac jugem Sedi Apoſtolicæ conſentiendi, adhærendiquè neceſſitatem primarium eſſe atteſtantur Galliæ libertatis fundamentum. *Duo libertatum fundamenta conſtituo*, inquit Petrus de Marca ſat nunquam pro merito laudandus (1). *Primum verſatur in ſupremo Romani Pontificis per Gallias*, ut & per ceteras Orbis Catholici regiones *autoritate*. Secundum in ſupremo Chriſtianiſſimi Regis imperio. Ac *primum quidem exequitur liber primus quo neceſſitas Communionis cum Apoſtolicâ Sede aſſeritur*, & rurſus (2): *primum libertatum Eccleſiæ Gallicanæ fundamentum ſuprema Sedis Apoſtolicæ autoritas, ejuſque Communio. Neceſſitas Communionis breviter attingitur, &c. hanc Communionem ut neceſſariam Galli retinuerunt ex Irenæo & Avito.* Et iterum quaſi illud non ſatis inculcari poſſit (3): *tria ſunt potiſſimùm quæ in iſtis diſſertationibus demonſtranda mihi propoſui. Primum eſt Eccleſiæ Gallicanæ libertatem eo præcipuè fundamento niti, ut ſupremam Apoſtolicæ Sedis autoritatem & profiteatur & omnibus officiis colat.*

(1) *Concord. Sacerd. & imperii prolegom. pag. 5. num. V.*

(2) *Ibid. in Synopſi cap. 2. lib. 1.*

(3) *Ibid. lib. 1. cap. 1. n. 1.*

Fruſtrà excipias ſingularem hanc eſſe Illuſtriſſimi ſcriptoris ſententiam. Etenim, *ut* tibi & *omnibus fiat ſatis*, pergit Toloſanus Archi-Præſul (1) *liquidò & ſecundum ſententiam meam*, OMNIUMQUE GALLORUM *aſſero*, *præcipuum*, PRIMUMQUE LIBERTATIS ECCLESIASTICÆ FUNDAMENTUM APUD NOS HOC ESSE, *ut principatus Apoſtolicæ Sedis ſuum locum ſemper obtineat.... Docendum itaque eſt Gallos ab ipſis Eccleſiæ primordiis uſque ad noſtram ætatem, & Communionis Eccleſiaſticæ originem in Cathedrâ Petri conſtituiſſe*, & SUPREMAM *Eccleſiæ autoritatem huic Sedi collatam ſemper coluiſſe.* Quàm multa in iis Doctiſſimi Epiſcopi verbis obſervanda! Non hîc moramur quòd Præclariſſimus Galliæ Præſul eorum ſententiam repudiet, qui Pontificiam autoritatem generali Concilio mancipant; quòd integrum pro vindicandâ Romani Pontificis inerrantiâ tractatum elucubraverit, quòd ubique ſicuti ſupremam in temporalibus Chriſtianiſſimi Regis, ità ſupremam quoque in ſpiritualibus Summi Pontificis autoritatem eſſe inculcaverit. Aſt iſtud impræſentiarum duntaxat maximè notandum ac diligentiſſimè obſervandum ducimus, quòd ſupremam hanc Romani Pontificis autoritatem æquè ac perpetuam Sedi Apoſtolicæ adhærendi neceſſitatem *præcipuum* eſſe dicat & *primarium* Gallicanæ libertatis fundamentum, ídque non ex propriâ ſolùm, ſed ex communi *Gallorum omnium* ſententiâ fidentiſſimè pronuntiet; quòd ità pronuntianti Francorum Epiſcoporum nullus contradixerit, multi expreſſè conſenſerint, ac præ ceteris Emin. Card. de Biſſy (2), Nivernenſis (3), Graſſenſis (4), Maſſilienſis (5) Antiſtites.

(1) *Ibid. num.* 2.

(2) *Mand. Paſt.* 1. *Septemb. ann.* 1718. pag. 11.

(3) *Mand. Paſt.* 7. *Septemb. ann.* 1718. pag. 5.

(4) *Mand. Paſt.* 21. *Octob. an.* 1718. pag. 3.

(5) *Docum. Paſtor. de libert. Gall.* pag. 37. & *alibi paſſim.*

Maſſilienſis Epiſcopi teſtimonia nonnulla Petri de Marca dictis apprimè conſentanea recitare juvat, eò majorem apud omnes Fidem habitura, quòd datâ operâ & ex profeſſo de Gallicanis libertatibus eruditè non minùs, quàm nervosè Doctiſſimus Præſul ediſſeruerit. *Primum* porrò illarum *libertatum fundamentum*, inquit D. de Belſunce (6), *in ſanctæ Sedis autoritate, ejúſque Communione ſitum eſt. Ita declarat D. de Marcâ; idemquè ſentit ac loquitur Boſſuetius.* Item (7) *juxta Domini de Marcâ Sententiam, quam & Gallorum eſſe omnium aſſerit, primum & præcipuum Eccleſiaſticæ libertatis*

(6) Le premier fondement de nos libertés conſiſte dans l'autorité du S. Siége & dans ſa Communion. M. de Marca le déclare. M. Boſſuet en parle dans le même ſens. *Maſſilienſ. citato Docum. Paſt. in indice rerum, ad Calcem.*

(7) Selon l'opinion de M. de Marca, qu'il dit être celle de tous les François; le premier & le principal fondement de la liberté Eccléſiaſtique, conſiſte en France à conſerver à la primauté du Siége Apoſtolique le dégré d'autorité qui lui appartient. *Ibid.*

fundamentum in Galliâ ſicut & alibi *eſt ut Sedis Apoſtolicæ principatui ſervetur ille autoritatis gradus qui ad ipſam pertinet.* Quiſnam porrò ille ſit autoritatis gradus ab omni Eccleſiâ Sedi Apoſtolicæ conſervandus ? An in eo reponendus, in quo apud adverſarios totus fermè conſiſtit, nimirum in evanidâ autoritatis umbrâ, grandioribuſque, ſed ſenſu vacuis nominibus? Abſit. *Primum Eccleſiæ Gallicanæ libertatum, quarum nomine abuntuntur hodierni Novatores, fundamentum conſiſtit in* SUPREMA *Sedis Apoſtolicæ autoritate, ejúſque Communione* (1): quæ quidem eò præcipuè nitatur Fidei indeficientis privilegio, quod Maſſilienſis Antiſtes Romanæ Sedi eodem in opere ſtrenuè vindicat, ut alibi vidimus.

Verùm, quæret fortaſſe quiſpiam, quâ de ratione Gallicani Præſules tam ſæpè, tam conſtanter inculcant Gallicanarum libertatum fundamentum eſſe primarium tùm ut ſuprema agnoſcatur Apoſtolicæ Sedis autoritas, tùm ut Gallicana Eccleſia, ut & alia quælibet, eidem Sedi neceſſariò ac jugiter adhæreat ? In promptu cauſa eſt, eamque ipſiſſimi aperiunt Galliarum Epiſcopi. Nempè concuſſâ ſemel Romani Pontificis autoritate, vacillent protinus, & imò concidant Franciæ libertates neceſſe habent. Supponatur enimverò contingere ut Apoſtolica Sedes aliquod emittat ſolemne decretum Fidei contrarium; tùm certè Gallia Romano Pontifici errorem propinanti non adhærebit, eóque jam ipſo, quò Romanæ Sedi adhærere deſineret, ſuas amitteret libertates, ut pote quibus frui nequit, niſi Summi Pontificis Communioni inſeratur; non hîc arbitrariam, fictitiamvè, ſed receptam in Galliâ communemquè Doctrinam exponimus. *Etenim*, inquit eruditus de Marcâ (2), *cum Eccleſia Gallicana inter præcipua & Illuſtriora Eccleſiæ univerſalis Membra cenſeatur, totiùs verò corporis caput in Eccleſiâ Romanâ ſit conſtitutum*, FIERI NON POTEST, *ut vera Eccleſia libertatibus fruatur*, NISI CAPITIS HUJUS COMMUNIONI *inſerta ſit. Veris igitur libertatibus*, ut Maſſilienſis Epiſcopi verbis (3) utar, *frui non poſſunt Eccleſiæ particulares quæ univerſalis Eccleſiæ capiti non adhærent.* Itâ certè, *atque hæc eſt veritas in Galliis univerſim agnita.* Quo verò nitatur Principio communis illa Galliarum Doctrina Doctiſſimus idem Maſſilienſis Epiſcopus nos ſtatim edocet. Nimirum concuſſo Epiſcopatûs capite, ac Eccleſiæ fundamento, ruat Epiſcopatus,

(2) *Concord. Sacerd. & imp. lib. 1. cap. 2. num. 2.*

(1) Le premier fondement de ces mêmes libertés, du nom deſquelles les Novateurs abuſent aujourd'hui, conſiſte dans la Communion, avec la Chaire Apoſtolique, & dans ſa ſuprême autorité. *Eodem. Docum. Paſtor.* pag. 37.

(3) Il n'y a donc point de vrayes libertés pour les Egliſes qui ne ſont pas unies avec le Chef de l'Egliſe Catholique. C'eſt une vérité univerſellement reconnuë en France. *Docum. Paſt. de libert. Eccl. Gall.* pag. 40.

ruat Eccleſia ipſa omnino neceſſum eſt. *Si* enim *Epiſcopatus* , pergit ibidem Illuſt. Præſul [1], Petrum *ſuper quem tanquam inconcuſſum fundamentum edificata eſt Eccleſia* , *habere pro capite deſineret* , *jam ſuum amitteret robur* , *quo amiſſo & ſuam libertatem deperderet.* Quare verò ? Quia *Epiſcopatus robur in ejus unitate conſiſtit* , *& ipſius unitas in ejus capite reſidet.* Conciſâ illâ, breviquè Maſſilienſis Epiſcopi Sententiâ ſapientius nihil , aut ad rem noſtram accomodatius. Eccleſia unitate , viribus , robore deſtituta ſuas defendere nequit libertates. Porrò Eccleſiæ Gallicanæ , quin & *ipſius* etiam *Epiſcopatûs* robur in communi Chriſtianorum omnium capite viſibili Romano Pontifice reſidet ; nec plus virium proinde habent Epiſcopi à Romano Pontifice ſeparati , quàm membra à ſuo capite divulſa. Igitur quò major erit , quò firmior Capitis autoritas , quo ſtrictioribus vinculis Eccleſia Gallicana illi adhærebit, eò majus ipſa robur, eò firmiores habebit libertates. Numquam igitur iſtæ tutiùs, certiùs nunquam, quam in Supremam Romani Pontificis autoritatem inclinatæ recumbent. Et mirabitur quiſpiam quòd ſuprema illa Romani Pontificis autoritas , jugiſquè ipſi firmiter adhærendi neceſſitas ab Illuſtriſſimis Francorum tamquam Epiſcopis Primarium habeatur & præcipuum Gallicæ libertatis , & omnis Eccleſiaſticæ immunitatis fundamentum ?

Quid ergo pariter mirum ſi eruditi Præſules veras Eccleſiæ ſuæ libertates eò potiſſimùm tendere pronuntient , ut cum Apoſtolicâ Sede unico totius Eccleſiaſticæ unitatis centro indivulſis nexibus & arctioribus vinculis colligetur ? Ut avitam & Gallis velut innatam erga continuos Petri Succeſſores obedientiam ac venerationem adaugeant , & amplificent ? Ità eſt omninò , ait Maſſilienſis Antiſtes [2] , *noſtræ libertates cum Romanâ Cathedrâ nos inſeparabiliter conjungunt.* Fruſtrà tentabunt Novatores, pergit Illuſtriſſimus Præſul gregem ſuum alloquens (3) , fruſtrà ſub illarum libertatum obtentu debitum à vobis Apoſtolicæ Sedi obſequium imminuere. *Speramus* imò *fore ut* accurata earumdem *notitia adversùs ſeductores illos vos præmuniat* , *ab errore* ſi quem admiſiſtis *vos avellat* , *veſtrum augeat ac corroboret ſtudium erga Romanam Eccleſiam ceterarum omnium Matrem & Magiſ-*

(1) Si l'Epiſcopat pouvoit ceſſer d'avoir pour Chef Pierre ſur qui l'Egliſe a été bâtie comme ſur un fondement inébranlable , il pourroit perdre ſa force , & en perdant ſa force , il perdroit ſa liberté ...... L'Epiſcopat eſt un , ſa force eſt dans ſon unité , & ſon unité , eſt dans ſon Chef. *Ibid.* pag. 37.

(2) Nos libertés nous uniſſent inſéparablement à la Chaire Romaine. *Ibid.* pag. 34.

(3) Nous eſpérons que cette même connoiſſance (*des libertés Gallic.*) ne ſervita pas peu à vous prémunir contre la ſéduction , à vous détromper , à fortifier , à augmenter votre attachement pour l'Egliſe Romaine , la Mère & la Maitreſſe de toutes les autres Egliſes. *Ibid.* pag. 88.

tram. Ventitent Novatores nihil eſſe ſibi Gallicanis libertatibus antiquius ; & *nos illas amamus & vèl noſter ipſe erga pretioſas libertates amor in cauſâ eſt , cur ſemper ac inſeparabiliter illi Eccleſiæ Romanæ conjungi ſtudeamus , quæ ceterarum Magiſtra & Mater eſt Eccleſiarum , quâcum aliæ omnes in cauſis ad Religionem pertinentibus convenire debent* (1). Dicant Novatores cum Magno Boſſuetio *Eccleſiam Gallicanam eſſe libertatum ſuarum ſtudioſiſſimam* (2). *Optimè id quidem* ſed cum Boſſuetio aliiſquè Galliarnm Præſulibus addant præterea eandem Eccleſiam quò fuerit libertatum ſuarum amantior, eò fore pariter Apoſtolicæ Sedi addictiorem. Si enim *Majores noſtri* , ait Boſſuetius , Patrias libertates ſanctè conſervandas nobis tradiderunt ; *idem nos* quoque *docuerunt illas à nobis eſſe propugnandas ſalvâ* quæ Sedi Apoſtolicæ debetur *reverentiâ* ; *tantum abeſt ut huic reverentiæ officio deeſſe velimus , credimus è contra inviolatum illud obſequium, quo Sedem Apoſtolicam numquam non proſequemur, nos ſervaturum eſſe ab iis immunes injuriis quæ nobis inferri poſſent. O Sancta Eccleſia Romana Eccleſiarum & Fidelium omnium Mater ! O Eccleſia à Deo electa ad filios ſuos in eâdem Fide ac charitate conjungendos , unitati tuæ ab imis præcordiis ſemper adhærebimus! Mei ipſius nunquam mèminerim , ſi oblitus ero tui , ô Eccleſiâ Romana. Adhæreat lingua faucibus meis , ſi non meminero tui , ſi non propoſuero te in principio lætitiæ meæ.*

Hìc habemus ardentiſſimum Gallicanæ libertatis defenſorem eadem
(3) *Pſal.* 136. ſibi imprecantem mala quæ olim Pſaltes (3), ſi nunquam ab *inviolato* , quod Apoſtolicæ Sedi debetur , *obſequio* vèl tantulùm diſcedere contingeret ; qnid mirum igitur quòd ceteri omnes Galliarum Antiſtites modò contendant veram Eccleſiæ Gallicanæ libertatum & accuratam notitiam ad æternandam Gallorum erga Romanos Pontifices obedientiam conducere ; modò declarent illos puriorem ac ſapientiorem erga libertates Gallicanas amorem præſeferre , qui divinum

(1) Nous les aimons , ces prétieuſes libertés ; & c'eſt parce que nous les aimons , que nous voulons demeurer inſéparablement unis à l'Egliſe Romaine , à cette Egliſe Mère & Maîtreſſe , avec laquelle toutes les Egliſes doivent s'accorder dans les cauſes de Dieu. *Ibid*. pag. 38.

(2) L'Egliſe de France eſt zélée pour ſes libertés , elle a raiſon. . . . Mais nos Péres nous ont appris à ſoutenir ces libertés , ſans manquer au reſpect ; & bien loin d'en vouloir manquer , nous croyons au contrairo que le reſpect inviolable que nous conſerverons pour le ſaint Siége , nous ſauvera des bleſſures qu'on voudroit nous faire ſous un nom qui nous eſt ſi cher & ſi reſpectable. Sainte Egliſe Romaine , Mère des Egliſes , & Mère de tous les Fidels , Egliſe choiſie de Dieu , pour unir ſes enſans dans la même ſoi , & dans la même charité , nous tiendrons toujours à ton unité dans le ſond de nos entrailles. Si je t'oublie , Egliſe Romaine , puiſſai-je m'oublier moi-même ; que ma langue ſe ſéche , & demeure immobile dans ma bouche , ſi tu n'eſt pas toujours la prémière dans mon ſouvenir , ſi je ne te mets pas au commencement de tous mes Cantiques de réjouiſſance. *Boſſuet. diſcours à l'Aſſembl. de 1682. pag. 69.*

inerrantiæ

inerrantiæ privilegium Sedi Apoſtolicæ vindicant ? Nil utique mirandum ; *ſi* enim ***rectè intelligantur Eccleſiæ Gallicanæ libertates***, Maſſilienſis Epiſcopi verba refero (1), ***obſequium illud quod pro more Romano Pontifici exhibemus***, ***velut*** pretioſa ***habebitur*** Gallorum ***Antiſtitum hereditas ; eſtque reipsâ totius gloriæ noſtræ Summa***, ***quâ & Fides noſtra invicta***, ***& autoritas noſtra redditur*** INFALLIBILIS.

Celebrem iſtam Domini de Belſunce ſententiam præformaſſe videtur Boſſuetius quando pronuntiavit ***veritatem in Cathedrâ Petri nunquam eſſe defecturam ; ad hanc Apoſtolicam Sedem in quâ prævalere non poteſt error***, ***referendas eſſe Fidei quæſtiones ; quæ*** quidem Epiſcopi Meldenſis ***effata***, aliáque id genus plurima ***purioris ſapientiæ riſque Gallicas erga libertates ſtudii argumentum in Boſſuetio extiterunt***, uti jam ex Laudunenſi Præſule didicimus (2). Purum iſtud ac ſapiens ſtudium ſemper oſtendant ac præſe ferant Galli, ſuas libertates, ſuas conſuetudines, communem Gallici imperii Doctrinam uſquè & uſquè retineant ; verùm à Doctiſſimis Galliarum Præſulibus addiſcant ***eam præſertim ſententiam*** à celebratioribus Gallicæ libertatis aſſertoribus ***tradi***, quòd nempè ***Fides Romana ſemper futura ſit Fides Eccleſiæ***, quòd ***Petrus in Succeſſoribus ſuis maneat Fidelium fundamentum***, quòd ***Gallia*** recentior æquè ac vetuſtior ***non aliâ quàm Eccleſiâ Romanâ Doctrinâ & traditione uti ac gubernari voluerit*** (3).

Quid præterea ad demonſtrandam Gallicæ libertatis cum Pontificiâ autoritate concordiam ? Noſſe forſan deſideras quo potiſſimùm capite Galliarum libertates à ceterarum Regionum libertatibus differant ? Diſcrimen aperiet laudatus jam multoties Maſſilienſium Epiſcopus, qui ***nihil omnino omiſit eorum quæ ad ſuſcepti operis utilitatem conducere potuerunt ; quippè quod Theologis pietate & Doctrinâ inſignibus communicaverit***, ***quorum eruditione haud parum uſus eſt*** ipſe eruditiſſimus autor. ***Id imprimis curavit***, ***ut de momentoſo illo*** (Gallicanarum libertatum) ***argumento nulla verba faceret***, ***niſi apprimè conſentanea Doctrinæ SS. Scripturarum***, ***SS. Patrum***, ***Summorum Pontificum***, ***Conciliorum & antiquorum præſertim Galliæ Præſulum***, ***qui libertatum Gallicanarum ſtudioſiſſimos ſeſe defenſores præbuerunt***, ***ita ut nihil proponere ſategerit***, ***quod contradictionem invenire poſſit***, ***niſì ab***

(3) *Emin. Card. de Mailly Docum. Paſt.* 4. *Jan.* 1717. pag. 22. *Gallica verba jam ſuprà recitavimus.*

(1) Si on connoît les libertés de l'Egliſe Gallicane, on regardera la ſoumiſſion que nous avons accoûtumé de rendre au ſaint Père, comme l'héritage des Evêques de France. C'eſt le point ſolide de notre gloire qui rend notre foi invincible, & notre autorité infallible. D. *de Belſunce Docum. Paſt. de lib. Eccl. Gall.* pag. 133. 134.

(2) *Docum. Paſt.* Contre les réquiſitoires de M. Gilbert, *pag.* 9. *Gallica verba ſuperiùs relata fuere.*

eo qui ſimul Sacratiſſimas & maximè infallibiles autoritates impetiverit (1). Quæ cùm ità ſint, nemo eſt qui Doctiſſimi Præſulis propoſitam quæſtionem diſſolventis ſententiæ utroque pollice non ſubſcribat. In quo igitur præſertim capite reponendum illud Gallicanas inter & ceteras libertates diſcrimen! Scilicet *in eo quòd Galliarum Eccleſia præ ceteris omnibus Eccleſiis conſtantiùs ſemper & ſtrictiùs Cathedræ S. Petri conjuncta fuerit*; quod aſſertum compluribus præſtantiorum Franciæ Præſulum, celebriorum Cleri Gallicani comitiorum, & magni ipſius Boſſuetii teſtimoniis, confirmat eruditus Antiſtes (2). Quàm porrò Pontificiæ autoritati favorabiles, quàm Romanæ infallibilitati conſentaneæ illæ libertates, quæ ab aliis aliarum Gentium libertatibus eò præſertim titulo diſcriminari amant, ut Gallicanam Eccleſiam Apoſtolicæ Sedi firmiùs, quàm ceteras Eccleſias ac conſtantiùs devinciant!

En omnino quales illas eſſe declarant probatiſſimi earumdem interpretes, iiquè ſimul defenſores ſtudioſiſſimi, Doctiſſimi nempè Galliarum Antiſtites, illiquè præ ceteris qui datâ operâ iſtud argumentum verſaverunt, & prolixos eâ de re tractatus elucubrati ſunt, Illuſtriſſimos potiſſimùm appellavimus viros Petrum de Marca, Toloſanum Archi-Præſulem, & Henricum Franciſcum de Belſunce Maſſilienſem Epiſcopum, quorum ut maxima eſt omnes apud Gallos exiſtimatio, ſic maxima habetur apud eoſdem autoritas; & tanta quidem, ut *vèl homines ſuis opinionibus anteoccupatos commovere atque ad aſſenſum rapere debeat* (1).

Jam autem ut quæ fuſiori hactenus calamo perſecuti ſumus, paucis contracta, & unico veluti collecta proſpectu lectorum ob oculos proponamus, omnia vel ſaltèm præcipua noſtræ aſſertionis momenta ſummatim ac breviſſimè decurrimus. Vèl ab ipſo limine animadvertebamus Gallicanos inter Præſules qui datâ multoties occaſione de libertatibus ſuis prolixè diſſeruerunt, neminem reperiri qui Pontificiam fallibilitatem inter Gallicæ libertatis vel fundamenta vel capita,

(1) Nous n'avons rien oublié de ce qui a pû dépendre de nous pour vous rendre notre travail utile. Nous l'avons communiqué à des Théologiens diſtingués par leur piété & par leur ſcience. Nous avons profité de leur lumières, & nous nous ſommes ſur-tout fait un devoir indiſpenſable de ne vous parler ſur cette importante matière que d'après l'Ecriture, les Peres, les Papes, les Conciles, & en particulier d'après les anciens Evêques de France qui ont le plus fait paroître de zéle pour nos ſacrées libertés, & de ne vous annoncer par conſéquent que des vérités qui ne pûiſſent être contredites par qui que ce ſoit, ſans attaquer les autorités les plus ſacrées & les plus infaillibles. *Docum. Paſtor. de libert. Gallic.* pag. 136.

(2) En quoi les libertés de l'Egliſe Gallicane différent des libertés des autres Egliſes? La premiére différence conſiſte en ce que l'Egliſe Gallicane, eſt de toutes les Egliſes celle qui a été le plus conſtamment & le plus étroitement uni à la Chaire de S. Pierre. *Ibid.* pag. 62. *uſque ad* pag. 69.

(1) *Ità de Toloſano Archi-Præſule loquitur Emin. de Biſſy cujus verba jam ſuprà deſcripſimus*

vel legitima etiam conſectaria recenſuerit. Nec mirum iſtud cuïpiam videri poſſe addidimus, quandoquidem Gallicanæ libertates juxta eruditos Galliarum Epiſcopos, in meris diſciplinæ capitibus, in arbitrariis conſuetudinum diverſitatibus, in variis Eccleſiarum moribus totæ conſiſtunt, ad quas utique diſciplinarum quæſtiones non poteſt illa revocari, quæ Romanam ſpectat inerrantiam. Rem ità eſſe vèl ipſi ſatìs ſuperque oſtenderunt Galli Antiſtites; dum illos è Galliâ ſcriptores, qui Pontificiam infallibilitatem cum Gallicâ libertate ſimul propugnarunt, ac propugnari poſſe citra ullum alterutrius detrimentum contenderunt, nullâ notaverunt cenſurâ, nullâ dignos emendatione, quin & laudandos & commendandos (1) judicaverunt; dum ex aliâ parte vehementiſſimè inſurrexerunt adversùs inconſultos autores illos, qui ſub Gallicæ libertatis defendendæ prætextu Pontificis autoritatem ac Sedis Apoſtolicæ Majeſtatem deprimere machinabantur. Nec ſe aliter gerere potuerunt Doctiſſimi Præſules, apud quos ratum illud & ſtatutum erat, Gallicanas libertates in integrum ſubſiſtere, etiam ſi Pontificia autoritas nec errori obnoxia exiſtat, nec Concilio generali ſubdita. Atque hinc eſt quod acerrimo ſemper ſtudio viros illos inſectati fuerint, qui ampliſſimum Gallorum Antiſtirum ordinem everſæ Galliarum libertatis inſimulabant, quia Pontificiæ inerrantiæ Patrocinabatur. Hinc etiam Illuſtriſſimi Præſules pari zelo, fortitudine pari, jura Romana & Gallicana conciliare, defendere, atque ab Hoſtium impreſſionibus tecta conſervare certatim geſtierunt. Jure igitur meritóque affirmavimus Gallicanas libertates ex communi Francorum Epiſcoporum Doctrinâ intellectas inerrantiæ Pontificiæ nec hilum officere; integram remanere Eccleſiæ Gallicanæ & pleniſſimam ſuis conſuetudinibus, ſuæ diſciplinæ, ſuis moribus legitimis adhærendi libertatem, etiam ſi ſuprema ſit & indeficiens Romani Pontificis autoritas; ſeu ut Petri de Marca verbis (2) utar, nihil obeſſe Gallicanis libertatibus, ſive *fruatur Summus Pontifex æquo jure cum Conciliis generalibus*, ac proinde neſciâ erroris autoritate, *aut* etiam *ſuperiori*, ideóque nequaquam ſubjectâ Conciliis generalibus poteſtate.

(2) *Loco ſuprà citato.*

Verùm & ultrà progreſſos fuiſſe Galliarum Epiſcopos obſervavimus. Non tantum illi nullum Pontificiam infallibilitatem inter & Gallicam libertatem diſſidium, pugnam eſſe nullam demonſtraverunt, ſed maximum etiam utriuſque concentum, pleniſſimam utriuſque concordiam palàm omnibus facere voluerunt. Quas enim propug-

(1) *Quibus non laudibus Petrum de Marca, Ludovicum Thomaſſinum & alios Gallicæ libertatis ſimul & infallibilitatis Pontificiæ Patronos cumularunt Gallicani Antiſtites. Earum nonnullas in noſtro paſſim opere deſcripſimus.*

nant eruditi Præſules Eccleſiæ ſuæ libertates, illæ ſunt, quarum primarium, præcipuúmque fundamentum eſt ſuprema Romani Pontificis per Gallias æquè ac per ceteras orbis Chriſtiani Regiones autoritas, jugíſque ac inviolata Sedi Apoſtolicæ adhærendi neceſſitas; quarum finis proprius eſt Gallicanam Eccleſiam cum Romanâ Petri Cathedrâ indivulſo ac æterno nexu conjungere, præſtitam ſemper à Gallis ac debitam legitimis Petri Succeſſoribus obedientiam perpetuare; quarum acuratior notitia eò conducit, ut creſcat in dies & amplificetur in Gallorum animis avita erga Sedem Apoſtolicam obſervantia; quarum primæva indoles exigit ut nec errore damabilis, ſed invicta, nec Concilio ſubdita, ſed ſuprema agnoſcatur Summi Pontificis in definitionibus dogmaticis autoritas, quarum tota firmitas ab ipsâ dependet viſibilis Eccleſiæ capitis firmitate; quarum ruinam omnimodam inferret Pontificiæ poteſtatis imminutio. Gallicanæ libertates juxtà meritiſſimos Galliarum Epiſcopos illæ ſunt, quarum integritatem conſervare nequeat Gallia, niſi Romanis Pontificibus tenaciſſimè ac firmiſſimè adhæreat; quarum ſapientiores ac probatiores Patroni veritatem in Apoſtolicâ Petri Cathedrâ nullo unquam tempore defecturam, errorémque in Sede Romanâ prævalere non poſſe profitentur; quarum corruptores illi & adulteratores extiterunt, qui commentitium jus illud à ſolemnibus R. Pontificis circa Fidem definitionibus ad Concilium generale provocandi Gallicis juribus accenſuerunt; quarum denique maximum ab aliis aliarum gentium libertatibus diſcrimen in eo ſitum eſt, ut Eccleſia Gallicana præ ceteris omnibus Eccleſiis conſtantiùs ſemper & arctiùs Petri Cathedræ conjuncta fuerit ac etiamnum conjungatur. Hujuſmodi porrò libertates ſupremæ & indeficienti Romanorum Pontificum autoritati, contrarias nedum & infeſtas, favorabiles imò & amiciſſimas eſſe nemo prudens, nemo ſanus diffitebitur.

Et certè Galliarum illæ libertates nonne in eo verſantur, ut Eccleſia Gallicana, genſque Gallica jus habeat illibatè ac inviolatè ſervandi antiquos & receptiſſimos in Franciâ mores? Id ubique Gallia ipſa prædicat; idem multoties obſervavérunt, ut jam vidimus, Antiſtites Gallicani. Atqui nullus eſt in Galliâ mos antiquior, nullus conſtantior uſus, quàm Pontificiis de Fide decretis reverenter obedire, nec ab iis ſolemniter latis ad generale Concilium provocare. Nunquam enim contigit, ut ubique Gloriantur Franci Præſules (1), atque ex ipsâ Eccleſiæ Hiſtoriâ liquet, nunquam contigit, ut Eccleſia Gallicana Dogmaticæ R. Pontificis definitioni non ſubſcripſerit, ut

(1) V. Sup. lib. 2. cap. 6.

ſolemni circa Fidem Sedis Apoſtolicæ judicio refragata fuerit atque ab eo ad Synodi œcumenicæ judicium appellaverit. Imò verò inter ceteras Catholicas Nationes ſemper geſtiit Pontificiis Conſtitutionibus obſequi, Romanæ Eccleſiæ Doctrinam amplecti, Sedis Apoſtolicæ traditionibus adhærere. Suis igitur moribus, ſuis uſibus inſiſtat Gallia & firmiſſimè inhæreat; quandiu tranſmiſſas à Majoribus ſuis conſuetudines Religioſè obſervabit, tandiu patrium illum, quem ſibi tantopere gratulatur, morem tenaciter retinebit, nec accidet unquam ut ab antiquâ illâ erga Romanos Pontifices obſervantiâ recedat, ut præſtitam ſemper Apoſtolicis circa Fidem judiciis obedientiam deneget, ut denique à Solemnibus R. R. Pontificum Conſtitutionibus Dogmaticis ad Conciliorum generalium tribunal provocet. Hæc, inquam, nullo tempore accident, ſi genuinæ illæ Franciæ libertates ex communi Gallorum Antiſtitum Doctrinâ intellectæ, illibatæ ſemper & inviolatæ perſeverent ac defendentur.

Hæc omnia ſi attentius meditentur, ac tranquillis animis penſitent hodierni Gallicæ libertatis criminatores, nulli dubitamus, quin tandem errorem ſuum dedoceantur. Intelligent optimè ſibi conſtitiſſe Galliarum Epiſcopos, quando patrias immunitates non minore ſtudio quàm innerrantiam Pontificiam propugnaverunt. Ipſis gratulabuntur nobiſcum, quòd illas tueantur libertates, quæ ad ſtabiliendam magìs ac magìs ſupremam & inconcuſſam Romani Pontificis autoritatem, quæ ad amplificandam filiorum erga Patres obedientiam, conſtringendamque membrorum cum capite connexionem efficaciſſimè conducunt. Tandem ne plura, libenter nobiſcum profitebuntur ***Germanas Eccleſiæ Gallicanæ libertates juxta teſtatiſſimam Illuſtriſ. Galliæ Præſulum Doctrinam Pontificiæ infallibilitati non modò non adverſari, ſed & maximè ſuffragari.***

CAPUT V.

Reſolvitur difficultas ex Jacobi Benigni Boſſuetii Meldenſium olim Antiſtitis autoritate deprompta; ubi pro datâ occaſione expenditur, utrùm clariſſimo Præſuli jure tribuatur opus inſcriptum : Defenſio declarationis Cleri Gallicani an. 1682. &c. *quæritur inſuper ſit ne ex illo opere, quale nunc proſtat, æſtimanda Boſſuetii Germana de Pontificiâ autoritate ſententia.*

QUAMVIS ea quæ impræſentiarum reſolvenda proponitur difficultas ad ampliſſimum ipſum Eccleſiæ Gallicanæ ordinem haud ità pertinere quibuſdam fortaſsè videri queat, abs re tamen haud facturos, imò verò non injucundum lectoribus laborem ſuſcepturos putavimus, ſi nonnullam in eâ diligentius excutiendâ operam poneremus. Agitur nempe de Epiſcopi illius autoritate & Sententiâ cujus quanta ſit apud Gallos exiſtimatio, quanta omnes apud Chriſtianos eruditionis fama ignorare nemo valeat. Agitur præterea de illo opere, quod Romanæ infallibilitatis adverſarii ceu ſummum opinionis ſuæ præſidium ubique depredicant. Nempè, ſi ipſis Fides, famoſa *illa defenſio* Germanam totius Galliæ Doctrinam tàm indubitanter exprimit, quàm certò Pontificiam inerrantiam labefactat; adeò ut ejus vel unius ſuffragio litem definitivè peremptam arbitrari videantur. Tantam celeberrimo operi famam & autoritatem faceſſivit per Illuſtr. magni Boſſuetii, cuï parenti tribuitur Meldenſium Antiſtitis nomen. Erit hîc fortaſsè quod miretur oculatus Lector, opus nempe Pontificiæ autoritatis, ut ſpargitur, adverſum, illi Galliarum Præſuli fuiſſe adtributum, qui ceteros inter Epiſcopos Romanam inerrantiam & ſepiſſimè tradidit & ſtrenuiſſimè propugnavit. Quàm enim frequentia, quàm ſplendida ſint argumenta, queis Eruditus Antiſtes maximum Romanæ infallibilitatis aſſertorem ſeſe præbuit, ex iis quæ hactenus à nobis diſertata fuerunt ſatis ſuperque conſtare nulli dubitamus; & certè relata ſæpius à nobis & frequenti calamo deſcripta Boſſuetii, quibus Apoſtolicæ Sedis infallibilitas adſtruitur teſtimonia adeò clara fulgidaque Gallicanis Epiſcopis viſa ſunt, ut

illis potiſſimum inſiſtant ad eandem veritatem confirmandam, ut in noſtro paſſim opere animadvertimus; ex quo liquet magnum Boſſuetium Nobiliores inter Romanæ infallibilitatis defenſores ipſo Gallorum Antiſtitum judicio recenſendum eſſe.

Verùm poſthumum nobis opponitur Boſſuetii opus paucis abhinc annis ſub hoc titulo vulgatum: *Defenſio declarationis celeberrimæ quam de poteſtate Eccleſiaſticâ ſanxit Clerus Gallicanus an.* 1682. In quo ſupremam & infallibilem non eſſe Romani Pontificis ac Sedis Apoſtolicæ autoritatem latiſſimè ac pro virili propugnatur. Expendere itaque juvat 1°. Utrùm opus iſtud pro genuino Boſſuetii fætu habendum ſit? 2°. Quamvis etiam Boſſuetio meritò tribueretur utrum Romanæ infallibilitati adverſetur. 3°. Demum conceſſo etiam utroque an ab eo opere dignoſcenda ſit Germana Boſſuetii de Pontificiâ infallibilitate ſententia?

§. I.

Proponuntur momenta, quibus oſtenditur vulgatum opus ſub hoc titulo: defenſio declarationis Cleri Gallicani an. 1682. *pro Germano Boſſuetii fætu habendum non eſſe.*

ANnus ferè vigeſimus ſextus agebatur à morte Boſſuetii Meldenſis Epiſcopi, cum ipſius nepos Illuſtriſſimus alter Boſſuetius Trecenſium Antiſtes publicè teſtatum voluit Meldenſem Patruum ſuum pro defendendâ Cleri Gallicani an. 1682. declaratione ſpeciali juſſu Ludovici Magni Regis Chriſtianiſſimi opus elaboraſſe (1) addidit ſe Manuſcriptum hujuſce operis exemplar viginti abhinc annis in manibus ipſius Ludovici Magni conſignaſſe (2). Non hîc curioſus inquiro quare ſpectabilis hujuſce operis à Patruo elucubrati notitiam Orbi Chriſtiano ac etiam Gallis facere tandiu diſtulerit Trecenſis Epiſcopus, ſed modeſtus affirmanti Galliæ Præſuli credo ac plenam Fidem adjungo. Quonam verò pacto, quâ ratione, quo ſpiritu illuſtratam ac defenſam Magnus Boſſuetius voluerit laudatam Cleri Gallicani declarationem nos prorsùs latet, quippe quibus nunquam licuit, quidquid ad rem obtinendam agere potuerimus per nos, vel per alios, intueri primigenium ſeu autogra-

(2) *Ibidem.*

(1) *Inſtruc. Paſtor.* 10. *Septemb. an.* 1729. Cet illuſtre Evèque (*M. Boſſuet Evèque de Meaux*) entreprit par ordre exprès du feu Roi Louis XIV. d'heureuſe mémoire, la défenſe de la déclaration du Clergé de France de 1682. dont nous avons remis nous-mêmes, il y a environ vingt ans un exemplaire entre les mains de ce grand Roi.

Digitized by Google

phum Boſſuetii ſcriptum, quod in manibus Trecenſium Epiſcopi extare putatur, nec pariter memoratum legere exemplar, quod in manibus Chriſtianiſſimi Regis à ſe conſignatum jam pridem fuiſſe aſſerit Trecenſis. Hoc enim exemplar in Bibliothecâ Regiâ non extat (1), nec ullum haberi veſtigium, quòd aliquando in eâ extiterit D. Sallier Regiæ Bibliothecæ præfectus, necnon D. Carpentier è Bibliothecariis antiquior pro ſuâ humanitate nobis ſignificarunt. Cum ergo duo iſta exemplaria, quæ nec Rex Chriſtianiſſimus, nec Trecenſium Epiſcopus publica fecerint, legendi per nos, vel per alios facultas non fuerit, conſtare nobis non poteſt, quæ in illis Doctrina contineatur. Sed quidquid ſit de hâ re, nos indubium nullatenus revocamus aliquam à Boſſuetio ſuper celebri an. 1682. declaratione elucubrationem confectam fuiſſe.

Verùm inquirendum hîc eſſe duximus utrùm Germanam Boſſuetii elucubrationem exhibeat objectatum opus ſub ejus nomine vulgatum ac curâ unius vel alterius anonymi Luxemburgi, necnon & Baſileæ typis editum an. 1730. ita ut genuinæ Boſſuetii elucubrationi nil detractùm, nil ſupreſſum, nil mutatum, nil additum ab anonymo credere debeamus; ne id porrò credamus plura obſtare videntur quæ ſagaci ac prudenti lectori ſubjicere lubet.

I°. Nulla nobis ineſt æqua credendi ratio vulgatam ab anonymo defenſionem genuinum eſſe Boſſuetii fætum, eam *ſummo ſtudio ad Fidem autographi Codicis exactam à* ſe fuiſſe dicit quidem anonymus (2) at rei tam feriæ, tantique momenti nulla probatio, teſtis adducitur nullus. Quid ergo? Anonymo, ignoto viro, qui tranſactis jam plus, quam viginti ſex annis ab obitu Boſſuetii, nunc tandem extra Galliam nobis ſignificare venit autographum præ manibus habere ſe Boſſuetii Codicem, ad cujus Fidem ipſum edat ac publici juris faciat, credere nos, credere cordatos oportebit? Eâ præſertim ætate quâ neminem latet quàm frequentia quàm plura ſub magnorum virorum nomine, quorum autoritas quærebatur, vulgata fuerint opera poſthuma, quæ nil minus ſint quam genuini illorum fætus? An non & ipſimet Boſſuetio poſthumæ plures tributæ ſunt ac ſub ejus

(2) *In fronte vulgata defenſionis.*

(1) Unum quidem hujuſce operis exemplar ſervatur in Bibliothecâ Regiâ, ſed hoc exemplar non illud eſt quod in manibus Chriſtianiſſimi Regis à ſe conſignatum aſſerit Trecenſium Epiſcopus, ſed quodam exemplar ignotâ manu conſcriptum ac quampluribus refertum mendis quod inter Chartas D. Fleuriaci Regii Confeſſarii poſt hujus obitum inventum Card. de Fleuri Primarius Regni Miniſter ad D. Targni Regiæ Bibliothecæ præfectum tranſmiſit an. 1724. in eâ ſervandum, cum expreſſo tamen Mandato, ne cuipiam permiſſio fieret illud exſcribendi. Id teſtatum manu propriâ reliquit initio hujuſce exemplaris ipſe D. Targni, addens pro dignoſcendâ Germanâ Boſſuetii hanc in rem elucubratione ad iſtud exemplar, quia à primigenio Boſſuetii codice diverſum, recurrendum non eſſe. Ad plenam horum omnium Fidem, integram D. Targni declarationem Gallico idiomate conſcriptam referimus *pag.* 186.

nomine

nomine editæ lucubrationes, quas ipſi falsò affictas nemo dubitet? Ut taceam de aliis, num genuinum Boſſuetii fœtum eſſe credideris poſthumum opus ſub ejus nomine typis Mandatum gallicè inſcriptum: *Juſtification des Réflexions Morales du P. Queſnel*, ideſt *Defenſio conſiderationum Moralium P. Queſnelii?* Credes-ne Boſſuetium perpetuum illum ſanæ Doctrinæ vindicem defendendam peculiari opere ſuſcepiſſe perverſam Queſneliani libri ab Eccleſiâ ſolemniter damnati Doctrinam? Tamen Gallus quidam auctor (1) non ſolum opus iſtud ad Fidem autographi Codicis Summo ſtudio exactum fuiſſe contendit, ſed etiam fidenter affirmat primigenium hunc Codicem in manibus Trecenſium Epiſcopi extare ac ab altero Galliæ Præſule viſum fuiſſe. Non tot tantaſque Fidei ſtæ rationes attulit Anonymus editor; ubi extaret primigenius Boſſuetianæ Cleri 1682. defenſionis codex non indicavit ipſe; codicem illum ab aliquo viſum nec aſſeruit. Gallus autor in Galliâ, nec tam longè à Boſſuetii obitu ſua proferebat. Anonymus editor extra Galliam ac ſex ferè luſtris à morte Boſſuetii ſua jactabat. Et adeò valebit apud te Anonymi teſtimonium, ut vulgatam ab ipſo prætenſam Boſſuetii, *defenſionem declarationis Cleri an.* 1682. ad fidem autographi codicis ſummo ſtudio exactam credas, ac pro Germanâ Boſſuetii elucubratione teneas? Non puto. Tam credulus eſſe ac videri nolles. Audi quàm ſobriè quàm cautè ſe habeat ad prætenſam libri Queſneliani defenſionem Boſſuetio affictam Senonenſis Antiſtes: *Autor* inquit *defenſionis conſiderationum Moralium ſub nomine defuncti Boſſuetii Meldenſium Epiſcopi vulgatæ.* (2) Pari utere ſobrietate ac præciſione, ubi laudanda occurrit Cleri Gallicani declarationis defenſio; citetur non *Boſſuetius*, ſed *autor defenſionis declarationis Cleri Gallicani*, &c. *ſub defuncti Boſſuetii nomine vulgatæ*; plus enim Fidei non promeretur anonymus iſte, quàm Gallus ille ſcriptor.

II. Germanum quod hâc de re opus ſcripſerat Boſſuetius paulò ante mortem correxit ac valdè immutavit, quin & illud fine auxerat, quo ſuam lucubrationem Chriſtianiſſimo Regi Ludovico Mag-

(1) *Mémoire donné en 1719. ſous les noms de Meſſeigneurs les Evêques de Mirepoix, de Senez, de Montpellier, & de Boulogne part. 2. art. 9. §°. 4. pag. 96.* Il ſuffit pour les mettre en poudre, de les renvoyer à la juſtification des réflexions morales, composée par feu M. Boſſuet Evêque de Meaux..... Si M. l'Evêque de Soiſſon doute de la vérité de cet Ouvrage, nous eſpérons, que ce Prélat voudra bien s'en rapporter au témoignage de M. l'Evêque de Mirepoix, qui étant allé à Paris en 1705. vit l'original entre les mains de M. l'Abbé Boſſuet, aujourd'hui Evêque de Troyes, & en fit tirer une copie qu'il conſerve, & qui eſt parfaitement conforme a l'imprimé. *Hunc libellum memorialem refutat Illuſtriſ. Languetius Senonenſ. Archi Præſul in 5°. Docum-l aſtor. parte 2.*

(2) *Illuſt. Languetius in monito 1°. Ad ſuæ olim Diœceſ. refract. num. XXIII. pag* 31. c'eſt donc l'Auteur de la juſtification des réflections morales donné ſous le nom de feu M. Boſſuet Evêque de Meaux.

no dedicabat. Rem teſtatur D. Dagueſſeau magnus Galliæ Cancellarius qui additum hunc finem à Boſſuetio ipſo Regi lectum ſe præſente declarat. Hoc autem tanti Magiſtratûs teſtimonium notum omnibus eſſe voluit D. Targni Regiæ Bibliothecæ dum viveret præfectus (1). Porrò in vulgatâ ab anonymo Boſſuetiani operis editione hic finis à Boſſuetio additus, in quo ſuum Ludovico magno dedicabat opus, deſideratur, abeſt, ut legenti patet; ergo hæc editio ad fidem autographi codicis & quidem *Summo ſtudio* ut anonymus aſſerit exacta non fuit; in ſuo enim Boſſuetius autographo præter varias correctiones & immutationes finem illum addiderat, in quo ſuum Regi dedicabat opus.

(1) *V. Declarationem D. Targni jam laudatam quæ ſubjicitur integra pag. 187.*

III. Vulgatæ ab anonymo defenſionis autor hæc habet in ſuâ præfatione pag. 3. *Ecce enim ille diſquiſitor* Nicolaus du Bois *ab Epiſcopis Gallicanis minimè fuiſſe diſcuſſos Patres ac Canones ad quos in hâc declaratione fit relatio, ſed ſimpliciter allegantibus creditum ſibi perſuadet; qui ſi ſacro cœtui an. 1682. totque privatis conventibus per quatuor menſes habitis aſſuiſſet; ſi differentes audiſſet Illuſtriſſimos Archiepiſcopos Pariſienſem & Remenſem ſacri cœtûs Præſides totque alios Epiſcopos Doctrinæ atque eloquentiæ laude conſpicuos* EOS VERÒ MAXIMÈ *qui ad id negotium deputati Tornacenſem dico* MELDENSEM. *Reliquos omnes Sacræ Theologiæ Facultatis Pariſienſis Doctores atque in Sacrâ Doctrinâ verſatiſſimos qui &c. hos inquam ſi audiſſet, non profectò hæc unquam incauta & temeraria de Gallicanorum Epiſcoporum ſupinâ credulitate profudiſſet.* Hæc, ſi Fides anonymo, ſcripſit Boſſuetius, atque ipſe anonymus ad Fidem autographi Boſſuetii Codicis exegit. Quid ergo? Credere nos oportebit Boſſuetium adeò Chriſtianæ modeſtiæ, adeò ſui oblitum, ut ſe ipſum non modo *Epiſcopum Doctrinæ atque eloquentiæ laude conſpicuum* prædicaret; ſed etiam hanc Doctrinæ atque eloquentiæ laudem ſibi & Epiſcopo Tornacenſi præ ceteris conventûs Epiſcopis adſcriberet, & abſcribendam eſſe traderet ac ſcriptis mandaret, & quidem in opere, quod juſſu Regio ſuſceperat, Regíque ipſi obtulit, ac publicæ luci daturus erat? Quam nimis de ſe præſumit qui talia nobis ſuadere confidit.

Præterea autor hujuſce defenſionis ab anonymo vulgatæ poſtquam dixit nunquam fore ut Epiſcopi cætûs an. 1682. ſupinæ credulitatis à Nicolao du Bois poſtularentur, ſi hos differentes ac præſertim Tornacenſem & MELDENSEM audiſſet, ſubjungit: *Ego qui deputatis adſcriptus publicis privatiſque conventibus interfui, nec*

Digitized by Google

tantum audivi Religioſiſſimos Epiſcopos, ſed etiam quæcumque inſigniora dicerentur diligenter inſcripſi. Scribit igitur auditos à ſe fuiſſe Religioſiſſimos illius cœtûs Epiſcopos, quos Nicolaus du Bois Lovanienſis Doctor non audierat, *Tornacenſem* videlicet ac *Meldenſem*, quos ipſe autor præ ceteris mox laudaverat. Quid ergo, ſi autor hujuſce defenſionis Meldenſem Epiſcopum, Boſſuetium nempè, à ſe auditum fuiſſe pronuntiet, an non illum à Boſſuetio diſtinctum arbitrabimur? Dicit quidem iſte defenſionis autor ſe deputatis adſcriptum fuiſſe; at ipſe pariter obſervat præter Epiſcopos *alios quoque ſecundi ordinis fuiſſe deputatos*, Pariſienſes nimirum aliquos Doctores (1); ex quo credi meritò poſſit iſtius defenſionis autorem unum eſſe ex illis ſecundi ordinis deputatis, maximè cum non obſcurè innuat ſe Epiſcopum non eſſe, cum dicit *Religioſiſſimos* illius cœtûs *Epiſcopos à ſe fuiſſe auditos.*

In vulgatâ pariter ab anonymo prætensâ Boſſuetii defenſione caput XII. lib. 3. part. I. pag. 84. ita legere eſt. *Expoſitio Doctrinæ Catholicæ Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Meldenſis Epiſcopi in medium adducitur. Duo Innocentii XI. brevia ad eam approbandam. His conſentiens* Peronii *Cardinalis locus.* En titulus capitis quod ſtatim his verbis incipit. *Idem comprobamus altero argumento* (ex Meldenſis Epiſcopi Doctrinâ nimirum petito) *& Innocentii XI. hodie ſedentis graviſſimâ autoritate. Jam non modò toti regno ſed toti orbi Chriſtiano notus eſt libellus Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini Meldenſis Epiſcopi Sereniſſimi Delphini præceptoris* Boſſuetii, *cui titulus expoſitio Doctrinæ Catholicæ anno* 1671. *gallicè editus non modò in Latinam linguam verùm etiam in Germanicam, Anglicanam, Hibernicam, denique & Italicam verſus, &c.* Sequuntur quæ omnia ad commendandam Meldenſis Doctrinam facere poterant. Cumulantur elogia Meldenſis libello præſtita, & ſic proſequitur. *Cum autem* UTILISSIMI *libelli auctor* Meldenſis *articulos Fidei pro inſtituto ſecreviſſet, &c.* Expoſitâ Meldenſis ſententiâ ipſiúſque verbis relatis *hæc erant* pergit *quæ certâ fide ſtabilita eſſe vellet, hoc eſt ea tantum in quæ omnes Catholici conſentirent quibus explicatis D. Meldenſis etiam hoc addit..... Vides quid ſufficere D. Meldenſis dixerit.... Nec mirum ita eſſe quæſtionem* À DOCTISSIMO ANTISTITE (Meldenſi) *Conſtitutam.* Reliquum capitis in exponendâ ac extollendâ potiſſimùm Meldenſis Epiſcopi ſententiâ verſatur. Atque hæc etiam ſi anonymo credimus ſcripſit Boſſuetius, & anonymus ad fidem autographi Boſſuetii Codicis exegit. At quæſo quis ferat anonymum credulitate noſtrâ tam imma-

(1) *In Præfatione pag.* 4. Adhibitis quoque aliis ſecundi ordinis deputatio Pariſienſibus Doctoribus.

Digitized by Google

niter abutentem ? Num Boſſuetius ſe ipſum DOCTISSIMUM ANTISTITEM ſcribebat ac prædicabat ? Num Boſſuetius ſuum de *expoſitione Doctrinæ Catholicæ* opus tot laudibus cumulaſſet, ac in quærendis ac oſtentandis in illud effuſis encomiis occupatum ſe patefacere voluiſſet, Num Boſſuetius ſuum ex ſui ipſius autoritate aſſertum probaſſet, ac ſuam ſententiam veluti *Doctiſſimi Præſulis* Doctrinam in medium attuliſſet, tanquam firmiſſimum ad ſuum ſcopum evincendum argumentum ? Pudet impoſturâ tam craſſâ explodendâ immorari.

V. Conſimile alterum validiſſimúmque ſuppeditat argumentum caput XIII. ejuſdem libri juxta vulgatam anonymi toties laudati editionem. In hoc capite Boſſuetius Meldenſis Epiſcopus laudatur tanquam unus è *gravioribus Theologis ac Doctoribus*; Meldenſis autoritas ad confirmandum aſſertum adducitur (1); atque hæc rursùs in autographo Boſſuetii codice extare, & à Boſſuetio ſcripta credemus ? Suadebit nobis anonymus Boſſuetium tantæ virtutis, tantæ modeſtiæ virum ſe ipſum & quidem in opere edendo graviores inter Theologos ac Doctores collocare voluiſſe ? Boſſuetium tanti judicii, tantæ prudentiæ Epiſcopum ſe ipſum ſuamque autoritatem ad ſua ſtabilienda ac confirmanda allegaſſe ac protuliſſe ? Profectò anonymus, pace ſuâ dixerim, ſibi nobiſque turpiter illudit.

VI. Quid dicam de tot placitis, quæ in prætenſo hoc Boſſuetii fætu occurrunt à Boſſuetii mente alieniſſima, Germanis Boſſuetii placitis directò oppoſita, illis nimirum quæ vivens ipſe tradiderat in operibus à ſe vulgatis ac ſuis ſub oculis editis ? Ex innumeris pauca ſubjicimus exempla. In celebri ſermone ad cætum anno 1682. habito Boſſuetius pronunciat ***unum vel alterum è Romanis Pontificibus fuiſſe qui contra*** OMNIUM SUORUM PRÆDECESSORUM ***morem ſatis non explicaverit Fidei Doctrinam.*** Atque ad culpam minuendam addit ab uno illo vel altero Pontifice factum id fuiſſe ***per vim vel per circumventionem*** (1) obſerva pariter quam cautè, quàm modeſtè de iis unius vel alterius R. Pontificis erratis loquatur Boſſue-

(1) Pag. 89. *Sufficere* Credimus quod Apoſtolicæ Sedis nos ſcripta docuerunt Scilicet Pii IV. profeſſionem quâ planè perfectèque Heretici condemnentur, atque id GRAVIORIBUS Theologi ac DOCTORIBUS Cardinali Perronio, eumque ſecuto MELDENSI EPISCOPO Boſſuetio ac tot Cardinalibus Romaniſque Prælatis ipſique adeò Summo Pontifici Innocentio XI. placuiſſe in Domino gaudemus totique Eccleſiæ gratulamur.

(2) *Sermon prêché à l'ouverture de l'Aſſemblée de 1682. Edit. Pariſ.* 1682 pag. 17. Que contre la coûtume de tous leurs Predeceſſeurs, un ou deux Souverains Pontifs ou par violence, ou par ſurpriſe, n'ayent pas aſſez conſtamment ſoutenu ou aſſez pleinement expliqué la Doctrine de la Foi. Conſulté de toute la terre, & repondant durant tant de ſiécles à toute ſorte de queſtion, de Doctrine, de diſcipline, de cérémonies, qu'une ſeule de leurs reponſes ſe trouve notée par la ſouveraine rigueur d'un Concile œcumenique : ces fautes particulières, n'ont pû faire aucune impreſſion dans la Chaire de S. Pierre.

Digitized by Google

tius, non illos dicit in errorem lapſos fuiſſe, ſed *ſatis conſtanter non propugnaſſe aut plenè ſatis non explicaſſe Doctrinam*, à quâ culpâ immunes alios omnes R. Pontifices declarat, affirmans id ab uno vel altero R. Pontifice factum *contra* OMNIUM SUORUM PRÆDECESSORUM *morem.* Ita de R. Pontificum erratis verus Boſſuetius ore proprio in ſermone ſuis ſub oculis impreſſo. Spectemus nunc prætenſum Boſſuetium in vulgatâ ab anonymo Cleri Gallicani defenſione.

Exponere agreditur in cap. 33. lib. XIV. & ſeqq. *Romanorum Pontificum in cauſis Fidei pertractandis non modò cunctationes periculoſas interdum, ſed etiam* LAPSUS QUOS NECESSARIÒ REPETENDOS *eſſe tradit.* Horum autem Rom. Pontificum qui in Fidei cauſis lapſi ſunt ſeriem ac catalogum orditur à Liberio qui *fœdiſſimis ac miſerabilibus litteris omni ope infringebat fidem* (1), *Chriſtianos una cum Imperatore Conſtantio Ariano perſequebatur*, ac propterea *à Damaſo publicâ voce damnatus* fuerit (2). Liberium excipit Zoſimus qui *Celeſtii Pelegiani confeſſionem apertè hæreticam probat* (3); his adjunguntur *Hormidas, & Joannes VII.* quorum tamen lapſus vix aperiat ipſe accuſator (4). Hos ſequitur Honorius (5) qui *hæreſeos quàm Cyrus* Monothelita *prædicabat, ac hæreticam Cyri profeſſionem comprobavit* (6), & quidem non in privato aliquo reſponſo, ſed *in Epiſtolis dogmaticis & decretalibus* (7), *docens univerſalem Eccleſiam* (8). Uno dein agmine procedunt Gregorius II. qui *non ut privatus doctor* ſed *in decretali* ea ſtatuit quæ *manifeſtè pugnant cum Evangelicâ Chriſti doctrinâ* (9), Stephanus II. qui conſultus *contra Evangelium, contra Canones* reſpondet (10), Nicolaus 2. qui *expreſſo decreto falſum baptiſmum cùm verò aquè firmat* (11), Sergius 3. qui *ſub anathematis pœna imperat quæ ad facinus pertinerent, quæ contra fidem & Catholicam Religionem agerentur* (12).

Quàm numeroſa jam errantium Rom. Pontificum caterva; at nondum completa menſura eſt. Proſequitur prætenſus Boſſuetius: *Gregorium VII. ejuſque Succeſſores liquido demonſtravimus Evangelicæ veritati & antiquiſſimæ traditioni repugnaſſe.* Hi Romani Pontifices *Catholicos in errorem inducebant* (13), Bonifacius VIII. in ſuâ decretali *unam ſanctam* *ſcripturas à verò ſenſu contra traditionem apertè diſtortas & multa intolerabilia ad infirmandam potiuſquàm ad confirmandam fidem collegit* (14), Paſchalis 2. *contrà Spiritum Sanctum & Canonicam inſtitutionem* privilegium aliquod conceſſit; unde *id ità ferè habitum fuit ac ſi Papa in hæreſim conſenſiſſet* (15), Alexander 3. *in exponendâ ſcripturâ manifeſtum* tradidit *errorem omnium*

(1) *Par* 2. *lib.* 14. *cap.* 33. *pag.* 297. & 298. *Luxemb.*

(2) *Ibidem cap.* 34.

(3) *Ibid. cap.* 36.

(4) *Ibid. cap.* 37.

(5) *Ibid. cap.* 37.

(6) *Lib.* 12. *cap.* 22. pag. 186.

(7) *Lib.* 12. *cap.* 22.

(8) *Lib.* 14. *cap.* 37. pag. 311.

(9) *Ibid. cap.* 38. pag. 312.

(10) *Ibid.*

(11) *Ibid.* pag. 313.

(12) *Ibid.*

(13) *Ibid.*

(14) *Ibid.*

(15) *Ibid. cap.* 39. pag. 314.

Digitized by Google

ſententiâ reprobatum. Item *falſam ſcripturæ expoſitionem*, dedit Innocentius III. (1) *quidam* deinceps afferuntur *Romani Pontifices qui conſulti peſſimè reſponderunt & judicarunt contra id quod poſtea à totâ Eccleſiâ judicatum fuit* (2), Innocentius III. iterum *conſultus vocatis Cardinalibus poſt maturam & Canonicam deliberationem totoque anno dilatam ad univerſum Ciſtercienſem ordinem totâ diffuſum Eccleſiâ reſponſionem dedit ac determinationem, quam juri divino ac naturali repugnare Theologi, Canoniſtæque uno ore confitentur* (3), Celeſtinus III. *de quæſtione ad fidem pertinente ordine interrogatus reſpondit id quod revera eſt certiſſimè hæreticum* (4), Nicolaus 3. ſeu 4. *editâ decretali ut perfecta laudavit ac præſcripſit quæ Joannes 22. injuſta declaravit.* Nicolaus in eâ decretali *de Chriſto dixit quæ Joannes 22. blaſphema atque hæretica declaravit* (5). Tandem *quid dicam* exclamat defenſor *de Marcellino quem thurificaſſe multi crediderunt* (6).

(1) *Ibid.* cap. 40. pag. 316.
(2) *Ibid.* cap. 41. pag. 316.
(3) *Ibid* pag. 317.
(4) *Ibid* pag. 317. & 318.
(5) *Ibid.* cap. 45. pag. 322.
(6) *Ibid.* cap. 32. pag. 296.

Huc uſque prætenſus Boſſuetius. Verùm ut mittamus tot iniquas criminationes, tot atroces Sanctiſſimis Petri Succeſſoribus impactas calumnias, tot falſitates apertiſſimas, quas Magno Boſſuetio excidiſſe vix cogitet impudentiſſimus. Agnoſce! ſi potes humane Lector in tam immani Rom. Pontificum fidem Catholicam peſſumdantium, veritates Evangelicas proſcribentium, hæretica docentium ac definientium exageratione, agnoſce inquam ſi potes verum Boſſuetium, qui vix *unum vel alterum Romanum extitiſſe Pontificem* prædicabat *qui contra* OMNIUM SUORUM PRÆDECESSORUM MOREM, *ſatis conſtanter non propugnaverit aut plenè ſatis non explicaverit Fidei doctrinam?* Sed alia proſequamur.

Boſſuetius in operibus quæ ipſe dum viveret publicæ utilitati conſecravit, conſtanter docuit *Petrum ipſum* eâ Chriſti ſententiâ: *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: à Chriſto conſtitutum fuiſſe *Eccleſiæ fundamentum* (7). Sed prætenſus anonymi Boſſuetius illud Chriſti oraculum ad eum ſenſum detorquet, ut non Petrus ipſe, ſed vel *fides quàm Petrus confeſſus erat*, vel *Petri officium*, prædicandæ nimirum Fidei *Eccleſiæ fundamentum* fuerit conſti-

(7) *In Sermone habito ad conventum an 1682.* pag. 12. S. Pierre mis à la tête, eſt appellé pour cette raiſon du nom de Pierre que J. Chriſt lui avoit donné pour préparer comme vous verez l'Ouvrage qu'il méditoit d'élever tout ſon édifice ſur cette pierre.... C'eſt à Simon fils de Jonas, que Jeſus-Ch. parle, & en lui parlant il agit en lui, & lui unprime le caractére de ſa fermeté & *moi* dit-il *je te dis à toi, tu es Pierre*, & ajoûte-il, *ſur cette pierre j'établirai mon Egliſe*...... Par cette haute Predication de la Foi Pierre s'attire l'inviolable promeſſe qui le fait le fondement de l'Egliſe. La parole de Jeſus-Ch. qui de rien fait ce qu'il lui plait donne cette force à un mortel.

tutum (1). Petrus juxta prætenſum anonymi Boſſuetium lauda ő Chriſti oraculo accepit munus aſſerendæ fidei, *non verò ut muneri non deeſſet* (2); unde Petri non rectè ad veiitatem Evangelii ambulantis exemplum adducit ut probet Rom. Pontifices confirmandorum fratrum officio deeſſe poſſe (3). Verus è contra Boſſuetius tradebat Chriſtum illis verbis *ſuamet ipſius firmitatis caracterem in Petro impreſſiſſe* (4); unde certum eſſe pronuntiat Petrum *non in fide ſed in agendi modo* peccaſſe, quando à Paulo reprehendebatur quòd ad *veritatem Evangelii non rectè ambularet* (5). Videamus nunc quomodò hæc Petri culpa exponatur à vero & à fictitio Boſſuetio: *Paulus Petro dicebat, quòd non recte ambularet ad veritatem Evangelii, quia Petrus cum à converſis gentilibus minùs recederet aliquam diviſionis ſpeciem in Eccleſiâ ponebat, in fide non peccabat, ſed in agendi modo, id ſcio, id Veteres dixerunt, idque certum eſt.* Ità de Petri culpâ verè ſobriè & modeſtè verus Boſſuetius (6) audiatur nunc Pſeudo Boſſuetius: *à Petro prava ſimulabantur, avertebantur à fide Gentiles; ipſe Barnabas nedum confirmaretur à Petro in peſſimæ ſimulationis ſocietatem trahebatur: par autem in ſe eſt ut aiebat Gratianus à fide exorbitare & alios exemplo vel verbo dejicere à fide* (7) quàm diverſus utriuſque Calamus?

Quid plura commemorem? Verus Boſſuetius in docum. Paſtor à ſe vulgato pſeudo-miniſtro Jurio exprobrabat, quòd cùm Liberii lapſum oſtentaret, Liberii reditum ad ſuum officium taceret ac diſſimularet (8); at ſi publicata ab Anonymo defenſio genuinus eſt Boſſuetii fœtus, id feciſſet Boſſuetius Catholicus & Præſul, quod nec in proteſtante ferre poterat, quod indignum ut à Pſeudo-miniſtro fieret ipſe declarabat, iſte enim defenſor caput integrum in exagerando Liberii lapſu inſumit nullâ de liberii reditu mentione factâ (9), Verus Boſſuetius in eodem Paſtor. documento (10) veterum teſtimonia Liberio glorioſa ac bonæ illius memoriæ faventia colligit & pro-

(2) *Id toto cap.* 2. *lib.* 15. *propugnat, quod nimis diffuſum quàm ut hic exſcribatur.*

(4) *Conſule Boſſuetii verba modò citata ſub num.* 7 *pag.* 190.

(6) *Ibidem.*

(7) *Lib.* 14. *cap.* 48. *pag.* 324.

(9) *V. caput* 33. *lib.* 14.

(10) *V. infra pag.* 188.

(1) *Part.* 2. *lib.* 15. *Summarium capitis primi:* verba Chriſti, tu es Petrus & Petri fides Eccleſiæ fundamentum ad locum Math. 16. & *cap.* 2. *pag.* 332. hæc igitur pertinent ad illud Chriſti dictum tu es Petrus conſiſtitque omninò Petri officium eſſe fundamentum.

(3) *Lib.* 14. *cap.* 47. *pag.* 323. Falſum eſt quod in his quæ pertinent ad fidem vel mores determinatum ſemèl per Summum Pontificem non poteſt per alium revocari. NAM PETRUM qui non ambulat rectè ad veritatem Evangelii reprehendit & correxit Paulus. & *pag. ſeq.* Cardinalis Jacobus ſanctæ priſcæ aliique multi poſt ipſum Gratianum animadvertebant Petrum teſte Paulo in eo peccaſſe quod ad Evangelii veritatem pertineret. Neque propterea caſura erat Eccleſia ſi vel ipſe Petrus nedum alii Pontifices confirmandorum fratrum officio defuiſſent.

(5) *In ſermone laud.* pag. 20. S. Paul lui dit en face, qu'il ne marchoit pas droitement ſelon l'Evangile, parce qu'en s'éloignant trop des Gentils convertis, il mettoit quelqu'eſpèce de diviſion dans l'Egliſe: il ne manquoit pas dans la foi, mais dans la conduite; je le ſçais, les anciens l'on dit.

(8) *Inſtruct. Paſtor. Sur les promeſſes de l'Egliſe cap.* CIV. & *ſeqq.* Hæc capita Gallico idiomate concepta, rurſus & iterum à nobis citanda exſcribimus integra *pag.* 209.

fert; tacetque nonnulla in Liberium duriora, quæ veterum alicui exciderunt. E contra verò defenſor hæc eadem infido calamo exagerat & oſtentat, illa vero omnia ſupprimit & diſſimulat (1). Verus Boſſuetius contrà Jurium Pſeudo-miniſtrum datâ operâ propugnat *Liberium non niſi violentiæ ac vi apertè ceſſiſſe* (2), defenſor è contrà jactitat, *nihil magis infregiſſe Liberium quàm pravam cupidinem ſuæ recuperandæ Sedis hancque fuiſſe Dalilam quæ hunc Samſonem corruperit* (3) formulæ ſyrmienſi à Liberio ſubſcriptum *ut Epiſcopatus redimeretur* (4).

(1) *V. Caput* 33. *lib.* 14.

(2) *V. infra* pag. 209.

(3) *Ibidem* pa. 307.

(4) *Parte* 2. *lib.* 15. *cap.* 35. pag. 35.

Quid addam? Verus Boſſuetius cum ceteris Galliarum Epiſcopis an 1682. congregatis *profitebatur tantum Romano Pontifici deberi quantum olim à majoribus noſtris Sedi Apoſtolicæ delatum eſt* (5). Verùm aliter ſentit defenſor, qui delatum olim à majoribus ut ipſe fatetur (6) Sedi Apoſtolicæ innerrantiæ privilegium Rom. Pontifici totis viribus abjudicat [7]. Verus Boſſuetius cum memoratis Galliarum Epiſcopis refricanda non eſſe cenſebat infauſta Bonifacium 8. inter & Philipum Francorum Regem diſſidia; tenebris non oſtentatione digna, æterno ſepelienda ſilentio ea putabat & aſſerebat [8]; At quàm diſſimilis prætenſi Boſſuetii opinio, quæ in illis prodendis & oſtentandis tria integra capita inſumit, Calamoque in Bonifacium adeò irato & hoſtili, ut nedum Gallicanum Antiſtitem, vix Catholicum ſcriptorem agnoſcas [9]. Quid dicam? Quòd Illuſtriſſimus Petrus de Marca Pariſ. Archiep. vir ille tanti nominis, tantæ venerationis apud Gallos ibi traducitur tamquam *verſatilis ingenii*, homo, qui nova & inaudita, ab avitâ Gallorum doctrinâ prorſus aliena ac reſpuenda de libertatibus Gallicanis protulerit, eoque nomine perſtringatur & impugnetur. [10] Adeòne parùm optimæ Gallicani Præſulis de Galliâ de Gallicanis libertatibus tam bene meriti memoriæ, Sacriſque cineribus pepercisset Boſſuetius Gallus ipſe, Galliæ Præſul ipſe, ſingulari cum Marcâ, ut perhibent, amicitiâ conjunctus? Quid dicam ab iſto anonymi Boſſuetio ſignificari *ad conciliandum judiciis Pontificiis firmum & indeclinabile robur* requiri *ut* OMNES in R. Pontificis ſententiâ recognoſcant fidei ſuæ ſenſum

(6) *Id conſtabit ex §°. ſequenti.*

(9) *V. cap.* 23, 24. & 25. *lib.* 7.

(10) *Part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 25. *vide etiam cap.* 23. *lib.* 15.

(5) *In ſecundâ Epiſtolâ cœtus an.* 1682. *ad Innocentium XI. datâ menſe Majo an.* 1682. Hanc Epiſtolam integram refert. Emin. Sfrondrate in *Galliâ vindicatâ* pag. 349. & ſeqq. edit. S. Galli 1702.

(7) *In totâ iſtâ defenſione cujus ſumma eſt hoc inerrantiæ privilegium Rom. Pontifici abjudicare.*

(8) *In Epiſt.* 1â. *Conventus Gallic. an.* 1682. *ad Innoc. XI.* Poſtremum commemoramus Bonifacium octavum; nec tamen refricamus infauſta illa diſſidia quæ nec ſine lacrymis legi queant; abeant illa in tenebras æterno ſepelienda ſilentio; *hanc Epiſtolam refert Emin. Sfrondrate in* Regali Sacerdotio *pag.* 59. *edit. S. Galli* 1693.

nullusque

NULLUSQUE RECLAMET (1), nùm iſta novitati formidanda Boſſuetii vox, Boſſuetii loquela? An non iſta Queſnelianæ factionis perpetua Cantilena? Quid ampliùs? Credere juvabit etiam illud à Magno Boſſuetio pronuntiatum fuiſſe, quod à Catholico ſine horrore legi non poſſit: *à Romano* videlicet *Pontifice Sergio 3°. imperata ea fuiſſe* QUÆ PER VIGINTI ANNOS IN UNIVERSÂ ITALIÂ, *atque adeo in* IPSA ROMANA ECCLESIÁ SACERDOTIUM, SACRAMENTA *atque* IPSAM CHRISTIANITATEM EXTINGUERENT. [2].

(2) *Parte* 2. *lib.* 14. *cap.* 18. *pag.* 311.

Paria non proſequor permulta, mitto pariter tot textuum detruncationes, mutilationes infidas, tot ſcripturæ, tot Patrum & Conciliorum interpretamenta futilia, ridicula, in pulvere Scholaſtico nec toleranda, quæ in vulgatâ iſtâ Prætenſi Boſſuetii defenſione lectorem eruditum ubique ferè pervadant ac importunè morentur; hæc omnia ab aliis præoccupata, à Doctiſſimo Patre Orſi datâ operâ tàm modeſtè expoſita, & animadverſa, quàm ſolidè refutata [3] refricare non juvat ac permoleſtum eſſet, quæ num ſapiant genuinum Boſſuetii fœtum, num Boſſuetium tanti candoris virum, tàm ſubacti judicii Theologum, tantæ gravitatis & eruditionis Epiſcopum præſeferant, judex tu ſis lector rerum æquus eſtimator, qui & obſervare facilè poſſis in vulgatâ iſtâ defenſione conglomerari, ac in Pontificiam autoritatem intorqueri ea omnia Pontificiæ inerrantiæ oſorum argumenta, quæ Gallicanis ab Epiſcopis contemptiſſima ac refutata ſuprà vidiſti.

Ex his omnibus, quæ ſine curioſâ ac meditatâ diſcuſſione, ſed pro datâ occaſione vulgatum iſtud ab anonymo opus perlegentes ſtatim animadvertimus, dijudicent qui res numero, pondere, & menſurâ librare ſolent, utrum genuina inter & incorrupta Boſſuetii opera collocanda ſit ac jure cenſenda poſthuma iſta ſub Boſſuetii nomine vulgata defenſio? Utrùm nudâ & incertâ anonymi autoritate & fide eam ſummo ſtudio ad normam Autographi Codicis exactam fuiſſe credere debeamus,

Ceterùm non noſtris primùm diſquiſitionibus ea debetur inventio, quæ genuinum Magni Boſſuetii opus in vulgatâ defenſione agnoſcere abnuit. Nobis illi præiverunt, quorum & maxima ſit au:

(1) *Lib. XIV. cap.* 1. *pag.* 257. Cum ergo Petri Succeſſor ita ex communi traditione pronuntiat, ut in ejus ſententiâ recognoſcant OMNES FIDEI ſuæ ſenſum; tùm ſit illa conſenſio quæ judicii Pontificis firmum & indeclinabile robur conciliet. & *caput ſic tandem concludit.* Deſinant igitur ſibique & nobis illudere, agnoſcantque conſenſum illum quem Galli cum totâ Eccleſiâ prædicant, cum prolata a Romanis Pontificibus Dogmata RECLAMANTE NULLO ipsâ traditionis vi ut ille dicebat *conſanguinitate Doctrinæ* in corpus Eccleſiæ coaleſcunt.

(3) *In opere ſæpius laudato* de irreformabili R. Pontificis judicio &c.

toritas, ac nemini non antehabendum hâc in re teſtimonium, ipſi nimirum Galliarum Antiſtites. Enim verò ut nil dicam de his Galliarum Epiſcopis, qui ut modo videbimus nullam pro dignoſcendâ Boſſuetii doctrinâ vulgatæ huic ſub illius nomine defenſioni rationem habent, nec habendam eſſe contendunt. Ruthenum Epiſcopo daturne occaſio hanc defenſionem citandi ? Ad vulgatam anonymi editionem cuï totam ipſe (1) adimit autoritatem minimè recurrit ſed ad manuſcriptum quod in Bibliothecâ Regiâ ſervatur. Satis enim intellexerat, quam infidâ manu opus iſtud ab anonymo nobis fuerit porrectum, quippè qui vel unum quem ipſe citandum habuit hujus operis textum ab anonymo editore corruptum invenerat, ut providè nobis ſignificare voluit (2). Verùm audi præ ceteris Emin. de Tencin Archiep. Lugdun. audi, quid egregius Catholicæ doctrinæ defenſor uni reſpondeat è præcipuis Novatorum fautoribus, qui vulgatam iſtam defenſionem ſæpiùs laudabat, ut Boſſuetii autoritate ſua placita confirmaret. *Monſpeſſulanenſis Antiſtes* inquit Eruditus Cardinalis (3), *ea contra nos profert poſthuma Boſſuetii opera, quorum utique nec erit unquam, nec eſſe poterit tanta autoritas, quantam in famoſis illis operibus ab ipſo autore publicæ luci ac utilitati conſecratis agnoſcimus. Chariorem ſui memoriam reliquit nobis Magnus Meldenſium Præſul, quàm ut* EA VENEREMUR SCRIPTA *in eum finem, uti* VIDETUR, FABRICATA; *ut* BOSSUETIUM *cum* BOSSUETIO MALE COMMITERENT; *quæ quidem* SI ILLUM AUTOREM AC PARENTEM VERE HABEANT, *jurè meritoque judicare poſſimus ejus illa generis Boſſuetio viſa fuiſſe, ut quæ publicam aſpicere lucem non mererentur.* Poſthumam ut vides, iſtam defenſionem à Boſſuetio profectam adeò non credit Emin. Antiſtes, ut optimam, quam ſui reliquit Meldenſis memoriam attentare ſe putaret, ſi Boſſuetium in

(1) *Docum. Paſt. toties laud. part.* 1. pag. 375. M. de Senez cite encore M. Boſſuet dans un ouvrage qui a été ſeulement imprimé aprés ſa mort, & ſans autorité, ſous le titre de *defenſio declarationis Cleri Gallic.*

(2) *Eod. Docum. Paſt. parte* 2. pag. 37. feu M. Boſſuet, dans un Manuſcrit qui eſt intitulé : *Defenſio declarationis*, &c. & dont on conſerve une copie dans la Bibliothéque du Roi, ayant à traiter de qualifications autres, que celles d'héréſie parle de ces qualifications, comme appartenant à la foi, *alia nota*, & il dit au titre du chap. 15. du 2. livre de la premiere partie ; *quæ ad fidem pertinent paucis diluuntur.* Il eſt vrai que dans l'édition furtive qui en a été faite après la mort de l'Auteur, on a changé ce titre, ce changement a-t-il été fait de propos délibéré, ou par mégarde, pourquoi & comment a-t-il été fait ? C'eſt ce que nous n'examinerons pas ici.

(3) *Docum. Paſtor. in quo refutabatur inſtructio Paſtor. Epiſcopi Monſpeſſulanenſis de miraculis, &c. data die* 5. *Aug.* 1733. pag. 17. M. de Montpellier nous cite des œuvres poſthumes (*de M. Boſſuet*) qui n'auront jamais, & qui ne peuvent avoir l'autorité de ces ouvrages fameux que l'Auteur a publié lui-même. La mémoire du grand Evêque de Meaux, nous eſt trop chere pour reſpecter des écrits qui ne ſemblent être faits que pour le mettre en contradiction avec lui-même. S'il eſt vrai qu'il en eſt l'Auteur, nous avons droit de penſer qu'il ne les a pas jugez dignes de paroître en public.

eo opere agnoſceret ac veneraretur, quod non niſi eo fine natum videtur, ut Boſſuetium cum Boſſuetio, verùm nempè cum fictitio conflictantem exhiberet. Adeò nempe perſuaſum habuit oculatiſſimus Cardinalis, quod & à nobis hactenus oſtenſum eſt, multam poſthumi hujus operis doctrinam veris ac germanis Boſſuetii placitis adverſari.

His præmiſſis ac ita conſtitutis jam inquirimus, utrùm autor hujuſce defenſionis, quicumque tandem ille cogitetur, Romanæ infallibilitatis hoſtis apertus adeò, ac conſtans exiſtat, qualis vulgò traduci ſolet. Utrùm nimirum Fidei indeficientis privilegium ſoli vindicet Eccleſiæ univerſali, an non etiam Sedi Apoſtolicæ ac peculiari Eccleſiæ Romanæ? Quâ de re ſit.

§. II.

Autor defenſionis declarationis Cleri Gallicani ſub nomine Boſſuetii ab anonymo vulgatæ agnoſcit, probat, ac evincit non modò Eccleſiæ univerſali; ſed etiam particulari Eccleſiæ Romanæ, Sedique Apoſtolicæ conceſſum à Chriſto Fidei indeficientis privilegium, ità ut error in Sede Apoſtolicâ, in Eccleſiâ Romæ conſtitutâ perindè ac in Eccleſiâ univerſali obtinere non poſſit.

NOn hîc divinationibus, non contortis, uti apud adverſarios fieri ſolet, interpretationibus indulgebimus, ipſiſſima autoris verba, prout in vulgatâ anonymi editione reperiuntur, ſimpliciter referemus; ea perlege ſerenus & attentus, tam ſunt perſpicua ac ſignificantia, ut dubium omne, ſi quod ſit hâc in re, propulſare valeant.

En titulus capitis 4. lib. XV. *Promiſſio in illâ precatione* ut non deficiat fides tua *fides Petri quid ſit.* NUNQUAM *defectura neque in ipſo Petro, neque in Eccleſiâ Catholicâ* NEQUE *in* SEDE APOSTOLICA *ſeu* PECULIARI *Petri* ECCLESIÂ. In decurſu hujus capitis. *At tertio modo Petrus intelligi poteſt ſtrictiore ſignificatione, ut qui non modò Eccleſiæ univerſæ perſonam ſuſceperit, ſed ſucceſſores in primatu ſuos, eorumque curæ commiſſam* PECULIAREM ECCLESIAM ROMANAM *ſcilicet ſingulari titulo repreſentet. Quo etiam ſenſu meritò Petro dicitur non deficiet fides tua; cum* NUNQUAM FUTURUM *ſit, ut Petri*

Succeſſores, corumque univerſa ſeries atque ſucceſſio, SEDESQUE *cui præſint atque Eccleſia, quam docendam regendamque ſuſceperint à verâ ſide avellantur.*

Sequitur titulus capitis quinti qui ità ſe habet: *Petrus ejuſque ſucceſſores cuidam peculiari Eccleſiæ ac Sedi præſidere debent. Petri fides in* PETRI SEDE *& in Succeſſorum ſerie* NON DEFICIT. Deinde in capitis contextu. *Neceſſe ergo eſt aliqua ut ſit Catholicæ Eccleſiæ pars ex quâ Petri Succeſſores exiſtunt, aliique aliiſque ſubrogentur. Quare ità conſtituti ſunt ut non modò univerſæ Eccleſiæ præſint, ſed quemadmodum ceteri Epiſcopi peculiarem habeant quàm regant Eccleſiam, nempe Romanam quam Petrus fundaverit & rexerit imò quam* SEMPER ET FOVEAT ET REGAT. *Hæc ergo Eccleſia* EX AVITA *atque* APOSTOLICA TRADITIONE *eo jure, eâ dignitate eſt, ut quemcumque ſibi, eundem etiam Eccleſiæ univerſæ ducem Paſtoremque eligat; nec niſi ab ortodoxâ ortodoxum eligi par eſt. Hæc igitur Cathedra, hæc Sedes hæc Eccleſia eſt quæ pro ſui Pontificis dignitate uniendæ Eccleſiæ neceſſaria* NUNQUAM À VERA ECCLESIA, NUNQUAM À VERÂ FIDE *abrumpatur; neque objiciant Sedem à Sedente Pontifice minimè diſtinguendam &c..... Sic ergo tertio ſenſu intelligatur Petri nunquam defectura fides, quòd eam* ECCLESIÆ ROMANÆ *ſemel traditam in* EADEM ECCLESIA *ipſâque Succeſſorum ſerie conſervat ac fovet.*

Poſtea titulus capitis 6. ità conceptus eſt. *Traditio Patrum de fide & Eccleſiâ Romanâ de-que Sede Apoſtolicâ nunquam defecturâ: Romanorum Pontificum de ſuæ Sedis dignitate tuendâ traditio.* Et ſtatim caput. *Hæc ità uti diximus ſe haberi univerſa agnovit antiquitas; Sancti enim Patres ab ipſâ Chriſtianitatis origine, dum quærunt illud immotum in fide, quod Eccleſiæ principali Romanæ ſcilicet ineſſe neceſſe ſit, non Romanum Pontificem &c... Sed ipſam Romanam Eccleſiam ac Romanam fidem, ipſam Petri Cathedram ac Sedem Apoſtolicam uno ore commemorant.* Laudat deinde defenſor ea Irænei, Cypriani, Tertuliani, Optati, Auguſtini, Hieronimi, Gelaſii &c. teſtimonia, quæ pro confirmandâ Sedis Apoſtolicæ inerrantiâ paſſim ab illius patronis afferuntur & ſic pergit: *quæ proindè Cathedra Romana ſi concidere poſſet, fieretque jam Cathedra non veritatis ſed erroris & peſtilentiæ, Eccleſia ipſa Catholica non haberet ſocietatis vinculum, jamque Schiſmatica ac diſſipata eſſet, quod non eſt poſſibile.*

Caput ſequens ideſt 7. his verbis concludit: *Omnes ergo Eccleſiæ*

ſubſignatâ formulâ profitebantur Romanam fidem, Sedis Apoſtolicæ & Eccleſiæ Romanæ fidem integrâ & perfectâ ſoliditate conſtare, *ac* NE UNQUAM DEFICIAT *certâ domini pollicitatione firmatum.* Et in capite 8. *intellexit Sophronius Dorenſis Epiſcopus in Eccleſiâ Petri manere Petri Doctrinam atque optima fundamenta* ,NEQUE FUTURUM UNQUAM, *ut illa Eccleſiâ à verâ Religione abſtrahatur*, *quod etiam ſucceſſorum Honorii atque inprimis Sancti Martini teſtabatur fides*, *quare deficiente Conſtantinopolitanâ Eccleſiâ ac totum Orientem conturbante veræ Fidei rationem in* ILLA INCONCUSSA PETRI SEDE *quærebat*, & infrà : *Quid plura? Ipſa me charta deficiat ſi referre aggrediar eos qui quærentes immotum illud quod in Eccleſiâ Romanâ ſit*, *nil aliud quàm ipſam Eccleſiam Romanam*, *ipſam Cathedram*, *ipſam Sedem Apoſtolicam memorarent. Nec Romani Pontifices unquam aliter locuti. Seculo XIV. Benedictus XII. Viſionem beatificam Sanctis ac purgatis animabus aſſeruit. Quo in diplomate de Eccleſiæ Romanæ capitis Eccleſiarum principatu multa præfatur*, *concluditque ſic* : *pro quâ Eccleſiâ ut in ſe ipſâ ſubſiſtens alios confirmaret paſſionis ſuæ tempore Salvator noſter Jeſus-Chriſtus Patrem exoraſſe perhibetur dicens*, Simon, Simon &c. ego autem pro te rogavi &c. *Sic ille ad ipſam Romanam Eccleſiam Chriſti præcationem refert*, *quo fieri aſſerit ut in illa Eccleſiâ* NON DOGMATISETUR IMPROVIDUM, INSERATURVE INCAUTUM, AUT IN FIDE TEMERARIUM INGERATUR.

In capite 10. hæc leguntur : *Profert ſcriptor anonymus Sancti Leonis IX. egregii Pontificis locum quod pro ſolius* Petri *fide ne deficeret Dominus rogaverit* quæ *inquit*, oratio obtinuit quod hactenus fidei Petri non defecit nec defutura creditur in throno illius uſque in ſeculum ſeculi, ſed confirmabit corda fratrum ſicut uſque nunc confirmare non ceſſavit : *Hæc Leo ſed quid contra nos? Qui quidem tanto conatu id agimus ne illa* PETRI SEDES À VERA UNQUAM FIDE AVELLENDA CREDATUR. Et in fine capitis. *Gregorius VII. dicite Eccleſiam Romanam nunquam erraſſe*, *nunquam erraturam*, *Catholicum non haberi qui non concordat Romanæ Eccleſiæ*, *quod nos quoque credimus omnique ope aſſerimus*; & in cap. 12. *ultimo loco proferimus Petrum Alliacenſem & Joannem Gerſonium de Romanæ Sdis æternâ firmitate diſſerentes*, *ut eam cum Pariſienſium ſententiâ egregiè conſentire conſtet*; *& quidem Petrus de Alliaco in illâ legatione nobili quam adverſus Monteſonum Univerſitatis Pariſienſis nomine Avenione geſſit ad Clementem VII. ita peroravit* : *non ignoramus ſed firmiſſimè tenemus & nullatenus dubitamus quod Sancta Sedes Appoſtolica eſt illa*

Cathedra Petri ſuper quam eodem Hieronymo teſte fundata eſt Eccleſia (obſerva Sedem Apoſtolicam ab Eccleſiâ univerſali diſtinctam ab Alliacenſi) *de quâ Sede in perſonâ Petri in eâ Sedentis dictum eſt:* Rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua .... *Et alibi dicitur ab Alliacenſi, quòd ipſa Sedes Apoſtolica* SEMPER *immaculata permanſit* ET IN FUTURO PERMANEBIT. Et in capite 13. *Joannes verò Gerſon hæc coram Alexandro V. prædicat de Indis quidem:* Habent Chriſtum *inquit an purè quis doceat?* Facilè in eis ſinceritas corrumpitur, cum Eccleſiæ Romanæ non cohæreant à quâ fidei celſitudo petenda eſt. *De Græcis verò*: illos mala tempeſtas à Sede Petri disjectos non modo Schiſmatis ſed nonnullius etiam hæreſis macula fœdavit. *Latinitas* ipſa purior & immaculatior Sedem habet Petri pro cujus fide ne deficeret ſpecialiter oravit ille qui in omnibus exaudiitus eſt pro ſuâ reverentiâ. *Hæc docet Gerſon.*

Jam ex totâ antecedente Doctrinâ, pergit defenſor noſter in cap. 15. lib. XV. quem verſamur *id facilè conſequemur ut majores ac præſertim fidei quæſtiones in eâ potiſſimùm Sede definiri oporteat* IN QUA ERROR NON OBTINEAT .... *id voluit S. Bernardus loco celebri ad Innocentium II.* oportet ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula quæque & ſcandala emergentia in Regno Dei, ea præſertim quæ de fide contingunt; dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarciri damna fidei ubi non poſſit fides ſentire defectum: hæc quippe ejus prærogativa Sedis: *En* Sedis *univerſim ex antiquâ traditione, non ſinguli cujuſque Romani Pontificis.* In capite 16. *Ex divi Thomæ dictis conſtitit quod illa non defectura fides Petri ſit ipſa univerſalis Eccleſia aut certè peculiaris Eccleſia Romana Fides.* Et in cap. 17. Majores *inquiunt Gallicani Epiſcopi an 1653. ad Innocentium X. ſcribentes.* Eccleſiæ cauſas ad Sedem Apoſtolicam referri ſolemnis Eccleſiæ mos eſt quem fides Petri nunquam deficiens perpetuò retineri jure ſuo poſtulat. *Quæ ſanè nil contra nos qui profitemur fidem Petri* IN SEDE APOSTOLICA MINIMÈ DEFUTURAM *atque ujus rei gratia fidei cauſas ad eam referendas: hæc ergo* EX COMMUNI TRADITIONE *deſumpta nobis objici ratio non ſinit.*

Tandem prætermiſſis quampluribus quæ in hâc vulgatâ defenſione paſſim occurrunt teſtimoniis, quæ quidem aliorum jam à nobis deſcriptorum perſpicuitati, & accommodatæ ad rem noſtram conficiendam evidentiæ nihil invideant, in capite 35. lib. XV. ubi fit recapitulatio eorum quæ in toto libro dicta ſunt. Ità loquitur defenſor. *Quam ob rem* TRIA HÆC *ex æquo vera eſſe fidem* FIDEIQUE

Digitized by Google

CONJUNCTAM VERAM PROFESSIONEM *primùm in perſonâ ſingulari Petri nunquam defecturam, ac poſtea* EAMDEM *fidem quam Petrus prædicavit* CÙM *in Eccleſiâ Catholicâ* TÙM IN ECCLESIA PARTICULARI ROMANA *ubi Petrus Sedem fixit* ÆTERNUM VICTURAM TOTOQUE ORBE CELEBRANDAM .... *Non poteſt à nobis quidquam exigi amplius, quàm ut Chriſti promiſſio certiſſimè impleatur, impletur autem Chriſti promiſſio ſi Petrus ipſe, ſi Eccleſia Catholica in Petro figurata, atque* ECCLESIA ROMANA *à Petro fundata* ÆTERNUM IN FIDE MANSERINT; *neque ad id neceſſe eſt ut quivis Romanus Pontifex ſit infallibilis; non ergo id à nobis poſtulari poteſt... Ergo ad implendam Chriſti promiſſionem quærendum aliquid eſt, in quo fides ipſa quæ intus creditur nunquam defectura ſit. Non autem talis eſt quivis Romanus Pontifex, neque aliud quidquam eſt præter ipſum Petrum atque in Petro intellectam Eccleſiam Catholicam* PECULIAREMQUE ROMANAM.

Ex his omnibus teſtimoniis nemo non videt expreſſiſſimam, ac frequentiſſimam hujus operis eſſe doctrinam quòd *fides Petri non ſolum in Eccleſiâ univerſali & Catholicâ ſedetiam* IN SEDE APOSTOLICA *ſeu* PECULIARI ECCLESIÂ ROMANÂ *à Petro fundatâ* NUNQUAM *defectura ſit. Quod* NUNQUAM *futurum ſit ut hæc Petri Sedes à verâ fide avellatur à verâ fide abrumpatur: ut in Eccleſia Romana Eccleſiarum capite dogmatiſetur improvidum inſeraturve incautum, aut in fide temerarium ingeratur.* Quod *Eccleſia Roma fundata* NUNQUAM ERRATURA SIT. Quòd *fides quam Petrus prædicavit cùm in Eccleſia Catholica, tum in* ECCLESIA PARTICULARI ROMANA *ubi Petrus Sedem fixit* ÆTERNUM VICTURA SIT *ac toto orbe celebranda.* Quòd *Petrus peculiarem Eccleſiam Romanam quam fundavit* SEMPER *fovet & regit ac fidem in ea conſervat.* Quod *hæc Sedes Apoſtolica hæc Petri Cathedra ſupra quam fundata eſt Eccleſia* SEMPER IMMACULATA PERMANSIT & IN FUTURO PERMANEBIT. Quod *ad hanc Sedem Apoſtolicam* quam in cauſâ Janſenianâ per Epiſtolas implorabant Antiſtites Gallicani, *referendæ ſint cauſæ majores ac præſertim Fidei quæſtiones quia* IN EA ERROR NON OBTINET *quia* IN EA FIDES NON POTEST SENTIRE DEFECTUM, *quia fides Petri in eâ* MINIMÈ DEFECTURA *creditur.* Quòd *hæc* denique *Romana Cathedra in vera fide tam ſit immota, ut ſi concidere poſſet fieretque jam Cathedra non* VERITATIS *ſed erroris & peſtilentiæ, Eccleſia ipſa Catholica non haberet ſocietatis vinculum jamque Schiſmatica ac diſſipata eſſet.*

Hæc autem de immotâ & æternâ Sedis Apoſtolicæ ſeu Eccleſiæ

Digitized by Google

Romæ fundatæ in retinendâ verâ fide, in errore repudiando firmitate Doctrina non ut probabilior traditur, ſed ut indubia & certiſſima, quæ nimirùm ſit. *Certâ Domini noſtri Jeſu Chriſti pollicitatione firmata* celebri eâ nempe Chriſti promiſſione: *Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua, quæ non modo univerſalem Eccleſiam, ſed etiam Sedem Apoſtolicam ſeu peculiarem Eccleſiam Romanam reſpiciat ac reſpectet.* Ità ut ad hanc Chriſti promiſſionem implendam nec eſſe ſit, *ut Eccleſia Romana à Petro fundata perinde ac Eccleſia Catholica æternum in fide maneat.* Id conſtat, ait defenſor, *ex avitâ & Apoſtolicâ traditione.* Id *univerſa agnovit antiquitas.* Id *uno ore commemorant Sancti Patres ab ipſâ Chriſtianitatis origine.* Id *omnes Eccleſiæ ſubſignatâ formulâ profitebantur.*

Jam quærimus nùm clarius, nùm expreſſius Sedi Apoſtolicæ ſeu peculiari Eccleſiæ Romæ fundatæ adſeri poſſit ac vindicari Fidei indeficientis privilegium ac divinum inerrantiæ donum? Si quid amplius neceſſe ſit; fateamur neminem hactenus pro Romanâ infallibilitate militaſſe; neminem enim ſcio, nec ullum, fidenter dico, reperias qui ad eam manifeſtandam ac confirmandam ſignificantiora protulerit. Si tam aperta minimè ſufficiunt ad ſtabiliendam Sedis Apoſtolicæ infallibilitatem actum erit de ipſâmet Eccleſiæ univerſalis infallibilitate, in cujus favorem nil clarius, nil ſignificantius apud Sanctos Patres inveniatur ac perlegatur.

Verùm inquies hujuſce vulgatæ defenſionis autor ſæpiſſimè contendit ac rotundis verbis affirmat unam eſſe Eccleſiam univerſalem, in quâ error obtinere non poſſit, ſolam univerſalem Eccleſiam à verâ fide deviare non poſſe, inerrantiæ donum non niſi Eccleſiæ univerſali ac toto orbe diffuſæ competere, (1) Romanum verò Pontificem non modò ſolum, ſed una cum ſuo concilio (non œcumenico) cum collegio Cardinalium, cum Clero Romano falſa & Fidei adverſa prædicare ac definire, ac ipſam Apoſtolicam Sedem infallibilem non eſſe & in Fidei cauſis falli ac fallere poſſe (2). Non contradico; ſed quid inde conſequeris? Id unum; iſtum videlicet defenſorem ſibi non conſtare, ſecum ipſum conflictari ac pugnantia ſcribere, quod non ſemèl animadvertimus, quod nec nos, nec alii opus iſtud mediocri attentione volventes inficiari valeamus aut velimus, ex quo nova exurgat ratio, ne opus iſtud pro Germano Boſſuetii fœtu habeamus, quippè quibus conſtet, quàm à tali ſcribendi genere remotus extiterit Magnus ille Præſul. At exinde colligere nullo modo poteris divinum inerrantiæ donum Sedi Apoſtolicæ ac peculiari Eccleſiæ Romanæ,

(1) *Lib. 15. cap. 24.*

(2) *Ibid. & lib. 13. cap. 25. & alibi.*

manæ, & quidem ſtrenuiſſimè ab iſto defenſore minimè vindicari; ex inde colligere nullo modo poteris ab iſto defenſore minimè propugnari Sedem Apoſtolicam, ſeu Eccleſiam Romæ fundatam non ſecùs ac ipſam Eccleſiam univerſalem vi divinæ promiſſionis numquam erraturam eſſe. Id enim ex ſupra relatis teſtimoniis tam clarè tam evidenter conſtat, ut clariùs & evidentiùs non poſſit.

Atque id etiam agnoverunt nonnulli Galliæ Præſules, qui ex hâc ipſâ vulgatâ defenſione, quâ novatores ad deformandam Boſſuetii Doctrinam ſæpiùs abutebantur, iiſdem quæ nos ex eâ deprompſimus teſtimoniis comprobare voluerunt fidei indeficientis privilegium Apoſtolicæ Sedi aſſertum ac vindicatum à Boſſuetio fuiſſe. Conſule ſi dubitas Illuſtriſſimum de la Fare Laudunenſem Epiſcopum (1) nec non Illuſtriſ. de S. Albin Cameracenſium Archi-Præſulem. (2)

(1) *Doc. Paſtor.* contre les réquiſitoires de M. Gilbert. *edito menſ. Aprili an.* 1731. pag. 9.

(2) *Doc. Paſtor. damnante tria ſcripta*, &c. *edito menſe Januario an.* 1739. pag. 24. & *ſeqq.*

Et certè quamvis iſte defenſor ſæpiùs aſſerat & longuâ verborum ſerie probare conetur *valere concilia œcumenica*, ſummque totum obtinere robur *ante Rom. Pontificis confirmationem*; itâ ut iſta confirmatio decretis conciliorum *robur non addat* ſed tantum *quòd illis ineſſet uberrius declaret*; (3) an ideò dictum ab illo ipſiſſimo, & quidem ſæpè negabis *in his omnibus, quæ pertinent ad totam Eccleſiam nihil fieri aut valere ſine Romani Pontificis autoritate?* (4) Ex quo atque ex aliis pluribus quæ brevitatis causâ mittimus id generis exemplis nil mirum tibi videri debet, ſi in hâc vulgatâ defenſione contraria & oppoſita ſæpiùs occurrant, quod apud inerrantiæ Pontificiæ oſores frequentiſſimum eſſe ſatis norunt eruditi, atque nos ipſi Deo favente alibi oſtendemus. Interim conſtet ac firmiſſimum ſit quod probandum ſuſcepimus, ab ignoto iſtius nimirum defenſionis ſub nomine Boſſuetii editæ conſarcinatore agnoſci probari & evinci non modò univerſali Eccleſiæ, ſed etiam particulari Eccleſiæ Romanæ, Sedique Apoſtolicæ conceſſum à Chriſto fuiſſe fidei indeficientis privilegium, itâ ut error in Sede Apoſtolicâ, in Eccleſiâ Romæ fundatâ, perindè ac in Eccleſiâ univerſali obtinere non poſſit.

At demùm, operæ enim non parcere nobis conſtitutum eſt, ubi de

(3) *Part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. pag. 228. Eſto igitur firmum id quod probandum ſuſcepimus primorum Conciliorum generalium confirmationes a Romanis Pontificibus poſt geſta ea Concilia editas non ejus fuiſſe roboris ut decretis de fide latis robur quod deeſſet adderent ſed ut quod in eſſet uberius declararent. *Et cap. ſequenti.* Piſanam Synodum œcumenicam per ſeſe valuiſſe ante Alexandri quinti confirmationem Editam vel ex eo demonſtravimus quod, &c. *Conſule brum hunc XIII. a cap.* 1. *uſque ad cap. XI.*

(4) *Parte* 2. *lib.* 15. *cap.* 16. pag. 355. Ex quibus intelligitur id quod ipſe ſanctus Doctor (Thomas Aquin.) ſe deinde concludat & *ideò ad ſolam autoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio Symboli ſicut & alia quæ pertinent ad totam Eccleſiam ut congregare Synodum & alia hujuſmodi.* Satis ex dictis patet Symboli editionem ad ſolam autoritatem referri Summi Pontificis quod & ipſa præcipua ſit & SINE ILLA NIL FIAT AUT VALEAT. Quod ſæpè diximus

Digitized by Google

vindicandâ agitur Gallorum Antiſtitum erga Petri ſucceſſores obſervantiâ. Vulgatum iſtud ab anonymo opus infallibitati Romanæ ſit penitùs infeſtum, ſit etiam genuinus & fidiſſimus Boſſuetii fœtus. hæc duo, inquam, quæ nullus admittet cordatus nobis adverſantibus concedantur, ſupereſſet adhuc evincendum ex hoc Poſtumo Boſſuetii opere dignoſcendam eſſe germanam illius de Pontificiâ autoritate Doctrinam, ut aliquid adversùs ea quæ de Boſſuetio ſtatuimus concludi poſſet. Atqui nulla hanc in rem haberi debet hujuſce operis ratio, quod ut comprobemus ſit.

§. III.

Ex vulgatâ ab anonymo Declarationis Gallicanæ an. 1682. defenſione dignoſcenda atque æſtimanda non eſt Germana Boſſuetii Meldenſis Epiſcopi de Pontificiâ autoritate ſententia.

OBſervent alii, quantùm libuerit, opus iſtud à Boſſuetio (ſi modo tamen Boſſuetius illius autor exiſtat) luctuoſis conceptum atque elucubratum illis fuiſſe temporibus, quibus magna Romam inter & Galliam occaſione Regaliæ ferveſcebant diſſidia, filiique amantiſſimi ſe ſe offenſos ac læſos fuiſſe ab optimo parente Innocentio XI. rebantur; undè colligant genuinos Boſſuetii ſenſus ex eo depromendos non eſſe monumento, quod non niſi commotis ac calentibus animis poſitum fuerit, quodve Boſſuetius non niſi *expreſſo* ut ipſius nepos Trecenſium Epiſcopus affirmat (1) *Regis juſſu* adactus ſuſceperit. Obſervent pariter virum de aulâ benemeritum aulæ votis calamum per tempus accommodare facilè potuiſſe, quod humanæ fragilitatis experimentum in nobiliſſimis etiam ingeniis non raró contigiſſe ſcimus. Nos, qui Gallorum Antiſtitum honori non minùs quàm veritati conſulere ubique contendimus, talia reſpuimus argumenta, quæ ſanè noſtræ erga Boſſuetium exiſtimationi minùs reſponderent. Placet itaque ad aſſertionem noſtram confirmandam ea proferre, quæ ſicuti neminem offendunt, nemini pariter incerta dubiaque videantur.

Enim verò, ut nil dicam bene multos rerum non imperitos ætate noſtrâ vix aliquam poſthumis operibus rationem habere velle, certum eſt & in confeſſo apud omnes ſubacti judicii viros, quòd ubi de ſtabiliendà ac certò æſtimandâ alicujus autoris Doctrinâ agitur

(1) *Docum. Paſtor. 30. Septembris* 1729. Cet illuſtre Evêque (*M. Boſſuet*) entreprit par ordre exprès du feu Roi Louis XIV. d'heureuſe mémoire, la défenſe de la déclaration du Clergé de France de 1682.

ſtandum potiùs ſit operibus ab autore ipſo vulgatis, quam operibus poſt autoris obitum alienâ ope publicatis, quorum ſine dubio minor habetur autoritas. Cum igitur ex operibus quæ ipſe dum viveret Boſſuetius edidit demonſtratum à nobis ſit illum infallibilitati Romanæ ſuffragari, fruſtra ad labefactandam hanc Boſſuetii Doctrinam nobis opponitur opus non modò poſthumum ſed tam poſthumum, ut viginti ſex anni à Boſſuetii obitu jam fluxiſſent, cum primam illud lucem aſpexit, cujus ſanè pondus illorum adæquare nullo pacto queat operum autoritatem, quæ Boſſuetius ipſe publica fecit.

Et verò quis genuinam Boſſuetii de Pontificiâ autoritate ſententiam ex eo volumine prudens expiſcetur, cujus nullam eſſe hâc in parte autoritatem, pondus nullum agendi ratione ſuâ ſatis ſuperque ſignificaſſe videtur ipſe Boſſuetius? Nempè enim germanas ſuas lucubrationes publicæ luci ac utilitati ipſemet dum viveret conſecrare ſategit. Prætenſam defenſionem tenebris voluit & oblivioni conſepulram. Id curavit maximè ne publicam lucem aſpiceret opus, quod publicæ tranquillitati fovendæ haud ita ſentiebat ex omni parte accommodatum. Qualem in eo opere alienis oculis ſurripiendo operam poſuerit, ignorat nemo, qui in Galliis eâ tempeſtate vixerit, & ex eo ceteri conjicere poſſunt, quòd vel tenuiſſima illius aura non niſi denato Boſſuetio ſpiraverit. Fruſtrà reponeres iſtud ideò contigiſſe, quod Boſſuetius morte præmaturâ peremptus vulgando operi incumbere minimè potuerit. Virum qui ſummo ſemper Religionis bono vixit maturiùs interiiſſe fatemur; at negamus facultatem ei defuiſſe, quâ prætenſam defenſionem ederet. Siquidem ultimo fato functus eſt Boſſuetius menſe aprili an. 1704. iſta verò defenſio ab anonymo vulgata ante Innocentii XI. obitum qui contigit an. 1688. confecta planè fuerat, ut ex hujuſce operis concluſione, quam ad marginem citamus manifeſtum eſt (1); ex quo vides non certè tempus, ut iſtud opus ederet, ſed voluntatem Boſſuetio defuiſſe, cum per tot annos confectum jam opus tenebris addixerit. Quâ igitur fronte Boſſuetii Doctrinam ab eo opere figendam eſſe contenderes, à quo ne figeretur, tenebris illud, & oblivioni Boſſuetius ipſe damnavit?

Ceterùm ſi ità ſe geſſit Boſſuetius, quænam fuit hâc in re Galliæ ſententia? Profectò quanti apud Gallos habeatur Germana Boſſuetii

(1) *Def. decl. Cl. Gall. an.* 1682. *tom.* 2. *pag.* 414. Si Sedes Apoſtolica utrique parti æquo jure conſulens ſilere interim edixerit, polliceor pariturum. In Eccleſiæ Catholicæ Romanæque & Apoſtolicæ Sedis in eâque SEDENTIS Rom. Pontificis ſanctiſſimique Papæ INNOCENTII XI. poteſtate eſſe me futurumque polliceor. Ita me Deus ſalvum velit. Ita me Petrus: ita INNOCENTIUS XI. habeat oviculam ad ejus pedes pro pace Eccleſiaſticâ ſuſpirantem ſub quo incurvari peto altitudinem ſeculi fruſtra intumeſcentis.

Digitized by Google

Doctrina nemo neſcit, & conſtat ex dictis, huic tamen operi ſuos hactenus Gallia typos conſtanter recuſavit. Itàne Gallia, ſi genuinam hoc in opere Boſſuetii Doctrinam agnoſcere ac venerari profiteretur? Galliarum Antiſtites, quorum plus ceteris intererat vera confratris tam illuſtris documenta prodere ſartaque & tecta defendere, hujuſce tamen vulgati operis numquam meminiſſent, niſi perverſa Queſnelianorum Boſſuetii nomine & autoritate abutendi cupido graviſſimos Epiſcopos ad ſermonem de illo inſtituendum adegiſſet. Gallicani itaque Præſules opus iſtud citant laudantque in locis, ubi Romanæ infallibilitati favet, atque in his locis Boſſuetii vocem ac ſenſus agnoſcere non abnuunt, ut novatorum ora contundant vel ex eo ipſo opere, quod iſti potiſſimùm ad labefactandam Boſſuetii Doctrinam ubique urgere & objectare non ceſſant. Tales ſunt, ut ſupra dicebamus, Illuſt. de la Fare Laudunenſis Epiſcopus, Illuſt. de S. Albin Cameracenſium Archi-Præſul, aliique nonnulli; at nullibi aſſerunt, nullibi probant quæ hujus operis loca Romanæ infallibilitati adverſantur; imò cum hæc à novatoribus urgentur, reponunt non huic operi Poſthumo, ſed operibus à Boſſuetio ipſo vulgatis habendam eſſe rationem pro ſtabiliendâ Boſſuetii Doctrina. Ita Cardinalis de Tencin Monpeſſulanenſium Epiſcopo prætenſam iſtam Boſſuetii defenſionem urgenti: ***Cum Meldenſis*** inquit (1) ***olim Antiſtes*** (Boſſuetius) ***opera quæ paucis ab hinc annis ſub ipſius nomine prodierunt*** (hujuſmodi eſt ***defenſio declarationis &c.***) ***obſcura manere diligenter curaverit jure meritòque exiſtimamus hæc eadem, qualia nunc proſtant, ipſi viſa haud fuiſſe ſuis numeris abſoluta, ſed talia quæ ultimam ſibi manum imponi exigerent... eâ ſemper quâ par eſt æquitate Boſſuetium ipſum imitati ea quæ ſub ipſius oculis vulgata ſunt opera ab aliis ſemper ſecernemus, quæ publicâ luce haud ſatis digna judicavit.***

Eadem eſt Ruthenenſium Epiſcopi reſponſio alteri Queſnelianæ factionis Patrono, qui nonnulla pariter hujuſce defenſionis ab anonymo editæ loca adduxerat, ut ſuam ſententiam Boſſuetii nomine & autoritare firmaret. Reponit enim Ruthenenſis ***objectata Boſſuetii loca ab eo opere deprompta eſſe, quod non niſi poſt obitum Boſſuetii vulgatum***

(1) *Mand. Paſtor. quo prohibetur lectio libelli inſcripti Gallicè.* Lettre Paſtorale de M. de Montpellier, pour leur notifier un miracle, *dato die* 15. *Decemb.* 1735. *pag.* 9. L'attention qu'a eu feu M. de Meaux de tenir dans l'obſcurité les ouvrages qui ont paru depuis quelques années ſous ſon nom, nous met en droit de penſer qu'en l'état où ils étoient, il ne les a pas regardé lui-même comme des ouvrages achevés, qu'ils étoient ſuſceptibles d'une perfection qui leur manque. ... Nous ferons toujours le juſte diſcernement qu'il a fait lui-même entre ſes écrits qui ont été imprimés ſous ſes yeux, & ceux qu'il avoit jugé n'être pas encore en état de l'être.

Digitized by Google

fuerit, atque nullius ſit autoritatis (1). Et certè opus iſtud ab anonymo editum à manuſcripto codice, qui in Bibliotecâ Regiâ ſervatur diſcrepare jam animadverterat oculatus Antiſtes (2) undè ipſe vera adverſario retorquet Boſſuetii opera ab ipſo dum viveret publicata, quibus oſtendit quàm immeritò adverſarius Germanam Boſſuetii Doctrinam ſibi ſuffragari contenderet. Ita Ruthenenſis Epiſcopus in documento Paſtorali ſæpiſſimè laudato quem in loco ad marginem citato (3) conſulere poſſis; ex quibus omnibus facilè percipitur, cujus apud eruditum Antiſtitem ſit ponderis iſta ab anonymo edita defenſio ad dignoſcendam genuinam Boſſuetii Doctrinam.

(2) *Ibid. parte* 2. pag. 37. *Gallica verba ſupra retulimus.*

(3) *Ibid. parte* 1a. pag. 375. & 376.

Illuſtriſſimus de Belſunce Maſſilienſium Epiſcopus ubi vindicandis immotis Apoſtolicæ Sedis privilegiis totus incumbit Boſſuetium ſæpè vocat, ac celebrem potiſſimè laudat Boſſuetii ad conventum an. 1682. ſermonem Romanæ infallibilitati, ut vidimus, adeò faventem. At qui apprimè noverat ad obſcurandam hanc Boſſuetii ſententiam allegari ſæpius à novatoribus poſthumam, quam verſamur ſub illius nomine vulgatam defenſionem, hæc cautè & opportunè tradit in ſuo de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ Paſtorali documento. *Boſſuetium eò fidentius appellamus, quòd novatores ad errores ſuos confirmandos ejus autoritate abuti non ſemèl attentaverint. Hic eſt eruditus Antiſtes qui illos expugnabit non in aliquo opere Poſthumo poſt plures ab illius morte annos impreſſo* (hujuſmodi eſt *defenſio declarationis*); *ſed in ſermone quem ipſemet coram numeroſo cleri Gallicani conventu habuit, & qui ipſo vivente nec non & jubente eodem conventu editus eſt* (4) : quibus ſanè verbis non aliud à Maſſilienſi nobis ſignificari intelligimus, quàm quòd Germana Boſſuetii circa Pontificiam autoritatem ſententia non à Poſthumo aliquo opere nonniſi poſt plures à Boſſuetii morte annos impreſſo, quale eſt *defenſio declarationis &c.*; ſed ab operibus, quæ vivens ipſe vulgaverit Boſſuetius, ac præcipuè à celebri ipſius ſermone ad cætum an. 1682. dignoſcenda ſit ac certo eſtimanda; quapropter Maſſilienſis paulò poſt in eodem Docum. Paſtorali de Apoſtolicæ Sedis hoſtibus amarè conquæritur, quòd Boſſuetii nomen & autoritatem poſt ejus mortem ſibi vindicare non erubeſcerent, à quo, dum

(1) *Docum. Paſtor. ſæpius laudat. partes* 1a. pag. 375. M. de Senés cite encore M. Boſſuet, dans un ouvrage qui a été ſeulement imprimé après ſa mort, & ſans autorité ſous le titre de *defenſio declarationis Cl. Gallic. &c.*

(4) *Pag.* 27. Tout ceci, continue le même Auteur, que nous citons avec d'autant plus de confiance que les Novateurs ont plus d'une fois tenté d'abuſer de ſon autorité, pour accrediter leurs erreurs. C'eſt ce Sçavant Evêque qui va les confondre, non dans quelque ouvrage poſthume, & imprimé pluſieurs années après ſa mort, mais dans un diſcours qu'il a prononcé lui-même devant une des plus nombreuſes aſſemblées du Clergé de France, & qui a été imprimé ſous ſes propres yeux, & par l'ordre de cette même Aſſemblée. *Tout ceci*, dit-il, &c.

viveret, ſæpè, latèque profligati, damnatique fuerant. *Ne nous laſſons pas* pergit Antiſtes graviſſimus, *mes très-chers freres, d'entendre la condamnation des ennemis du S. Siége prononcée au nom du Clergé de France par un Evêque* M. Boſſuet *dont ils oſent ſi ſouvent troubler les cendres en le reclamant après ſa mort* (1).

(1) *Ibid.* pag. 12.

Tandem ſi quid adhuc hâc in re deſiderari poſſit illud ampliſſimè præſtabit pro ſui autoris nomine graviſſimum, pro ſuâ rationum ſolitate ponderoſiſſimum, uno verbo pro ſcopo noſtro decretorium iſtud Archiepiſcopi Lugdunenſis olim Ebredunenſis teſtimonium: *ea nobis objiciuntur* inquit in Docum. Paſtor. in quo refutatur inſtructio Paſtor. Epiſcopi Monſpeſſulani, &c. dato 5. Auguſt. 1733. *Poſthuma Boſſuetii opera, quæ nec habebunt unquam nec habere poſſunt famoſorum illorum operum autoritatem, quæ autor ipſemet edidit, quæve Clerus Gallicanus tamquam ſpectatiſſima doctrinæ & fidei ſuæ monumenta pretioſiſſima conſervabit. Chariorem ſui memoriam nobis reliquit Magnus Meldenſium Antiſtes, quàm ut ea veneremur ſcripta in eum finem uti videtur fabricata ut Boſſuetium cum Boſſuetio malè committerent; quæ quidem ſi illum autorem ac parentem verè habeant jure meritòque judicare poſſimus ejus illa generis Boſſuetio viſa fuiſſe quæ publicam aſpicere lucem non mererentur, quæve ſi vulgare voluiſſet, non priùs id facturum, quam illa emendaſſet quâ ſevera diligentia ſuum ipſe calamum adverſariis formidandum reddiderat... ea igitur oblivioni demus, quæ Boſſuetius oblivione ſepulta voluit, præſto ſunt nobis opera ipſius genuina quibus de aliorum Doctrinâ rectè judicemus.* (2)

Unum adhuc hîc addere juvat, Magnum videlicet Boſſuetium nobiliores inter Romanæ infallibilitatis aſſertores à Gallicanis paſſim Epiſcopis recenſeri, quod ex ſupra dictis demonſtratum, nullique jam eſſe dubium arbitramur. Quî ergo genuinam Boſſuetii Doctrinam ab eo volumine repetere poſſent Illuſtriſſimi Præſules, quod infallibilitati Romanæ contradiceret & adverſaretur, quale eſſe contendunt adverſarii noſtri vulgatam iſtam ab anonymo defenſionem? Sive igitur Poſthumæ hujuſce lucubrationis indolem attendas, ſive

(2) *Pag.* 17. M. de Montpellier nous cite des œuvres poſthumes qui n'auront jamais, & qui ne peuvent avoir l'autorité de ces ouvrages fameux que l'Auteur a publié lui-même, & que le Clergé de France conſervera prétieuſement, comme les plus beaux monumens de ſa Doctrine & de ſa Foi. La mémoire du Grand Evêque de Meaux nous eſt trop chere pour reſpecter des écrits qui ne ſemblent être faits que pour le mettre en contradiction avec lui-même, s'il eſt vrai qu'il en eſt l'auteur, nous avons droit de penſer qu'il ne les a pas jugé dignes de paroitre en public; & que s'il les eut voulu mettre au jour, il les eut retouché avec cette exactitude ſévere, qui rendoit ſa plume ſi rédoutable.... Laiſſons les donc dans l'oubli auquel il les a condamnés; nous avons des ouvrages avoués de M. Boſſuet, ceux-là doivent nous ſervir de régles, pour juger de la Doctrine des autres.

Digitized by Google

Gallorum Antiſtitum, imò & ipſius Boſſuetii ſententiam, vides, qui in rebus clarè videre meritò credis, Germanam Meldenſis olim Epiſcopi de Pontificiâ autoritate Doctrinam à Poſthumiſſimâ iſtâ, quam ignotiſſimus nobis obtulit anonymus *defenſione declarationis* &c. non eſſe dignoſcendam ac eſtimandam.

Ex his omnibus patet quo jure ad labefactandam Boſſuetii de Pontificia inerrantiâ ſententiam nobis objectetur vulgata iſta ſub illius nomine defenſio. Etenim ut hæc objectio alicujus videretur momenti demonſtrandum foret 1°. vulgatam iſtam ab anonymo defenſionem Germanum, fidum, non adulterinum, non corruptum, non vitiatum eſſe Boſſuetii fœtum. 2°. Divinum Fidei indeficientis privilegium in Poſthumo iſto opere ſoli univerſali Eccleſiæ adſeri atque vindicari, proindèque peculiari Romanæ Eccleſiæ, atque Apoſtolicæ Sedi illud denegari atque abjudicari. 3°. Demum ab hoc opere Poſthumo dignoſcendam ac ſtabiliendam eſſe genuinam Boſſuetii circa Pontificiam autoritatem ſententiam. Si vel horum unum ſit dubium, corruit objectio, vaneſcit importuna hallucinatio. Porrò quæ hûcuſque protulimus ſatis oſtendere mihi videntur iſtorum non unum, vel alterum, ſed omnia tria capita vel ipſo carere pondere veriſimilitudinis.

Pro coronide tamen, noſtrâque de ipſis adverſariis noſtris benemerendi voluntate, ſi Romanæ infallibilitatis hoſtes Boſſuetium poſt mortem ſibi vindicare modis omnibus & abſolute volunt. Per nos liceat, & quare non liceret, ſi aliud obtineri non poſſit. Mortuum igitur Boſſuetium læti ſibi vindicent, nos qui de mortuis non diſputamus ac quieſcentes mortuorum cineres agitare nolumus, illum tantummodo viventem nobis retinebimus & adjudicabimus; contenti Boſſuetium habuiſſe vivum Romanæ infallibilitatis aſſertorem. Urgeant adverſarii, quantum libuerit, illos Boſſuetii fœtus, qui parente non niſi jam dudùm defuncto prodierint, quivè à Boſſuetio vivente tàm longè diſtent, ut ipſum vel mortuum vix recordari potuiſſent ſinè alienâ ope. Pro nobis ea nos proferemus Boſſuetii opera quæ nobis ipſe, dum viveret, acquiſivit ac manu propriâ nobis obtulit. Si ergo placet liberalitas ſeu potiùs amica partitio noſtra. Vivum nos, mortuum adverſarii pacificè poſſideamus Boſſuetium. Invigilent tamen ipſi, nec noſtra ſed illorum ſit cura, ne quis in ipſos non adeò propenſus mortuum etiam Boſſuetium ipſis eripiat; aliquis nimirum ſed diverſi genii anonymus, qui caſtigatiori Boſſuetii codice glorietur, ad quem novam *Gallicanæ declarationis defenſionem* ſub illius nomine promulget, in quâ, ſecùs ac in priſtinâ, omnia ad confirmandam

Rom. Pontificis inerrantiam unicè tendant atque conducant. Quòd ſi fortè contingat, jam nunc pro tunc, & quidem quâ meliori formâ fieri poteſt, declaramus iis omnibus quorum intereſt ac intereſſe quocumque modo poterit, nullam nos in hujuſmodi de mortuo Boſſuetio contentione partem habituros, quippè quibus ad certam Boſſuetianæ Doctrinæ notitiam habendam ultrò ſufficiant, quæ Boſſuetius in vitâ nobis opera ſuppeditavit, quave ſola venerari atque defendere numquam non gloriabimur; ſub iſtorum præſidio nos Deus, nos Boſſuetius, nos viri boni ab hoſtium noſtrorum conatibus velint incolumes ac tutos.

FINIS.

Digitized by Google

Declaratio Gallico idomate Concepta D. Targni Regia Bibliotheca Præfecti, quæ propriâ ipſius manu exarata in eâdem Bibliothecâ Regiâ ſervatur, legiturque initio Manuſcripti operis cui titulus. Defenſio declarationis Cleri Gallic. an. 1682. *fideliſſimè hîc tranſcripta.*

LE 10. du mois de Mars 1724. l'ancien Evêque de Frejus, Précepteur du Roi, & Miniſtre d'Etat, m'a remis entre les mains à Verſailles le 10. de Mars 1724. l'ouvrage Latin, Mſ. de feu Monſ. Benigne Boſſuet, Evêque de Meaux, intitulé : *Defenſio declarationis Cleri Gallicani*, de Eccleſiaſticâ poteſtate 19. Martii 1682. pour être conſervé dans la Bibliorhéque du Roi, & pour être inſeré aux Regiſtres & Catalogues de cette même Bibliothéque, ſous cette condition, & avec ordre de ne laiſſer prendre aucune copie de cet ouvrage, & qu'on ne le communiquera à perſonne pour le tranſctire.

Le Mercredi 15. Decembre 1728. j'allai rendre mes dévoirs, & préſenter mes reſpects à M. le Chancellier d'Agueſſeau, en ſon Hôtel de la Place de Louis le Grand, après que je l'eus ſalué, aſſuré de mon profond reſpect, je lui dis que j'étois chargé de la part de M. le Cardinal de Fleuri & de Rohan, de demander à Sa Grandeur la communication de la copie de l'ouvrage de feu M. Boſſuet, ſur les quatre articles dreſſés en 1682. par le Clergé de France aſſemblé à Paris; que c'étoit pour rectifier la copie Mſſ. que nous avions de cette même diſſertation Latine à la Bibliothéque; laquelle copie quoique bien écrite, étoit très-fautive, je lui expliquai en même tems que M. le Cardinal de Fleuri m'avoit mis entre les mains, cet exemplaire trouvé chez feu M. l'Abbé Fleuri, Confeſſeur du Roi.

Sur cela M. le Chancellier d'Agueſſeau me répondit, qu'il n'avoit point de copie de cet ouvrage, que véritablement il l'avoit lû dans l'exemplaire de feu M. l'Abbé Fleuri, & que je trouverois des petits points qu'il avoit mis en certains endroits dignes de remarque. Il m'ajoûta que cet exemplaire lui avoit été légué par feu M. l'Abbé en ſon Teſtament, qu'étant à Freſne, au tems de la mort de cet Abbé, il n'avoit pas crû dévoir reclamer ce Legs.

Mais ce que m'apprit enſuite ce Grand Magiſtrat, eſt tout-à-fait digne d'attention; il me dit que l'ouvrage en queſtion, avoit été révû par feu M. Boſſuer, qu'il y avoit fait beaucoup de changemens, qu'il y avoit mis une fin, par laquelle il adreſſoit cette diſſertation au Roi Louis XIV. à qui il en avoit préſenté un exemplaire Mſſ. en offrant de le publier, quand il le jugeroit à propos. M. Boſſuet lût en même tems la fin de ſon ouvrage, c'eſt-à-dire, l'endroit où il l'adreſſoit au Roi, & il le lût en François. M. d'Agueſſeau dit que Sa Majeſté en fut attendrie, au point qu'elle en jetta des larmes.

L'exemplaire préſenté au Roi, paſſa après ſa mort entre les mains de M. le Duc d'Orleans Régent, & M. d'Agueſſeau croit qu'après la mort de M. le Duc d'Orleans, M. le Duc, lors premier Miniſtre, ſe ſaiſit de l'ouvrage.

Le Cardinal du Bois l'avoit eu auſſi, mais le Magiſtrat ne croit point qu'il

Digitized by Google

ſoit demeuré entre ſes mains ; ce qu'il y a de certain, c'eſt que l'original de ce même ouvrage corrigé ſubſiſte Mſſ. entre celles de M. Boſſuet neveu du défunt, & Evêque de Troyes. C'eſt à cet exemplaire changé, corrigé, augmenté d'une fin, & d'une eſpéce de Dédicace au Roi, qu'il faut s'arrêter. Le peu de copies qu'il y a de cet ouvrage, avant les corrections étant imparfaites.

Extrait de la ſeconde inſtruction Paſtorale de M. Boſſuet Evêque de Meaux, ſur les promeſſes de l'Egliſe. Edit. Pariſ. 1729. in-12.

Mais que dirons-nous de la chûte de Liberius, & de la prévarication du Concile de Rimini ? L'Egliſe conſerva-t-elle la ſucceſſion, lorſqu'un Pape rejetta la communion d'Athanaſe, Communia avec les Ariens, & ſouſcrivit à une confeſſion de foi quelle qu'elle ſoit, où la foi de Nicée étoit ſupprimée.

Pouvez-vous croire, mes Frères, que la ſucceſſion de l'Egliſe ſoit interrompuë par la chûte d'un ſeul Pape, quelque affreuſe qu'elle ſoit, quand il eſt certain dans le fait, que lui-même il n'a cedé qu'à la force ouverte, & que de lui-même auſſi, il eſt retourné à ſon dévoir ? Voilà deux faits importans, qu'il ne faut pas diſſimuler, puiſqu'ils levent entierement la difficulté. Le Miniſtre répond ſur le premier, que la violence qu'il ſouffrit fut legére, & tout ce qu'il en remarque c'eſt qu'il ne pût ſupporter la privation des honneurs & des délices de Rome. Il fait un ſemblable reproche aux Evêques de Rimini : mais falloit-il taire les rigueurs d'un Empereur cruel, & dont les ménaces traînoient après elles, non-ſeulement des exils, mais encore des tourmens & des morts. On ſçait par le témoignage conſtant de S. Athanaſe, & de tous les Auteurs du tems, que Conſtance répandit beaucoup de ſang, & que ceux qui réſiſtoient à ſes volontés ſur le ſujet de l'Arianiſme, avoient tout à craindre de ſa colére, tant il étoit entêté de cette hérésie : je ne le dis pas pour excuſer Liberius, mais afin qu'on ſçache que tout acte qui eſt extorqué par la force ouverte, eſt nul de tout droit, & réclame contre lui-même.

Mais ſi le Miniſtre déguiſe le fait de la cruauté de Conſtance, il ſe taît entiérement du retour de Liberius à ſon dévoir. Il eſt certain que ce Pape après un égarement de quelques mois, rentra dans ſes premiers ſentimens, & acheva ſon Pontificat qui fut long, lié de Communion avec les plus Saints Evêques de l'Egliſe, avec un S. Athanaſe, avec un S. Baſile, & les autres de pareil mérite, & de même réputation. On ſçait qu'il eſt loüé par S. Epiphane & par S. Ambroiſe, qui l'appelle par deux fois le Pape Liberius de ſainte mémoire, & inſere dans un de ſes livres, avec cet éloge, un Sermon entier de ce Pape, où il célebre hautement l'éternité, la toute-puiſſance, en un mot la Divinité du Fils de Dieu, & ſa parfaite égalité avec ſon Père. L'Empereur ſçavoit ſi bien qu'il étoit rentré dans la profeſſion publique de la Foi de Nicée, qu'il ne voulut pas l'appeller au Concile de Rimini, & craignit de pouſſer deux fois un perſonnage de cette autorité, & qu'il n'avoit pû abattre qu'avec tant d'efforts. Le Miniſtre n'altere pas moins le Concile de Rimini, &c.

Excerptum

VA1 1533371

Digitized by Google